


UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY











LL
S9449Wo

C. SUETONII TRANQUILLI
O P E R A

TEXTU AD CODD. MSS. RECOGNITO

CUM

IO. AUG. ERNESTII
ANIMADVERSIONIBUS
NOVA CURA AUCTIS EMENDATISQUE

ET

ISAACI CASAUBONI
COMMENTARIO

EDIDIT

FRID. AUG. WOLFIUS.

INSUNT

RELIQUIAE
MONUMENTI ANCYRANI
ET
FASTORUM PRAENESTINORUM.

VOL. I.

LIPSIAE
IMPENSIS CASP. FRITSCH.
1802.

$$\begin{array}{r} 22449 \\ \hline 23 \overline{) 3192} \end{array}$$

E D I T O R I S
P R A E F A T I O.

Pauca sunt, quae ad Suetonium et novam hanc *Ernesfianam* editionem eius commendandam praefari me oporteat; nam in negotio, ad alterius arbitrium gesto, potius quid oporteat et opus sit, quam quid libeat, spectari debere arbitror.

Nempe quum redemptor Librarius editionem suam, divenditis exemplaribus, rursus repetere vellet, meam in ea re operam cum auctario quodam expetiit: hisce legibus demandatam curam recepi, non delegi mihi scriptorem meo proprio periculo edendum. Ediderunt eum, ornarunt atque adeo oneraverunt dudum tot Eruditi, ut nihil admodum, quod utilitatis fructum simulque novitatis gratiam habeat, allaborandum supersit. In rebus enim historicis et Romana antiquitate illustranda quum alios superiorum aetatum Editio-

res, tum imprimis *Jf. Casaubonum*, constat, plurimum acuminis et diligentiae posuisse; in variis autem lectionibus vel congerendis vel diiudicandis quis sine novorum et insignium subsidiorum ope aliquid promittere ausit post ea, quae a. 1751 unus ex principibus Latinarum litterarum, *Franc. Oudendorpius*, contulit? At quaerebatur nunc, quomodo scriptor posset ad usum aptari, non doctorum hominum, sed studiosae iuventutis: et hactenus minus displicuit mihi ista edendi conditio.

Suetonium ipsum ambitiose laudare hoc loco nihil attinet; abunde laudatum puto, si nihil de iis, quae deinceps dicta sunt, derogabitur. Quamquam enim is ingenio et arte scribendi infra primarios auctores veteris historiae ponendus est, siquidem ex eo nec labentis imperii vicissitudines, neque imperatorum vitas ac mores penitus cognoscimus; tamen honoratum ei locum et praeslantiorum auctorum, qui fuerunt, iactura, et suae quaedam virtutes, veri studium, nativa orationis elegantia et propria terlaque Latinitas, concedunt. Hanc vero *J. A. Ernestii* editionem statim a. 1748, et multo magis, a. 1775 ab ipso renovatam, tanto consensu probarunt

intelligentes indices, ut nulli similitum operum huius Viri postponendam censerent; in Batavis etiam, ubi accuratissima Oudendorpiana profstabat, doctores publici eam lectionibus suis adhibuerunt. Atque habet sane, praeter probabilem textus recensionem, quod in Commentario adolescentibus scripto eximie commendari possit, perspicuam rerum ad quemque locum pertinentium explicationem, puram suoque scriptore dignam dictionem, prudentem delectum annotationum illi lectorum classi idonearum; denique laudes eas omnes, quibus Ernestii disciplina per Germaniam saluberrima fuisse perhibetur.

Iam talis Interpretis praesentia et auctoritas duriores leges imponere debuit Editori, ipsius vicario, quam quae in alio quovis observandae fuissent. Etenim male me decuisset, quasi alienae domi agentem, disturbare et diffingere, quaecumque mihi minus ad animum responderent, aut errores omnes, etiam qui minoris momenti essent, exagitare; satis fuit, propositum formae exemplar sequentem, ea tantum mutare et candidè reprehendere, quae tironem nondum subacto iudicio in fraudem impellere possent. Itaque sic feci, ne, dum

scriptorem illustrarem, Ernestii nomen obscurare velle arguerer: omnia illius, perpaucis exceptis, fideliter repetenda curavi; etsi repperiebam passim; quae quum immodico amore Burmanni posita, aut nimis verbose scripta essent, prorsus resecta malle: quaedam, aliquot verbis subscriptis, ad diversam sententiam deduxi: alia tacite correxi, quae ipse in nova editione, vel, si in altera maiorem diligentiam adhibere voluisset, correcturus fuisse videretur: postremo, in augendis Animadversionibus eius operam dedi, ut, servato simili commentandi temperamento, subiicerem ea, quae ad rectius intelligendum maxime necessaria putarem. Ac profecto nihil magis absurdum fuisset, quam multa cumulare, quae ille fortasse de industria omiserat, et longas Animadversiones scribere ex prioribus Interpretibus. Nimirum plerumque, ubi propria positurus tibi videre, inventionis laudem illi praeripuerunt.

Aliud praeterea institui, quo liber in magnitudinem duplo maiorem excrevit. Nam ut antiquitatis doctrina, cuius causa potissimum Suetonios legimus, plenior lucem acciperet, integrum adieci Commentarium *Casauboni*, exquisitissimis rebus refertum, et ad quem

saepius remittimur a ceteris Editoribus, etiam Ernestio. Et hic quidem testatur, se iam tum, quum veteres linguas in schola disceret, illius Commentarii lectione adiutum fuisse; quod dubito num hodie quisquam imitetur post turbatam scholasticam disciplinam, ex qua prope modum omnes interiores litterae una cum magnis antistitibus earum in exilium eiici coeperunt. Quamobrem vereor, ne plerisque quasi poena desidiae imposita displiceat, quod nunc textum Suetonii non sine inutili appendice emere possint. Sed si qui forte posthac animum ad antiquam studiorum severitatem referre volent, habebunt ii consilio nostro paratum adiumentum, unde praecipuam partem historiae condiscere, et praeclaros Interpretes seculi XVI revereri adfuescant.

Quoniam autem semel angustias primi mandati egressus eram, eorundem lectorum gratia ex variis monumentis, quae olim huic scriptori illustrando subiungi solebant, unam repetendam duxi *lapidis Ancyran* inscriptionem, cuius maximus usus est ad *Augusti* imperium cognoscendum. Fecit hoc etiam Oberlinus V. C. nuper ad finem Taciti sui; verum, nescio quomodo, in nonnullis rebus ab opti-

mi exemplaris *Chishulliani* fide discessit: ut ego minus aegre feram, nos eodem tempore, neutro nostrum, quid alter ageret, sciente, in eandem cogitationem incidisse. Tanto gratior, spero, antiquae eruditionis amantibus erit repetitio tabularum, quas sub nomine *Fastorum Praenestinarum* a *Verrio Flacco* publicatas, aliquot abhinc annis effossas, unus antehac in Italia edidit *P. Franc. Fogginius*. Neque nudam exhibuimus scripturam utriusque monumenti, sed cum brevi annotatione, ex *Chishulli* et *Fogginii* prolixis Commentariis contracta; qua in re operam nobis commodavit industrius adolescens, litterarum studiosus, qui etiam Indices nominum et verborum locupletavit.

Ad haec omnia nullis ex longinquo petitis subsidiis opus fuisse apparet. Insperato tamen accidit, ut paullo ante suscipiendum negotium, ac magis etiam postquam aliquot plagulae de prelis exissent, mira studia experiret amicorum doctorumque hominum in colligendis pluribus et egregiis copiis Mss., e quibus *Suetonii* emendatio curiosius institui posset. Ab initio statim *Celeb. Langerus*, cuius humanitatem et exquisitissimam doctrinam ad-

mirantur omnes, qui Virum norunt, ex bibliotheca *Guelpherbytana* mecum communicavit duos codices, quorum alter vetustior et optimarum lectionum multitudine conspicuus est. Mox totidem codicum *Bernensium* collationes diligenter factas submisit *Bremius*, Prof. *Turicensis*, amicus iucundissimus, a quo et ipso *Suetonium* notis Germanicis commode instructum scholae acceperunt. De apparatus *Longoliano*, cuius in praefatione sua p. 22 *Ernestius* meminit, diu obscurum erat, quo post mortem possessoris pervenisset, et an ipse editionem, cuius olim expectationem fecerat, alicui familiarium absolvendam mandasset; tandem cognovi, irritam eam spem, at inchoatam materiam esse in manibus Viri litteratissimi, *Harlesii*: qui ea de re litteris meis consultus, non solum officiose permisit usum codicis *Hagani*, sed postea et codicem hunc, et quicquid adversariorum, a *Longolio* collectorum, ex eius libraria auctione emerat, exoptanti mihi liberaliter vendidit. Neque enim aequum rectumque videbatur, fructum rei ad se trahere, quam alius et privatus sibi pretio parasset. Continetur hic apparatus exemplo *Graeviano*, per omnes margines multis lectionibus codicis

Obsopacani et rariorum aliquot editionum oppleto; tum libello dictatorum *Iac. Perizonii*, eorundem, quorum partem a. 1725 Vratislaviae Koellnerus quidam divulgavit; tum maioribus tribus voluminibus, ad Excerpta ex grammaticis libris et varias notationes destinatis, sed maximam partem vacuis; denique quibusdam chartis singularibus, in quibus novae editionis forma et animadversionum ratio descripta est. Licuit inde intelligi, Longolium in crítico genere multa designasse atque egisse, quae tum maxime, ipso haud dubie insciente, et multo eruditius agebat Oudendorpius; in interpretando autem eum solis pueris, de verborum potestate quaerentibus, editurum fuisse. Itaque rudia haec collectanea vix oculis perlustraveram, quum ne verbum quidem ex iis mutuandum fiatui, reposuique omnia praeter libellum Perizonianum et codicem eximiae notae, quippe plerisque locis cum praestantissimo Memmiano seu Salmasiano conspirantem.

Denique sero proposita mihi est facilis conditio conferendorum codicum duorum *Mediolanensium* et undeviginti *Parisiensium*, id est omnium, quotquot servantur in bibliotheca populi Gallici. Sed quum notitiae et specimina,

quae ad me misit Vir clariss. *Lécluse*, plane ar-
guerent, ex paucis horum codicum aliquid novi
in difficilioribus locis proventurum, (certe nul-
lus principium Iulii deperditum reddebat;) satis
habui illi hoc oneris iniungere, ut, si quis co-
dex libros de Grammaticis et Rhetoribus con-
tineret, quorum librorum raras membranas su-
peresse constat, exsignatas inde varias lectiones
mihi procuraret. Ita contulit ille accuratissime,
quem unum talem reperit, codicem olim *Col-
bertinum*, No. 7773 notatum, eiusque varieta-
tem minime spernendam suis sedibus memoravi.

Nunc si quis forte quaesierit, cur non ex af-
fluentibus tot praesidiis novam iustamque scripto-
ris recensioem paraverim, haec mihi in promptu
responsio est. Partim ferius, quam oportuerat,
ad me pervenerunt istae notitiae et copiae; par-
tim omnis eiusmodi sedulitas alienior erat ab hu-
ius editionis consilio, quo potius in modesta re-
cognitione quadam acquiescere cogebam. Cete-
rum longe saepius immutavi textum, quam dis-
sensum Ernestianae recensioem notare operae
pretium censui: immo, ubicumque meliores co-
dices nostri cum aliis, qui antea collati sunt, con-
sentiebant, nec alias ob causas incertum iudi-
cium erat, haud dubitavi a vulgatis scripturis
discedere.

Oblitus sum adhuc dicere de observationibus, in quibus auctoritas *Dav. Ruhkenii* laudatur; quod nomen, in his litteris maximum, facile cuipiam ampliorem, quam res praestet, expectationem moveat. Indicandum est igitur, usurpasse me Excerpta quaedam ex illius ad Suetonium lectionibus, quae mecum communicavit ornatissimus iuvenis Batavus, qui antequam in hanc Universitatem studiorum causa venisset, Ruhkenio seni Latinos et Graecos scriptores enarranti operam dederat. Valde me delectarunt ea hypomnemata, quae ad quatuor priores Caesares pertinebant, quatenus mihi eximium Virum e cathedra docentem ante oculos ponere videbantur; neque ceteros celare volui qualemcumque fructum huius lectionis. Dixi qualemcumque: nam ex omnibus paginis apparebat, illum auditorum viribus indulgisse, suis pepercisse, adeo ut nihil nisi grammaticam interpretationem spectarit, et in depravatis locis plerumque *doctiores Editores adjuvandos* praeceperit: nec tamen indicia deerant Viri, qui etiam trita et vulgaria cum subtili doctrina et elegantia tractare sciret.

Scr. Halis Sax. d. 5 Dec. 1802.

ERNESTII

PRAEFATIO.

In auctoribus Latinitatis iis, quibuscum mature usum aliquem et quasi familiaritatem contraxi, etiam C. Suetonium Tranquillum meminisse. Scholae Portensis, cui Deus faueat! disciplina adhuc utebar, quum primum in eius Caesares incidi, eosque, Casaubonianis Commentariis adiutus, legi. Statim cepit animum rerum varietas, et antiquitatis Romanae copia, cuius cognoscendae mira cupiditas erat, ac praeterea aliud quid, quod sentiebam tum magis, quam, quid esset, sciebam, aut iudicare poteram. Postquam aetas, exercitatio, et usus maiorem iudicandi facultatem attulit, agnovi etiam virtutes eius reliquas, eumque propterea non modo ipse studiose diligenterque tractavi, sed etiam aliquoties adolescentibus, quum scholasticis, tum academicis, interpretatione mea cognitum et commendatum reddere tentavi: quos non modo studiose audisse interpretationem meam, libenterque legisse Suetonium, sed etiam egregios eius studii et operae fructus cepisse, animadverti.

Est profecto Suetonius scriptor is, ad cuius lectionem in primis adducendos iuvenes putem. Nam, ut non dicam de historia Caesarum, quam ille incorrupta fide tradit, maxime necessaria studiosis et dignissima cognitum: omnis prope antiquitas Romana, quum sacra, tum civilis, et militaris, et quae libera republica, et quae sub Caesaribus fuit, cognosci ex eo, haud paullo melius ac certius, quam e vulgaribus de antiquitate Romana libellis, potest, si ab idoneo magistro explicetur atque illustretur. Etenim, quoniam hac ratione usus est, ut, per omnes vitae partes, quales fuerint Caesares, tradiderit, quo genere orti, quibus litteris instituti, per quos gradus honorum ad summum producti, quid in republica, domi forisque gesserint, instituerint, sanxerint: nulla est antiquitatis, neque privatae, neque publicae, pars, quam non vel attigerit, vel illustrarit, cuius exponendae occasionem non dederit. Plurimum etiam ad prudentiam profuerit Suetonii lectio assidua. Etenim omnes principum et aulicorum bonae malaeque artes perspicue expositae reperiuntur, unde capere sibi quisque, quod sequatur vitetque, possit. Ipsum dicendi genus breve est, apertum, tersum, elegans, et, praeterquam in paucis, quae ipsi aetas et tempus adspersit, facile illa, admonitu idonei praeceptoris, cavenda, imitatione dignum in simili materia.

Etiam historiae diligenter et cum fide tradendae, fideique scriptorum intelligendae et iudicandae, exemplum a Suetonio peti potest: quippe ita eminent in eo fidei notae, ut in Disputatione nostra de fide historicorum recte aestimanda demonstratum est, ut facile agnoscī possint, praesertim ab eo, qui ad tales res animadvertendas ingenium acuere studuerit. Itaque ei hoc ex merito contigit, ut omnī tempore, ab summis et eius rei iudicandae maxime idoneis hominibus, etiam illo ipso, qui omnia divina et humana libenter in dubitationem adducebat, Baylio, hoc nomine laudaretur et commendaretur. Quo magis miratus sum, quum aliquem esse exortum vidi in Symbolis Bremensibus, qui ingenio et doctrina sua ad Suetonii fidem labefactandam abuteretur. *) Magna haec est labes aetatis nostrae, et mala consuetudo adversus fidem eorum disputandi, qui, per tot secula, eius laudem legitima possessione tenuerunt, etiam si tantum ingenii, per academicas velitationes exercendi, causa suscipiatur: quae si latius serpat, vereor, ne vehementer perturbet homines mediocri ingenio et doctrina, tandemque fortasse ad ipsos divinos scriptores perveniat. Sed illius totius disputationis refutatio neque conveniens est huic loco, neque necessaria.

*) Quidam *Henr. Heisen* Symb. litt. Brem. Tom. II. P. 2. et 4. Tom. III. P. 1.

Etenim tam infirmis argumentis nititur, tam clara Latinitatis non satis intellectae documenta habet, ut neque Suetonio obsutura, neque cuiusquam satis Latine docti animum commotura videatur. Id ne Suetonii magis amore, quam vere, dictum appareat, unum ex utroque genere, exempli causa, commemorabo.

E primo genere hoc ponemus. Quia fides Suetonii magna parte nititur actis Senatus populique, e quibus eum hausisse, ipsius indicio, constat: horum fidem ille convellere instituit ex eo, quod primum testimoniis veterum consistet, in ea multa venisse ab adulatione hominum, deinde, quod credibile non sit, in ea illata esse Caesarum scelerate flagitioseque facta. Non ergo veram historiam, ait, ex actis hauriri potuisse. Primum, quis ista dicit? Nempe is, qui mendacissimum scriptorem facit Suetonium (quem tamen etiam aequissimum in criminibus, in Augustum falso collatis, refellendis vocat) et maledicentissimum demonstrare instituit in eo, quod in Caesares crimina falsa congesserit, eorumque maiestatem indignissime habuerit. Quid huic ista profint in illa causa? Contra Velleium, Tiberii laudatorem, ista dixeris, non Suetonium. Deinde, qualia, quaeso, sunt ista, quae ex actis petiisse Suetonius putetur? in quibus ille utitur actorum auctoritate? Scilicet in rebus iis, in quibus neque adulatio,

neque invidia locum habet: in temporibus definiendis, in natalibus hominum, magistratibus, honoribusque publice acceptis, decretis, legibus: quis, quo tempore, quo nomine, a quo, accusatus et condemnatus sit. Sint quantumvis adulatione et timore corrupta acta: nil hoc ad eas res pertinet.

Suetonius Augustum dicit, c. 12., quum deseruisset causam optimatum, *ad praetextum mutatae voluntatis dicta factaque quorundam calumniatum esse, quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque iactassent* etc. Hic mihi Eranistes ille, velut in perspicuo facinore deprenso Suetonio, vehementer cooritur in ipsum, propositaque primum e dialecticorum subtilitate, calumniae definitione e Nonio Marcello, qui, *calumniam*, dicat, esse *malitiosam et mendacem infamationem*, probare aggreditur, Augustum neutrum malitiose finxisse, nec calumniatum esse: sed Suetonium, qui hoc affirmet, calumniatorem habendum.

Hi motus animorum, atque haec certamina tanta Pulveris exigui iactu compressa quiescent.

Nempe Suetonius pro brevitate sua nihil respondeat, nisi hoc: *calumniari* esse, in deteriorem partem interpretari; utrum vere, falso, nihil ad se pertinere.

Hunc igitur Suetonium quum saepe diligenterque, ut dixi, tractarem, multa inveni, in quibus mihi neque satis emendatus, neque

recte explicatus; aut satis illustratus videbatur a doctis hominibus, qui in eo expoliendo essent interpretandoque versati. Neque tamen ea res hanc apud me vim habuisset, ut de eo opera mea in publicum edendo cogitarem, si in promptu fuisset editio eius, quae non modo ita esset emendata, sed etiam pretio accommodata inventutis studiosae peculio, ut inservire usibus lectionum nostrarum posset. Neque enim is sum, qui existinem, esse consentaneum, ut, qui nonnulla in aliquo scriptore, non animadversa ab aliis, habeat, statim de eius nova editione cogitet, et ea superiorum editorum animadversionibus, augendae molis pretique causa repetitis, adiiciat. Itaque omnia, quae observaveram huiusmodi ad Suetonium, cum animadversionibus in alios Graecos et Latinos scriptores, quos non perfunctorie excussi, ad librum Animadversionum aliquando fortasse edendum distulissem, neque animum ad editionis novae consilium adiecissem, etiam fuga molestiae, quae, dum Commentarius perpetuus et conscribitur et typis exprimitur, vel ab ipso genere laboris, vel ab operis et redemptoribus exoritur, si modo Graevianae minoris exempla suppeditissent, aut Germanicae editiones non essent eiusmodi, ut excutiendae potius e manibus adolescentum, quam iis tradendae viderentur. Nunc de hac nostra editione, quid in ea

consilii secuti simus, quid praestiterimus, aut praestare voluerimus, paucis, Lector, accipe.

Prima, uti debebat, cura fuit haec, ut contextum Suetonii ipsum, ad fidem quidem bonorum librorum in primis, conformarem: ceterum, ubi illi me destituerent et manifeste corrupti essent, ad necessaria grammaticorum praecepta exigere, et ei, si possem, medellam afferrem. In illo quidem genere usum in primis lectionis varietate, quam Burmannus diligenter e scriptis et editis notavit; nunc etiam ea, quam Oudendorpius in notis suis habet, e pluribus libris scriptis. Sed etiam aliud adiumentum mihi adiunctum est a Variis lectionibus, e codice Ms. in margine Casauboniana editionis quondam scriptis a Cortio, quarum mihi copia aliquando facta est, ut inde, quae prodesse Suetonio, possem deligere. Liber quidem ipse fuit apud Kappium nostrum, aliudque apographum apud Longolium. Illam varietatem, quam subinde Excerptorum Cortianorum nomine in editione prima laudavi, mihi in multis profuisse, notae ipsae docebunt. Ceterum, quum nescirem, e quo codice esset, consului eum, quem dixi, Longolium: cui sciebam de Cortianis optime constare. Is mihi rescripsit, esse e codice Lyseriano, a se ad Plinium aliquoties laudato: eum fuisse membranaceum, characterem elegantissimo et nitidissimo scriptum, ad-

ornatum picturis et imaginibus, Caesarum vultus, quales in numis conspiciantur, exacte referentibus, quinque fere seculorum aetate. Quamquam dubitatio mihi olim iniecta est ex eo, quod eas lectiones, quae ad Plinium e Lyseriano codice commemorantur, non sane bonae, ut recte Burmannum iudicasse arbitror, me reperisse, non recordabar: tamen ultra inquirere tum superfedi: nunc, quum dominus codicis mihi plenam exempli nostri cum codice suo collationem misisset, perpetuo consensu Excerptorum illorum cum eo codice deprehenso, dubitare desii, et ea Excerpta sub illius codicis nomine memoravi. Bonum autem illum codicem fuisse, ex quo lectiones istae notatae essent, facile iam tum agnovi. Et, univcrse quidem, illum vidi plurimum consentire cum editione Romana, sed habere tamen et alias multas lectiones, unde vel confirmentur emendationes ante me in contextu factae, vel novae induci possint. Ei plerumque consentit Vindob. sec. apud Oudendorpium.

Quum in prima editione iam in Vespasiano exercerentur operae, nactus etiam sum a Christio nostro exemplum editionis Gryphianae, a. 1539 curatae: in quo notatae erant lectiones quaedam ad Caesarem, Augustum, Tiberium, Galbam, et reliquos, manu docta, haud dubie ante, quam Casaubonus manum illustrando et emendando Suetonio admo-

vit. Earum indiculum, huic editioni subiectum, si quis inspexerit, harum rerum idoneus iudex facile intelligat, esse haud dubie e codice scripto, eoque bono, eleganterque delectas; quod etiam domino libri placebat. Oudendorpius putabat, esse coniecturas Viri docti, sed id vel una lectio *mucidae* refellit: tum sunt plures valde bonae, quae vix uni in mentem venerint. Est autem manus, sat antiqua, sine dubio seculi XVI. Ea varietate quaedam dudum receptae, quaedam etiam nobis probatae, receptae ac defensae lectiones mirifice confirmantur. Tres in primis lectiones animum adverterunt. Prima e Tiberii c. 24. Ibi I. Fr. Gronovius pro *impudentissimo animo* legi volebat *mimo*. Eam emendationem ego ita certam et manifestam indicavi, ut in textum receperim. Ecce vero illam clare notatam reperi in illius libri margine. Porro filius huius, Iacobus, in Augusto c. 70. in verbis: *in eodem cubiculo, hieme et aestate, mansit: quamvis parum salubrem valetudini suae Urbem experiretur, assidueque in Urbe hiemaret*, pro *in Urbe*, legit *mucidae*, idque in textu posuit, nulla libri auctoritate prolata, nullo eius verbi exemplo proposito: unde Burmannus, nulli sano hoc placiturum, dixit. In hoc libro autem clare est *mucidae*. Ergo pater et filius capitalem quisque lectionem ingenio reperit, quae in hoc

libro utraque e codice notata est. Simili felicitate Ferrarius in Domit. c. 17. pro *dolum interiecit* vidit esse legendum, *dolonem interiecit*: quod nos iusseramus exprimere operas, defenderamusque Excurfu, quum idem iam ante duo secula in codice repertum inveniremus.

Plura a libris subsidia non habui. Sciebam, esse codicem manu scriptum Suetonii apud Longolium, ut ex ipso intelléxeram, quum de Excerptis Cortianis confulerem, ex Hagenfi auctione emtum, nescio, an iam inspectum a superioribus editoribus: item ex Obsopaei codice varietatem, ineditasque nonnullorum doctorum hominum notas. Utriusque codicis varietate libenter usus essem, si mihi fuisset oblata: sed quum dominum ipsum scirem uti velle his subsidiis ad Suetonium sibi restituendum, impudentiae fuisset, ea petere. Interim per multos annos operam dedi, ut exercitatione, lectione assidua veterum, diligentiaque in exigendis quibusque auctorum verbis ad certas et necessarias linguarum, omninoque interpretationis iustae, leges, mihi pararem facultatem iudicandi, codicum vicariam, per quam, arbitror, me interdum non infeliciter loca corrupta restituisse, saltem corruptelam animadvertisse. In quo tamen genere ea usus sum, ut debui, moderatione, ut non reciperem coniecturas meas in contextum, nisi ubi summa evidentia esset: in quibus lo-

cis me veniam a doctis Viris consecuturum, spero. Eius generis exemplum est in Augusto c. 43., ubi verbum *munera* inserui, quod ibi deesse, nemo superiorum editorum animadvertit: sed venerat idem ante me in mentem Oudendorpio, cui correctionis huius primam mentionem libenter concedam: item in Claudio c. 19., ubi vocem *alterum* de coniectura delevi. Non dubitavi, aequae certae esse transpositiones verborum, quas in Caesare c. 43. Tit. 3. faciendas censui; quarum illam probavit Oudendorpius, hanc recepit in contextum: sed tamen ante non ausus sum recipere in textum; quod et in aliis servavi. In iis autem locis, in quibus codices variant, confianter hac lege usus sum, ut, quam demonstrare possem, lectionem esse grammaticis praeceptis et rebus maxime consentaneam, eam reciperem, repudiata altera, etsi plurium librorum auctoritate firmata: in quo genere quum alios, tum magnum Burmannum inconstantiorem esse reperi, et in notis passim indicavi. Et tamen vel sic timor quidam me interdum retinuit a mutatione textus, ubi post volebam mutationem factam esse, veluti in Domit. c. 2. in *principio imperii*, aliisque locis.

Animadversionum, quas huic editioni addidi, duo genera esse volui: quorum alterum criticum esset, alterum ad rerum verborumque obscuritatem tollendam pertineret. Et

enim, neque eorum rationem probò, qui sola crisi utuntur in notis scribendis, neque eorum, qui tantum explicare auctorum res et verba insituunt. Nam criticae notae neque ab omnibus aut desiderantur, aut quaeruntur, neque solae sufficiunt iis, qui ad auctores veteres legendos accedunt: propterea, quod in iis tanta saepe rerum est varietas, verborumque reconditorum multitudo, ut a paucis hoc sperari, aut postulari possit, ut omnia, sine alièna opera, statim intelligant. Notae autem ad interpretationem pertinentes saepe ne locum quidem habent sine crisi; propterea quod ante constituendum est, quam lectionem sequare, aut corrupta emendanda sunt, quam interpretari possis. Neque vero, quia haec editio proprie destinata est iuventuti, propterea criticae notae ab ea alienae debent videri. Nam primum non nisi ii ad Suetonii lectionem admittuntur, qui iam aliquantum in Latinis profecerunt, proptereaque capere possunt crises recte factas: deinde adolecentes debent paullatim adhaerere huic generi indicandi, sine quo neque in hoc genere litterarum, neque in aliis magnis disciplinis, ad solidam eruditionem et veram doctrinae gloriam pervenire possunt. Quodsi tamen alicui hae rationes non sufficiant, is criticas has notas magistris destinatas putet, qui maioribus editionibus uti, propter magnitudinem pretii,

non possunt, aut omnino eruditioribus, et longius in his litteris provectoris: quibus non ingratas illas notas, saltem ex parte, futuras speravimus, propterea quod, quae antea a nobis in eo genere scripta essent, videramus probata doctis Viris fuisse, maioremque, quam speraveramus, laudem tulisse: atque etiam noslram nos spem non fefellisse, post vidimus.

Illud in primis operam dedimus, ut crises nostrae, praesertim in locis difficilioribus, ita explicarentur, ut adolescentes iis legendis rationem intelligere, et viam cernere possent, qua in hoc genere iudicii procedi deberet, ut legitimum esset et a temeritate seivinctum. Ceterum, quod in hoc genere animadversio- num saepe ab aliorum, et Burmanni τὸ πᾶν in primis, sententiis discessi, id, sanctissime confirmare possum, non fecisse me, aliqua in quemquam, aut nominatim hunc, iniquitate impulsam, sed sola veritatis, ut existimavi, necessitate coactum, idque mihi arbitratus sum licere, uti ille ipse, dum vixit, semper hoc sibi licere putavit, ut a doctissimis quibusque Viris, quos alioqui in summo haberet honore, dissentiret, eumque dissensum libere profiteretur. Semper ego maximi feci hunc virum, faciamque, cui honae litterae, dici vix potest, quantum debeant: e cuius scriptis ipse plurimum profeci: cuius denique dignitatem, vel bonarum litterarum causa, conservandam puto.

Neque vero unquam probabo eos, qui quum ipsi nullam periodum, nullumque versum Latinum, scripserint, aut scribere possint cum Burmannianis comparandum, tamen propter ea, in quibus ille aut non satis acute vidit, quod cui non in hoc genere critico accidit? aut etiam lapsus est, a quo ipso nemo sibi satis cautum debet putare, omni modo exagitare ipsum, et in contemptum adducere conentur. Bonae emendationes auctorum veterum reperiuntur aut felicitate quadam ingenii, lectione multa subacti, quod celeriter, et in tempore, offerat ea, e quibus illae nascantur; quam felicitatem ac celeritatem nemo in potestate habet: aut a diligentia singulari in exigendis omnibus ad artis et linguae praecepta; in qua facilis est lapsus, praesertim ingeniis magnis et vividis, eloquentiae et poeticae aptis, quale in Burmanno fuit. Quo minus in talibus quisquam cum contumelia reprehendi debet.

Omnino hoc debet esse persuasum omnibus, multo difficilius legitimam crisin exerceri in aetate eius, qua Suetonius vixit, quam superioris scriptoribus: neque solum in iis, qui in scribendo ingenium ostentare et eloquentiam voluerunt, sed etiam in his, qui simplicem orationem usurparunt, omni verborum et sententiarum ornatu, tamquam veste, detracto. De quo non alienum videtur, pauca dicere. Nempe haec, de qua dicimus, aetas, longe, ut inter omnes constat,

desciverat, primum ab elegantia et venustate cogitandi, deinde a vera et exquisita ratione et lege loquendi. Quod illius temporis scriptores adeo non ignoraverunt, ut se illorum superiorum imitatores libenter profiterentur. Atque inde non parum difficultatis in corrigendis his scriptoribus obiicitur. Nam hanc ipsam ob causam primo neque sententias illorum exigere ad elegantissimam cogitandi rationem, quae antiquis illis Atticis et Ciceronianae aetati contigerat, neque, propter animadversum aliquod vitium, velut emendandae et expoliendae sententiae causa, verba tentare possumus: quod qui velit facere, nae is saepe, non quod auctor quisque scripsit, sed quod scribere fortasse debuit, reperiatur. Deinde genus acuminum invaluit et frequentatum est illud, quod maxime inest in lusu quodam verborum: in quo saepe tanta est ambiguitas, ut pari probabilitate diversae lectiones defendi possint, neque ullo modo liceat liquido discernere. Multa eius generis sunt in Plinii Epistolis, in primisque Panegyrico: in quibus, quicquid pro ea lectione, quae tibi arriserit, dicas, nunquam tamen efficias, ut non alterius patronus dicere possit ea, propter quae, si nihil aliud, tamen amplius iudices pronuntient. Totam illam ratio frequentandarum nimis sententiarum acutarum et suavium, quae est illi aetati sollemnis, hoc affert incommodi, iudiciumque efficit difficile et anceps. Sed quoniam Sueto-

niana ratio scribendi non est ex illo genere, sed aperta, ut dixi, simplex, minimeque ornata; ab hac quidem parte nihil difficultatis in iudicando exoritur: ceterum ab illo tamen altero genere non est vacuus, quod nascitur ex observatione non omnino exacta et accurata eius rationis loquendi, qua optima illa aetas usa est, in usu temporum, modorum, aliisque. Etenim, quoniam constat, in eo non satis diligentes et constantes huius aetatis scriptores fuisse, non licet cum fiducia versari in locis iis constituendis, in quibus aberrationes tales a perfecta lege loquendi animadvertuntur. Itaque nobis satis visum est, in talibus monere tirones, quam tentare aliquid, nisi boni libri adiuverent.

Quod ad alterum genus notarum attinet, quod pertinet ad rerum verborumque illustracionem, in primis hoc a nobis actum est, ut, quae nondum aut recte, aut satis perspicue explicata et illustrata essent, pro facultate nostra, accuratius ac diligentius illustraremus: quod a nobis in non adeo paucis praestitum speramus. Atque, ut hoc magis studiosi harum litterarum adfuerent legitimae sensus investigationi, faciliusque ipsi de interpretatione nostra iudicare possent, in difficilioribus locis sere hac ratione usi sumus, ut, quorsum intendi cogitatio, in sensu vero reperiendo, debeat, unde difficultas intelligendi oriatur, quomodo, quibus rebus, tolli possit, moneremus. In universum autem hoc operam

dedimus, ut nihil relinqueremus inexplicatum, in quo haerere possent non nimis longe in hoc genere literarum proVecti. In quo libenter fatemur, a nobis quaedam dicta esse, a superioribus Interpretibus iam occupata. Quod tamen ita fecimus, ut appareret, unde et a quibus ea accepissemus. Ceterum in toto hoc genere hanc nobis legem scripsimus, ut, quae possent in Lexicis et vulgaribus antiquitatum compendis, reperiri, vel tironibus quaerenda, vel magistris scholarum tradenda relinqueremus. Neque enim probare possumus eorum consuetudinem, qui talia ad omnes auctores congerunt, et sic praeter necessitatem librorum molem et pretia augent: eoque nomine recte Pitisci et Almeidae ad Suetonium Commentarios, etiam alios de causis futiles et ineptos, a Burmanno reprehensos putamus. Quae denique paullo longiores observationes erant, aut non proprie ad loci certi interpretationem pertinebant, eas, Excursuum nomine, ad calcem libri reiecimus, exemplo Lipsii, Cortii atque aliorum.

Fecimus etiam novos Indices. Etenim Berneggerianum illum non modo maiorem, quam pro huius editionis modo, esse videbamus, verum etiam non satis neque accuratum, neque utilem. Vitia illius Indicis tria in primis sunt. Primum est, quod in eo sunt nomina et verba, e textu a Viris doctis dudum ope honorum librorum sublata, ut *L. Tucinius* ex Aug. c. 64., *Ti-*

tus Iunius e Vit. c. 7.: quaedam etiam falsa, ut, quod Octavia, Marcello nupta, ad Pompeium traducta dicitur e Caes. c. 27., et alia similia: quamquam huius vitii facilis est medela, quam miramur, Viros doctos, qui eum Indicem suis editionibus adiunxerunt, non adhibuisse. Alterum est, quod, qui commune nomen habent, confuse et indiscrete ponuntur, ut, ad quem quidque pertineat, quot personae sint, non appareat. Tertium est, quod formulae et verba in eum congesta sunt plurima, quae nemo in Indice quaerat, quippe vulgaria et ubivis obvia: omissis contra, quae quis forte quaerat. Nos quidem duplicem Indicem fecimus: alterum historicum, qui iis, quae diximus, vitiis careret; alterum verborum, in quem delecta verba et phrasae, sed in primis rariora et propria Suetonio, aut eius aetati, et quorum exempla quis quaerere possit, congestimus.

Haec fere sunt, quae de editione nostra dicenda, etiam ad hanc eius repetitionem pertinentia, habuimus. Quodsi haec opera probabitur Viris doctis, gaudebimus. Si quid forte a nobis alicubi peccatum fuerit, quod in rebus tam multis, tam variis, tanque saepe minutis, facile fieri potuit, id ut imbecillitati humanae et prolixae nostrae de litteris bene merendi, iuventutisque utilitati consulendi, voluntati condonetur, vehementer rogamus.

C. SÜETONII TRANQUILLI
VITAE
DUODECIM CAESARUM.

SUETONII
LIBER PRIMUS.

C. IULIUS CAESAR.

. . . annum agens sextum decimum, patrem amisit: sequentibusque Consulibus, [flamen Dialis destinatus,] dimissa Collutia, quae, familia

Cap. 1. *Flamen D. destinatus*] Semel monuisse tirones sat erit, apud Suetonium et paullo superiores *destinatos* dici, qui apud Ciceronem et Livium *designati*. Sic Calig. c. 12. alibi. Itaque frustra Muretus ad Tac. Ann. 1, 3. *designari* corrigit *designari*. Ceterum quum e Velleio 2, 45. constet, Caesarem a Mario et Cinna flaminem delignatum fuisse, eos autem anno septimo decimo Caesaris, hoc est, a. U. 670. iam mortuos fuisse; haec verba ab h. l. sunt aliena, videnturque e superioribus, quae periere, huc tracta esse, ut et Oudendorpio visum. Itaque uncis inclusi: nam et diutius cum ceteris coeunt. EAX. Adscriperat illud haud dubie aliquis illustrando *sacerdotio* in seqq., uti et verba, *Iulius Caesar Di-*

vus, ante annum posita sunt ad lacunam in principio explendam. Quae verba quum absint a pluribus codd., ut a Longol., aut diverso modo legantur, deletis iis, tria puncta praefigere non dubitavi. Nihil enim probabilius et, paene dixerim, certius est, quam caput libro truncatum esse, uno aut altero folio avulso vel per madorem corrupto. Nam Plutarchi, longe aliam rationem sequentis, exemplum ad librorum nostrorum fidem tuendam afferri non potest; neque videtur Suetonius, si alibi Caesaris profapiam et primos annos gentisque Iuliae historiam persecutus erat, neglecturus fuisse summam rerum breviter inde excerptere, ne in uno Caesare ab ea via discederet, quam in reliquis instituit omnibus. De verbis, *sequen-*

eques tri, sed admodum dives, praetextato desponsata fuerat, Corneliam, Cinnae, quater Consulis, filiam, duxit uxorem; ex qua illi mox Iulia nata est: neque, ut repudiaret, compelli a Dictatore Sulla ullo modo potuit. Quare et sacerdotio et uxoris dote et gentiliciis hereditatibus multatus, diversarum partium habebatur: ut etiam discedere e medio, et, quamquam morbo quartanae aggravante, prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimeret; donec per vir-

tibus Coss. nihil dicam: sed appellatio *Dici*, praesertim sic nomini subiecta, satis aperte alienam manum significat. Praeterea ipsi flaminium decretum fuit *pacne puero*, i. e. annorum 14, paullo ante mortem Marii a. U. 667. et 668. Nondum autem inauguratum puta propter aetatem, quum a Sulla multaretur adolecens 19 annorum. Conf. Noris. Cenotaph. Pil. p. 129. et Wesseling. Obs. p. 216 seqq. Ceterum *designare* nullo tempore non mansit proprium comitorum verbum, etsi pro eo interdum dicebatur *designare* vel *nomiure*: ut c. 34. et Domit. c. 10. Etiam ultima aetas saepe dicit *designare*.

Uxoris dote et gentiliciis] Calaubonus factum dicit e lege Cornelia, de proscriptorum liberis, laudato Plutarcho auctore, qui ea lege proscriptorum bona publicata, et liberos ab honoribus exclusos, tradat pag. 172. C. Sed dos, Caesari da-

ta, non pertinebat ad Cinnae bona, nec gentiliciae hereditates, quae a gente Iulia ad eum venire debebant. Dicemus itaque, istas poenas non e lege aliqua inflictas Caesari, sed pertinaciae eius castigandae causa, omninoque arbitrarias fuisse. ERN. Videtur lex plura capita habuisse. Conf. Velleium 2, 28. Id apparet manifesto, *gentilicias hereditates* non ad Iuliam gentem pertinere, sed ad Corneliam Cinnae. Hae publicatam dotem sequebantur.

Redimere] Multi codd. habent *redimetet*: idque recte probat Burmannus. Librarii, qui *redimere* fecerunt, putabant ad *cogeretur* referendum esse. Non dubitavi, illud nunc recipere in textum, ut et Oudendorpius fecit. ERN. Nobis, ut in dubia re, magis placet *redimere*, licet ante *discedere*, quod ipsum quoque in verbum linatum mutavit

gines Vestales perque Mamercum Aemilium et Aurelium Cottam, propinquos et affines suos, veniam impetravit. Satis constat, Sullam, quum deprecantibus amicissimis et ornatissimis viris aliquamdiu denegasset; atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse, si-ve divinitus, si-ve aliqua coniectura: *Vincerent, ac sibi haberent; dummodo scirent, eum, quem incolumem tanto opere cuperent, quandoque optimatum partibus, quas se-cum simul defendissent, exitio futurum: nam Caesari multos Marios iuisse.*

nonnulli, ut Guelf. 2. et uter-que Bern. Non autem satis similis est locus in Tito c. 5. *Quasi desciscere a patre etc.* De re conf. c. 74.

Mamercum] Hic est, qui cum D. Bruto Consul fuit a. U. 676. De eo vide Cic. Brut. c. 47. ERN.

Cottam] Intellige Marcum, qui a. U. 679. Consul cum Lucullo fuit. ERN.

[*Propinquos et affines*] De propinquitatis ratione, inane sit, cum Casaubono quaerere. Nec, affinitas qualis fuerit, necesse est indagare. ERN. Nimirum nihil expedire possu-mus indagando.

Ornatissimis] I. e. honora-tissimis, summis honoribus per-functis. Id monere visum est tironum causa, ut intelligant, qui Latine *ornatissimi* simpli-citer et *honoratissimi* dicantur, monitque fugiant vitio-

rum nosrorum hominum con-suetudinem, qui, quos indi-care volunt a te magui fieri, eos honoratissimos et ornatissimos vocant. ERN. Conf. Dukerum ad Flor. 1, 7. p. 66.

[*Divinitus, si-ve aliqua etc.*] Ergo non omnis coniectura de futuro est divinatio. Divinitus enim est per *divinationem*. Divinatio autem est praedictio futuri, sine causarum cognita-rum respectu; quum futurum praedicas ita, ut nescias, unde scias, et quare dicas: *con-jectura*, autem dicitur a causarum scientia. Locis, a Casaubono iam e Cic. de Div. 1, 6: 2, 11. laudatis, adden-dus imprimis alius ex Epili. ad Div. 6, 1. *Neque ego ea, quae facta sunt, fore quum dicebam, divinabam futura: sed etc.* ERN. In divinando inest sensus obscurior et species quaedam furoris; unde

2 Stipendia prima in Asia fecit, M. Thermi Praetoris contubernio; a quo ad arcessendam classem in Bithyniam missus, defedit apud Nicomedem, non sine rumore prostratae regi pudicitiae: quem rumorem auxit, intra paucos rursus dies repetita Bithynia, per causam exigendae pecuniae, quae deberetur cuidam libertino, clienti suo. Reliqua militia secundiore fama fuit, et a Thermo in expugnatione Mytilenarum corona civica donatus est.

3 Meruit et sub Servilio Isaurico in Cilicia, sed brevi tempore. Nam Sullae morte comperita, simul spe novae disensionis, quae per M. Lepidum movebatur, Romam properare rediit. Et Lepidi quidem societate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit; quum ingenio eius dissilus, tum occasione, quam minorem opinione offenderat.

divini saepe dicuntur surcere: in coniectura ratio est; quare haec, *rationem* et *coniecturam*, iungit Cic. de Div. 1, 56. *Divinare* possumus etiam somniantes; at somnia interpretari, quod est *coniectoris*, omninoque *coniecturas capere*, modo vigilantes; etiam in re critica, opinor.

Cap. 2. *Praetoris contubernio*] Conf. Vesp. c. 5. Hoc quid sit, si quis tiro requirat, adeat Clavem Cic. in v. Contubernalis n. 2. FAX.

Reliqua militiae] I. e. per reliquam militiam, reliquo militiae tempore. Nam verbum *fuit* referendum est ad Cae-

sarem, sicut mox *donatus est*. De isto ablativo c. 11. et alibi saepe monebit Ernestius, praecedente Drakenb. ad Liv. 2. p. 400.

Cap. 3. *Disensionis, quae*] Lege lata de actis Sullae rescindendis. Cic. Catil. 3, 10. FAX.

Tum occasione] Vulg. *occasione*: sed illud ex optimis Mss., quibus accedunt Longol. Guell. 2., revocavit Ondendorpius, probante Rulinken. Nam etsi plura exempla illius constructionis oblitterata sunt, analogiam sequentis verborum *fido* et *confido*, tamen ne nunc quidem omnino desunt.

Ceterum, composita seditione civili, Corneli- 4
 ham Dolabellam, consularem et triumphalem
 virum, repetundarum postulavit; absoluteque,
 Rhodum secedere statuit, et ad declinandam in-
 vidiam, et ut per otium ac requiem Apollonio
 Moloni, clarissimo tunc dicendi magistro, ope-
 ram daret. Huc dum, hibernis iam mensibus,
 traiecit, circa Pharmacusam insulam a praedoni-
 bus captus est; mansitque apud eos non sine
 summa dignatione prope quadraginta dies, cum
 uno medico et cubiculariis duobus. Nam co-
 mites servosque ceteros initio statim ad expe-
 diendas pecunias, quibus redimeretur, dimise-

Cap. 4. *Corn. Dolabellam*] Consul fuit, a. 673. cum M. Tullio Decula, defensus a Cotta et Hortensio. Cic. Brut. c. 92. ERN.

Apollonio Moloni] Sic et nostri codd. omnes, non *Molonis*. De huius rhetoris nomine nuper docte diligenterque egit Spaldingius ad Quintil. 3. p. 430.

Indignatione] Viri docti, etiam Burmannus, volunt *indignatione*: quod convenit planissime cum narratione Velleii 2, 41. et Plutarchi in Caesare. Sed potuit indignatio etiam paullo maior esse, et indicari a Suetonio, quod tamdiu manendum esset ac defendendum. Idem visum est Oudendorpio. ERN. Perperam, ut et Ruhnkenius censuit ad Velleium l. 1. Nulla interpretatio colorare potest vulgatae lectionis vitium, planeque ab-

surda est correctio Burmanni. Ipsae particulae *non sine* aliquid, quod minus expectes, significant: et vox *dignatio*, iam Livio et Trogo frequentata, eodem modo corrupta erat Vespas. c. 4. Illam corruptelam sequitur Iulius Celsus in Vita Caes. c. 9., levis scriptor, nec antiquus: *Mansit cum praedonibus non sine tristitia et indignatione*.

Ad expediendas pecunias] Propriam imprimisque Ciceronianum in re pecuniaria verbum: quo saepe noster utitur. H. l. est, sumendas mutuo. ERN. Scilicet quas numquam redditurus erat, ut decet magistratus magnarum nationum, praesertim in *pecunia publica civitatum*. Vide Velleium 2, 42. Verbum simpliciter est *conficere, comparare*, quum res difficultatem habet. Simile est in re pecuniaria *explicare*, ut expli-

rat. Numeratis deinde quinquaginta talentis, expositus in litore, non distulit, quin e vestigio classe deducta, persequeretur abeuntes; ac redactos in potestatem, supplicio, quod illis saepe minatus inter iocum fuerat, afficeret. Vastante regiones proximas Mithridate, ne desiderare in discrimine sociorum videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, transiit in Asiam; auxiliisque contractis, et Praefecto regis provincia expulso, nutantes ac dubias civitates retinuit in fide.

5 Tribunatu militum, qui primus Romam reverso per suffragia populi honor obtigit, auctores restituendae tribuniciae potestatis, cuius vim Sulla deminuerat, enixissime iuvit. L. etiam Cinnae, uxoris fratri, et qui cum eo, civili discordia, Lepidum secuti, post necem Consulis ad Sertorium confugerant, reditum in civitatem rogatione Plotia confecit, habuitque et ipse super ea re concionem.

6 Quaestor Iuliam amitam uxoremque Corneliam desuictas laudavit e more pro rostris. Sed in amitae quidem laudatione de eius ac

care nomen. Conf. ad Gramm. p. 17.

Cap. 5. *Tribunatu militum*] Exquilitiori Latinitate pro. *Tribunus militum*: quod quidam hic reponi volunt: vel, *quam Tribunus militum esset*. Similiter dixit Vesp. c. 2., ubi vide. ERM. Conf. Gronov. ad Liv. 5. 34. de illa vi ablativi.

Per suffragia] Vide de hac re nos in Clav. in v. *Tribunus* n. 2. ERM.

Cuius vim Sulla deminuerat] Casaubonus putat sa-

ctum, adempto iure ceterorum honorum petendorum iis, qui Tribb. plebis fuissent. Sed hoc non ad vim tribunatus pertinet. Vis inest in potestate, qua olim Tribuni uli erant: eam ademerat Sulla: legislationem, relationem ad Senatum et intercessionem, nisi in certis atque exiguis causis. Vide nos in Clav. ad Cic. legem tribuniciam. ERM. Conf. Caesarem B. C. 1, 5 et 7.

Cap. 6. *Sed*] Recte Casaubonus correxit *Et*, quod et

patris sui utraque origine sic refert: *Amitae meae, Iuliae, maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Marcio sunt Marci Reges, quo nomine fuit mater; a Venere Iulii, cuius gentis familia est nostra. Est ergo in genere et sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, et ceremonia deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges.* In Corneliae autem locum Pompeiam duxit, Q. Pompeii filiam, L. Sullae neptem; cum qua deinde divortium fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio: quem inter publicas ceremonias penetrasse ad eam muliebri veste, tam

in editiones post eum venit quasdam. Sic enim Latini solent dicere, quum de una parte aut genere etc. aliquid addunt. ERN. Vulgatum eodd: omnes tuentur et similis usus aliorum huius aetatis.

Quo nomine fuit mater] Scil. eius, Iuliae; Marcia. Ceterum valde frigeret ista translatio cognominis *Regum* ad potestatem *regiam*; nisi in eo significatio antiquae regiae stirpis inuisset. Vide Ovid. Fast. 6, 803.

Sanctitas regum] Est maiestas et inviolabilitas. Cic. Sext. 37. *sanctitas tribunatus*. Mox *cerimonia deorum* eadem est, quae ante *sanctitas*. ERN. Immo plus est *cerimonia*, i. e. religiosa veneratio: quum *sanctitas* etiam hominibus tribuitur, maxime regibus, unde

Tac. Ann. 2, 65. dixit *sacra regum*. Neque proprie *maiestas* inest in *sanctitate*, sed tantum *inviolabilitas*, ut barbara saecula loquebantur.

Q. Pompeii] Consulis, qui Sullae collega fuit a. U. 665: filii, qui a P. Sulpicii Trib. pleb. emissariis interfectus est, propter odium patris. Vellei. 2, 19. Cic. Lael. c. 1. ERN.

Opinatus] Aliter tamen prae se tulit. Vid. c. 74. ERN.

Muliebri veste] *In mul. v.* aliquot Mss., ut Bern. 1., quod placebat Oudendorpio et Ruhnkenio. Sane sic interdum loquuntur boni scriptores, alias *cum*. Mox mirum est, Ernestio, de hoc genere nimis saepe ad Ciceronem et Tacitum monenti, intactam mansisse constructionem, *erat sama ut decreverit*, cuius ratio non

constans fama erat, ut Senatus quaestionem de pollutis sacris decreverit.

7. Quaestori ulterior Hispania obvenit: ubi quum mandatu Praetoris iure dicendo conventus circumiret, Gadesque venisset, animadverta apud Herculis templum Magni Alexandri inagine, ingemuit; et, quasi pertaesus ignaviam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset in aetate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset, missionem continuo esflagitavit, ad captandas quam primum maiorum rerum occasiones in Urbe. Etiam confusum eum somnio proximae noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) coniectores ad

potest reddi ex vulgaribus praecceptis de consecutione temporum. Nihil tamen mutandum esse, quemvis vel sensus quidam grammaticus docebit; ineptaeque reponas *decreveret*, nec satis recte *fuit*. At hoc facilius, puto, serunt hodie, *su-
it ut decreverit*.

Cap. 7. *Mandatu Praetoris*] Recte receptum Praetoris nomen, quum olim *Pop. R.* esset. Notum vel e Cicerone, Quaestores et Legatos, Praetoris vice, sed eius mandato, ius in conventibus dixe-
runt. ERX.

In aetate, qua — subegisset] Anno aetatis 37. Quippe fuit Quaestor a. 637., natus a. 654. hae medio.

Missionem] Quomodo a Praetore missionem petit, a quo munus non acceperat? Sed

etiam Legatus Marius a Proconsule Metello missionem flagitat et impetrat. Quamquam aliquid discriminis hic intercellit. Nam Legati tum fere ab Imperatoribus lecti. ERX. Non additur, a quo missionem petierit. Tamen minime incredibile est, in subitis casibus etiam a Praetore missionem impetrare potuisse Quaestorem.

Confusum eum] Displicet Burmanno illud *eum*, putatque natum ex ultima praecedentis verbi syllaba. Non dubito, elegantius abesse. Ceterum haec alibi apud nostrum id pronomen sic positum reperit, ubi non ostendit Burmannum. *India c. 50. Cui — mercatus est, et bello civili — — amplissima praedia ei numo addixit. C. 55. Quo Asinius*

ampliffimam spem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi, interpretantes; quando mater, quam subiectam sibi vidisset, non alia esset, quam terra, quae omnium parens haberetur.

Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas, de petenda civitate agitantes, adiit; et ad audendum aliquid concitasset, nisi Consules conscriptas in Ciliciam legiones paullisper ob id ipsum retinissent: nec eo secius maiora mox in Urbe molitus est. 8

Siquidem ante paucos dies, quam aedilitatem iniret, venit in suspicionem, conspirasse cum M. Crasso consulari, item P. Sulla et Autronio, post designationem consulatus ambitus condemnatis, ut principio anni Senatium adorirentur, et trucidatis, quos placitum esset, dictaturam Crassus invaderet, ipse ab eo Magister equitum diceretur, constitutaque ad arbitrium republica, Sullae et Autronio consulatus resti-

Pollio, ne tempus quidem concionandi habuisse eum, dicit. Et sic pluribus locis aliis; c. 80. etc. Similia exempla sunt apud Tacitum, ut ad eum aliquoties notavi, item apud Livium, ut 6, 34. confusam eam ex recenti animi morsu. ERN.

Portendi] Ex depravata unius cod. scriptura praeferrunt nonnulli, aut certe non reiciunt, Casauboni coniecturam, *potiundi portendi*. Nobis ea vehementer displicet.

Cap. 8. Colonias Latinas] Casaubonus de Gallis Cisalpinis Transpadanis interpretatur, quibus ius Latinum, lege Pom-

peia, post bellum sociale, datum, auctore Asconio. Sed de coloniis hic Romanis sermo, quae, ut factum non raro, tantum cum iure Latinitatis, non civitatis, deductae erant. Exempla obvia sunt apud Livium. ERN. Utinam adiecisset, quae aliae hic intelligi possent coloniae, quas dixit *Romanas*. Non est dubium, quin sermo sit de iisdem Gallis Transpadanis, qui non contenti iure Latini, (unde *Latinae* vocantur *coloniae*,) iam etiam ius suffragiorum et honorum sibi postulabant. Ita et Lipsius ad Tac. Ann. 11, 25.

tueretur. Meminerunt huius coniurationis Tanufius Geminus in Historia, M. Bibulus in Edictis, C. Curio pater in Orationibus. De hac fignificare videtur et Cicero in quadam ad Axiuum epilola, referens, *Caefarem in confultatu confirmaffe regnum, de quo Aedilis cogitabat*. Tanufius adiicit, Crallum, poenitentia vel metu diem caedi delinatum non obiiffe, et iccirco ne Caefarem quidem fignum, quod ab eo dari convenerat, dediffe. Conveniffe autem, Curio ait, ut togam de humero deiiceret. Idem Curio, fed et M. Actorius Naflo, auctores funt, confpiraffe eum etiam cum Cn. Pifone adolescente: cui ob fufpicionem urbanae coniurationis provincia Hifpania ultro extra ordinem data fit; pactumque, ut fimul foris ille, ipfe Romae, ad res novas confurgerent per Lambranos et Transpadanos; deftitutum utriusque confilium morte Pifonis.

Cap. 9. *Tanufius*] De hoc vide collecta Voff. Hifi. Lat. 1, 12. ERN.

Edictis] Vid. infra c. 49. ERN.

C. Curio] De eo lege Cic. Brut. c. 60. ERN.

Confirmaffe regnum] *Regnum et regnare*, invidiofa vocabula, dicuntur de iis, quorum in libera civitate nimia potentia eft. Cic. pro Sulla c. 7. Flor. 5, 15, ubi v. Duk. p. 454. Sic et *regnum* dicitur, quicquid immodicum et intolerabile eft in moribus. Vide Salluft. Ing. c. 64. Cic. ad Att. 1, 16. Notabat Ruhpken. his ipsis locis memoratis.

Deiiceret] Alii legi volunt *reiiceret*, fcil. in tergum, quod et probat Burmannus Sec. Anthol. T. I. p. 759. Sed lacinia togae in humero eft et in tergo: nec commode dicitur *reiicere de humero*. ERN.

Extra ordinem] I. e. nullo more. Nam infolens res erat, Quaeforem mitti in praetoriam provinciam, qualis erat Hifpania. Vide Cort. ad Salluft. Cat. c. 19.

Lambranos] Populus nemini praeterea commemoratus. Itaque varie hoc nomen a Criticis tentatum, quorum coniecturas piget referre. Ego facile concesserim, nomen corru-

Aedilis praeter comitium ac forum basilicasque etiam Capitolium ornavit; porticibus ad tempus exstructis; in quibus, abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. Venationes autem ludosque, et cum collega et separatim, edidit: quo factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet; nec dissimularet collega eius, M. Bibulus, evenisse sibi, quod Polluci. Ut enim geminis fratribus aedes, in foro constituta, tantum Castoris vocaretur; ita suam Caesarisque munificentiam, unius Caesaris dici. Adiecit insuper Caesar etiam gladiatorium munus, sed aliquanto paucioribus,

ptum; etsi defenditur a Cluverio. Sane non statim, si nomen urbis aut populi, non aliunde notum, corruptum putandum est, ut recte, pluribus locis ad Livium, monet Drakenborchius. Sed tamen non credibile, Caesarem obscuro et haud dubie parvo populo ad rem tantam uti voluisse. ERN. Nisi forte a glossatore adscripta sunt verba, *per — Transpadanos*, unice praefero cum Ruhnk. correctionem *Ambro-nas* s. *Ambrones*. Id nomen commune fuit pluribus populis Celticis, latrocinari passim solitis, qui et aliunde et ex historia Marii innotuerunt. Vide Strab. 7. p. 183. Plut. Mar. p. 55. ed. Leop.

Cap. 10. *Ornavit*] Intell. statuis, picturis exquisitis, aulaeis etc. Apud Ciceronem aequae simpliciter dicitur *forum ornatum* Verr. 1, 34. Fiebat

autem tempore ludorum, imprimis circensium, quibus loca, per quae pompa duceretur, ita ornabantur. Origo rei traditur apud Liv. 9, 40. ERN. Ad moram temporariam, spatium ludorum edendorum, exstruxit porticus in Capitolio, ut ibi pars rerum, quam cetera loca non caperent, vagis populi oculis exponeretur inspicienda. *Apparatus* voc. proprium est de illis ornamentis, ut ap. Liv. 27, 6. Plin. 36, 15.

Aliquanto paucioribus] Intell. multo, longe. Illustravimus hanc vim verbi ad c. 86. ERN. Commisisse tamen Caesar narratur paria 320. *Aliquantum* per se incertae potestatis est, sicut cognata vocabula, *aliquis*, *aliquamdiu*, *aliquot*, v. c. quum dicitur, *aliqua inest difficultas*, *aliquot anni* etc. Hi possunt esse decem, possunt etiam esse 40, 60.

quam destinaverat, paribus. Nam quum multiplici undique familia comparata inimicos exterrisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere Romae liceret.

II Conciliato populi favore, tentavit per partem Tribunorum, ut sibi Aegyptus provincia plebiscito daretur, nactus extraordinarii imperii occasionem, quod Alexandrini regem suum, socium atque amicum a Senatu appellatum, expulerant, resque vulgo improbatur: nec obtinuit, adversante optimatum factione, quorum auctoritatem ut, quibus posset modis, in vicem deminueret, tropaea C. Marii de Iugurtha deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sulla disiecta, restituit; atque in exercenda de sicariis

Conf. c. 12. vel Cic. Tusc. 1, 2. Ita aliquanto pauciores et multis partibus pauciores (c. 68.) locutiones sunt haud plane eiusdem potestatis.

Cap. 11. *Aegyptus provincia*] In quam cum exercitu mitteretur ad restituendum regem Ptolemaeum. Nam provincia etiam dicitur quaecunque regio, in quam quis cum imperio mittitur, etiam si ea non est in potestate populi Romani, ut innumeris exemplis e Livio demonstrari potest: quod tironum causa hic monere non alienum putavimus. Eux. Conf. Casaubonum.

Regem suum] Intell. Ptolemaeum Alexandrum, qui exul mortuus est, ut recte capit Usserius ad a. 3939. Male

Torrentius aliique intelligunt *Auletem*. Eux. Res incidit in annum 690., ubi v. Wesseling. ad Chron. Simsoni.

Tropaea Marii] Noli igitur credere Floro, qui a Romanis nulla tropaea constituta tradit 5, 2., quamquam defendit Dukerus. Cic. Arch. c. 9. *nostra sunt tropaea*. Plinius Hist. Nat. 5, 5. Pompeium dicit in Pyrenaeis montibus tropaea posuisse, quorum non semel mentio apud Strabonem. v. c. lib. 5. p. 156. Caesar porro tropaeum statuit, victo Pharnace, prope Zielam, ut auctor est Dio Callius lib. 42. p. 207. Conf. etiam Perizon. Anim. Hist. p. 215. Eux.

In exercenda] Recte Casaubonus accipit de anno post

quaestione eos quoque sicariorum numero habuit, qui, proscriptione, ob relata civium Romanorum capita, pecunias ex aerario acceperant, quamquam exceptos Corneliis legibus.

Subornavit etiam, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret; quo praecipuo adiutore, aliquot ante annos, L. Saturnini seditiosum tribunatum Senatus coercuerat: ac forte index in reum ductus, tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil aequae ac iudicis acerbitas profuerit. 12

aeditatem; et quaestionem hanc a Caesare exercitam, quum iudex quaestionis esset, apud eum Praetorem, cui quaestio inter sicarios obtigerat. De iudice quaestionis diximus in Clave Cic. ERN. Et Sigon. de Iudiciis 2, 5.

Proscriptione] Semel tiro-nes monuisse sat erit, ablativos rerum apud Suetonium saepe poni absolute, cum adiuncta significatione temporis. *Proscriptione* est, tempore proscriptionis Sullanae. Sic ante, *tribunatu militum*, alibi, *ludis circensibus*, etc. ERN.

Corneliis legibus] Intell. de una lege. Sed ita saepe *leges* pluraliter dicuntur eo sensu, quo nobis *legislatio*.

Cap. 12. *Sorte ductus* etc.] Non recte explicat hunc locum de iudice quaestionis Casaubonus; neque recte de iudice selecto capias. C. Caesar cum L. Caesare fuit Duumvir per-

duellionis indicandae ex antiquo Tulli Hostilii instituto, Liv. 1, 26. sorte constitutus. Cic. Rabir. Perd. c. 4. In causa perduellionis, neque Praetor, neque iudex quaestionis, neque iudices selecti locum habent. Duumviri iudicant, deinde a provocatione populus: ad quem defensus est a Cicerone Rabirius. ERN. Huic sententiae merito adstipulatur Ruhnkens.

Nihil aequae] At Dio tradit, hoc uno Rabirium ereptum, quod Metellus e Ianiculo vexillum sustulerit: quo facto, Tribunus causam illam deposuit. ERN. Nemo non videt, quomodo Dionis et Suetonii narrationes conciliari debeant. Metelli Celeris factionem maxime offendisse videtur Caesaris nimia severitas, praesertim quum huius amicus tum esset Labienus, ab ipso subornatus Rabirii accusator.

- 13 Deposita provinciae spe, pontificatum maximum petiit, non sine profundissima largitione. In qua reputans magnitudinem aeris alieni, quin mane ad comitia descenderet, praedixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem non reversurum. Atque ita potentissimos duos competitores, multumque et aetate et dignitate antecedentes, superavit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus tulerit.
- 14 Praetor creatus, detecta coniuratione Catilinae, Senatuque universo in socios facinoris ultimam statuente poenam, solus municipatim dividendos custodiendosque, publicatis bonis, censuit. Quin et tantum metum iniecit asperiora suadenibus, identidem ostentans, quanta eos in posterum a plebe Romana maneret in-

Cap. 13. *In eorum tribubus*] Ex hoc loco colligit Gruchius de Comit. 2. 2., comitia ea, quibus Pontifex M. crearetur, fuisse tributa: quod si est, sequitur, etiam ante Domitianam legem, quoties Pontifex M. dicatur a populo creatus esse, de tributis comitiis capiendum. Nam quo anno Caesar Pontifex M. creatus est, Domitia lex, a Sulla abrogata, nondum restituta erat: quod factum esse scimus e Dione Cass. lib. 37. consulatu Ciceronis per T. Labienum Trib. pleb. et Pontifex M. creabatur veteri ritu. Sed mihi non credibile videtur, Pontificem M. tributis comitiis creatum. Nam

per populum Pontifices M. haud dubie creati ante, quam tributa comitia essent. Neque probabile est, creatum principem sacerdotum in comitiis, quae sine auspiciis haberentur. Centuriatis igitur arbitror creatum. Gruchium decepit tribuum nomen apud Suetonium. Sed id non impedit, quominus centuriata ista comitia fuerint, quando et Cicero de comitiis centuriatis Agrar. 2. 1. loquens, tribuum mentionem facit; ubi vide Graev. inpr. Gronov. Obsl. 4. 1. Conf. ad c. 80. Assentitur Oudendorpius. Ern. Conf. Dukerum ad Liv. 25. 5. et Intpp. ad Cic. Agr. 2. 7.

vidia, ut Decimum Silanum, Consulem designatum, non piguerit sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius, atque ipse sensisset, exceptam; obtinissetque adeo, transductis ad se iam pluribus, et in his Cicerone, Consulis fratre, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio. Ac ne sic quidem impedire rem desistit, quoadusque manus Equitum Romanorum, quae armata praesidii causa circumstabat, immoderatus perseveranti necem comminata est: etiam strictos gladios usque eo intentans, ut sedentem una proximi deseruerint, vix pauci complexu togaque obiecta protexerint. Tunc plane deteritus, non modo cessit, sed in reliquum anni tempus curia abstinuit.

Primo praeturae die Q. Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocavit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. Verum, impar optimatum

15

Cap. 14. *Cicerone, Conf. fratre*] Sic Bern. 2. aliique libri optimi, unde edidit Oudend. Vulgo *Ciceronis*, minus Latine.

Quoadusque manus] *Usque* abest ab aliquot codd., probantibus multis, qui in eo cadentis Latinitatis vestigium vident: in nostris comparet plerisque, et recte, puto. Etiam apud alios scriptores id compositum vocabulum usurpari constat, et ipse S. dicit *usque adeo pro usque eo*, et *usque eo quoad*, ut Gramm.

Vol. I.

c. 22. et hoc quidem exemplo Ciceronis Verr. 3, 55. *Liciti sunt usque eo quoad se efficere posse arbitrabantur.*

Cap. 15. *Primo praet. die*] Quo die Praetores boni omnis et religionis causa iurisdictionem leviore quodam actu auspicari solebant, contra quam Caesar tum fecit. Vide Ovid. Fast. 1, 167. Suet. Ner. c. 7. Tac. Ann. 4, 36. ibique Lips. Paulo post *transferebat* verbum est sine effectu positum, ex natura imperfecti; etsi id in pluribus sit temporibus.

B

conspirationi, quos, relicto statim novorum Consulium officio, frequentes oblinatosque ad resistendum concucurrisse cernebat, hanc quidem actionem deposuit.

16 Ceterum Caecilio Metello, Tribuno plebis, turbulentissimas leges adversus collegarum intercessionem ferenti, auctorem propugnatoresque se pertinacissime praestitit, donec ambo administratione reipublicae decreto Patrum summoventur. Ac nihilo minus permanere in magistratu, et ius dicere ausus, ut comperit,

Novorum Consulium] H. e. salutatione, et in Capitolium, curiam, forumque deductione: de quibus aliisque generibus tratatitiis honoris habendi, die nuptiarum, togae virilis, funeris etc. imprimis argenteae, quam vocant, aetatis tempore, officii verbum coepit frequentari: frequentari, inquam. Nam falsum est, quod Calaubonus ad Aug. c. 55. dicit, post Ciceronis tempora hanc verbi vim demum invectam; quum sit tali sensu apud ipsum Ciceronem pro Muren. 55. 31., unde etiam apud eundem officiosi dicuntur, qui id genus officii libenter et facile, et apud multos, obeunt. Semel dictum tirones teneant. Eux.

Actionem] I. e. rogationem. Vid. Clav. Cic. in h. v. Eux.

Cap. 16. *Collegarum*] In quibus fuit imprimis Cato, nobilitatis actionibus adversus Me-

tellum, quas late narrat Plutarchus in eius Vita. Eux.

Administratione] *Ab administratione* praeter alios Mit. uterque Guelf. Bern. 1.; satis bene.

Ius dicere ausus] Pighius ad a. 691. negat, se scire, quam iuris dicendi provinciam habuerit, nisi forte quaestionem inter licuitos, e cap. 11. Sed, quaestionem hanc ad praetorem Caesaris non pertinere, iam ante innotuit. Tum quaestiones non fiant, in vetere Latinitate, iurisdictionis, ut pluribus docuimus in Clav. Cic., sed iurisdictionis est tantum Praetoris urbanae et peregrinae. His, quae ibi diximus, addendum hic unum Ciceronis locum imprimis insignem e Verr. 1, 47. Veres obicit de libertis, cui hereditatem adimerat: *Proscipuum inquit, lex est, poena est.* Cicero respondet: *quid ad eum, qui ius dicit?* Etenim Veres erat

paratos, qui vi ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus, abiectaue praetexta, domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoque, biduo post sponte et ulro confluentem, operamque sibi in asserenda dignitate tumultuosius pollicentem, compescuit. Quod quum praeter opinionem evenisset, Senatus, ob eundem coctum festinato coactus, gratias ei per primores viros egit; accitumque in curiam, et amplissimis verbis collaudatum, in integrum restituit, inducto priore decreto.

Recidit rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinae nominatus, et apud Novium Ni-

17

Praetor urbanus. Ista autem res erat quaestionis, causaque publica, adeoque non suberat iurisdictioni. Ex his fit, ut Caesar Praetor, vel urbanus, vel peregrinus fuerit, quia ei iurisdictione a Suetonio tribuitur. Etsi autem apud Suetonium interdum etiam *iurisdictione* de causis publicis occurrit, v. c. Aug. c. 36., tamen tantum de Caesaribus, non ordinariis quaestoribus, dicitur. ERN. Vel ex superioribus intelligi licet, Praetorem urbanum fuisse Caesarem.

Cap. 17. *Apud Novium* etc.] Torrentius repudiat interpretationem eorum, qui quaestorem intelligant, quos etiam Casaubonus sequitur. Nam quaestores esse Praetores: manifestum autem esse e sequentibus, Novium Praetorem

tum non fuisse. In quo valde errat. Nam primo, Novius Niger Quaestor eo anno non fuit: urbanus autem esse debuisset, si ei negotium illud voluisset mandare Senatus, ut Torrentius existimat. Etenim e Cicerone pro Flacc. c. 15. constat, Quaestores urbanos eo anno fuisse P. Sextilium et M. Curium. Deinde constat, eo anno extra ordinem quaestionem habitam esse e SC. de Catiliniis. Ea quaestio videtur mandata fuisse Novio Nigro. Non ergo opus est, ut cum Burmanno iudicem quaestionis intelligamus. Nam extraordinariae quaestiones etiam privatis mandari poterant, eiusque rei exempla non desunt. Quod autem Novius passus esse dicitur, maiorem magistratum apud se compell-

grum, Quæsiorem, a L. Vettio Iudice, et in Senatu a Q. Curio: cui, quod primus consilia coniuratorum detexerat, constituta erant publicè præmia. Curius quidem e Catilina le cognovisse dicebat: Vettius etiam chirographum eius, Catilinae datum, pollicebatur. Id vero Cæsar nullo modo tolerandum existimans,

lari; id non dicitur in comparatione cum Novio, sed simpliciter. Nam Consules, Praetores et Aediles curules, magistratus sunt maiores, eorumque nomina deseri aut recipi a quaestoribus, omninoque eos in iudicium vocari, non licebat, neque praesentes, neque absentes. De verbo *compellere* egimus nos in Clave Cic. in h. v. ERX. Mihi quidem de his non satis liquet; immo parum certa videntur, imptimis illud, quod notatur de verbis, *quod comp. ap. fr. m. mag. p. esset*, quibus in verbis comparationem *Quæstoris* inesse, ipsum hoc vocabulum adiectum arguit. Acquiescendum igitur nobis in eo, ut dicamus, uni Quæstorum extra ordinem mandatam fuisse quaestionem de Catilinariis.

[A L. Vettio indice] Burmannus retinuit *indice*, quod est in libris prope omnibus, est Ursinus, Casaubonus, Graevius malebant *iudice*. Recte. Nam est haud dubie ille *Vettius*, qui *index* per contumeliam est appellatus etiam vulgo, etc. apud Ciceronem Sext.

c. 63. *me oppugnavit primum per indicem Vettium* etc. ad Att. 2, 24. *Vettius ille noster index*. Fuerunt etiam *Vetti Iudices*, sed a *Vettio Iudice* differre *Vettium indicem*, iam movit Noris. ad Cenot. Pis. Dist. I. c. 5. De huius Vettii iudiciis vide etiam Dion. Cass. lib. 37. p. 48. Oudendorpius contra disputat, et *Iudice* defendit. Non attendit ad verba nostra: *per contumeliam est appellatus index*: alias ratione ea, quam contra nos asserti, non esset ulus. Non ex iudicio coniurationis Catilinae, sed ex aliis iudiciis est appellatus index. ERX. Unde appareat, hunc eundem esse Vettium, qui infra c. 20. et ap. Ciceronem nominatur *index*, perdifficile fuerit decernere. Equidem assentiar Oudendorp. et hunc sequenti, Ruhkenio, atque h. l. aptissimum esse nomen familiae putem, etiam si de eodem isto indice agatur.

[Curius quidem] Particulam addidi ex Long. Bern. 1. et vestigiis aliorum. Inadente Scriptoris huius consuetudine.

quum, implorato Ciceronis testimonio, quaedam se de coniuratione ultro ad eum detulisse, docuisset, ne Curio praemia darentur, effecit: Vettium, pignoribus captis, et direpta supellectile male mulcatum, ac pro rosiris in concione paene discerptum, coniecit in carcerem; eodem Novium, Quaestorem, quod compelli apud se maiorem potestatem passus esset.

Ex praetura ulteriorem sortitus Hispaniam, 18 retinentes creditores interventu sponzorum removit: ac neque more, neque iure, antequam provinciae ornarentur, profectus est; incertum, metune iudicii, quod privato parabatur, an, quo maturius sociis implorantibus subveniret. Pacataque provincia, pari festinatione, non expectato successore, ad triumphum simul consulatumque decessit. Sed quum, edictis iam comitiis, ratio eius haberi non posset, nisi privatus introisset Urbem, et ambienti, ut legibus solveretur, multi contradicerent, coactus est, triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere.

E duobus [consulatus] competitoribus, L. 19

Pignoribus captis, et etc.] Hunc locum vindicavit et illustravit, omnemque simul pignorum capiendorum ritum, in Dissertationibus de eo ritu eleganter scriptis, Kustnerus ICtus doctissimus, disciplinae nostrae quondam alumnus, nunc amicus longe suavissimus. ERN. *Direpta* per plebem: ut est ap. Liv. 2. 5. seqq. de bonis Tarquiniorum, non auctione.

Passus esset] Long. addit *coniecit*, nondum ex alio libro prolatum.

Cap. 18. *Ornarentur]* Recte necessarioque pro *ordinarentur*, quamvis contra codd. et edd. receptum est. Id quid sit, satis e Livio notum, et dictum est a nobis in Clave Cic. Causa corruptelae fuit haud dubie, quod formula, *ordinare provincias*, frequens est apud Suetonium, sed alio levisu. ERN.

Cap. 19. *Consulatus]* Verbum non fuit in Mf. Tornaes. nec est in edd. pr. Rom. Itaque, ut supervacuum, cum Ou-

Luceio, Marcoque Bibulo, Luceium sibi adiunxit; pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret, nummos de suo, communi nomine, per centurias pronuntiaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summo magistratu, concordi et consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente, eam largitionem e republica fieri. Igitur cum Bibulo Consul creatur. Eandem ob causam opera optimatibus data est, ut provinciae futuris Consulibus minimi negotii, id est, silvae callesque, decernerentur.

Uenditorpio efficiendum puto.
Uncis inclusi. ERN.

Luceio] Eo, qui e Ciceronis nobili illa epistola ad Div. 5, 10. notus est. De re ipsa locus est egregius apud Cic. ad Atticum 1, 17. *Luceium scito consulatum habere in animo statim petere: duo enim soli dicuntur petitori. Caesar cum eo coire per Arrium cogitat.* etc. ERN.

Nummos pronuntiaret] Simile Ciceroniano, *muncera declarare* ad Div. 2, 3. pro polliceri. Sic etiam Cic. Cluent. 29. *quam pro reo pronuntiasset pecuniam*, ubi vide Graev. Conf. infra c. 26. ERN. Adde Liv. 45. 40. et ibi Gron.

Opera optimatibus data] Memm. et alii Mss., uterque Bern. et Guelf., *ab optimatibus*, quod facile praetulerim,

etsi S. more saeculi sui dativum ita ponit, etiam non sine quadam ambiguitate, ut Aug. c. 1. Alii vero, ut Rubnken., hic ablativum vident, inducti, opinor, huiusmodi exemplis, ut Tac. Ann. 3, 3. *Tiberio et Augusta concubitant*, c. 20. *desertus suis*. Sed talia minus conveniunt h. l.

Silvae callesque] Lipsius ad Tac. Ann. 4, 27. interpretatur curam publicorum saltuum calliumque, in quibus pecora pascebantur, aere aliquo constituto: quae quaestoria proprie provincia fuit. Sed Pighius ad a. 488. intelligit de provinciis iis, in quibus nullo exercitu opus, sed tantum praesidiis ordinariis, adversus latrocinia, et ad securitatem tuendam, quibus nihil adversus imperium Romanum

Qua maxime iniuria instinctus, omnibus officiis Cn. Pompeium affectatus est, offensum Patribus, quod, Mithridate rege victo, cunctantius confirmarentur acta sua; Pompeioque M. Crassum reconciliavit, veterem inimicum ex consularu, quem summa discordia simul gesserant; ac societatem cum utroque iniit, ne quid ageretur in republica, quod displicuisset ulli e tribus.

Inito honore primus omnium instituit, ut 20

et libertatem moliri possent: a qua sententia non abhorret Burmannus de Vectig. P. R. c. 8. p. 106. 107. eamque et ipse veram puto. ERN. Accedit etiam Ruhken.

Qua maxime iniuria] Mira hic est nota Burmanni. Primum dicit, sic Graevium in maiore editione, in minoribus edidisse *maxima*: sed non dixisse, unde habeat: se nusquam reperisse. Post incipit defendere illam lectionem, et in textum ipsum recipit. Nempe nota diversis temporibus scripta est, diverse Viri docti animo affecto. *Maxime* verum est. ERN. Error indignus memoratu.

Affectatus est] Proprium verbum eorum, qui omni genere officiorum aliquem colunt, ut eum sibi concilient, patronumque habeant; estque *affectari* fere inferiorum erga superiores: ex quo intelligitur, Caesarem, Pompeio se velut submittendo, eum capere voluisse. Est tamen apud Cic.

Or. 1, 56. de maiore minorem candidatum in comitia deducente. ERN.

Cunctant. confirmarentur] I. e. in iis confirmandis cunctaretur Senatus, quum Pompeius ea statim confirmari cuperet, eamque ob causam Afranium et Metellum Celerem in consularu petitione adiuverat. Dio lib. 57. p. 31. Quod factum est propterea, quia Pompeius quaedam impotentius ac libidinosis, contraque dignitatem populi Rom. egerat. In quibus maxime hoc, quod Regem Syriae nihil commeritum, socium et amicum populi Rom., cui Syriae regnum a Romanis per Lucillum datum erat, regno Syriae privaverat, sola Commagene relicta, Syriamque in provinciae formam redegerat. Rem omnem, qui et quare resisterint in ea re Pompeio, narrat Dio l. c. ERN.

Cap. 20. *Primus instituit*] Vide EXEMPL. A. ERN.

tam Senatus quam populi diurna acta conficerent et publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut, quo mense falces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. Lege autem Agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Ac postero die in Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet, qualia multa fac-

Conficerent] Hoc pro *conficerentur* recepi cum Oudendorpio e libris ser., quod ei saepe in libris suppositum est. Vide quos laudat Oudendorpius, et adde Heinl. ad Virg. Aen. 4, 116. ERN.

Lictores, pone sequerentur] Sed sine falcibus. Conf. Drahenb. ad Liv. 2, 55. p. 490.

Lege Agraria] De qua vide mox hoc ipso cap. ERN.

Referre aut censere etc.] Gronovius et Burmannus sic explicant, ut *referre* proprie dicatur, *censere* autem de eo, quod relationem excedere vocat Tacitus, quum dicta sententia ad relationem factam postulatur, ut Consules referant de re aliqua. Sensum igitur hunc facit Burmannus: Consules non aulos esse, sponte referre de ea re; neque Senatores postulasse, ut referrent. Primum sane non mirum esset, quum alter Caesar fuerit, alter ipse Bibulus, qui querebatur, et de sua causa non referbat. Quare, si proprie capiamus,

intelligemus potius de Tribunis plebis, quos referendi ius habuisse scimus. De altero, concedendum est, illud *censere* de excedenda relatione capiendum esse, quia nulla relatio de ea re facta: sed non necessarium est, de postulata relatione intelligere. Ego quidem primum *referre* illud aut proprie, ita ut ante dixi, de Tribunis plebis capio, aut de postulatione relationis, quae excedenda relatione facta esset. Nam *referre* etiam pro postulare relationem alicuius rei dici, notum est e Cic. pro Leg. Manil. 19., ubi vide Graev. *Censere* autem capio quidem et ipsum de egressione relationis, sed ita, ut etiam sententia dicatur, quid in tali re faciendum. Nam primo fieri etiam sine relatione poterat, ut sententia super aliqua re diceretur. Exempla habemus in Philippicis Ciceronis Orat. 7, eoque pertinet illud Catonis, qui omnibus sententiis adiciebat: haec cenleo, et

pe in levioribus turbis decreta erant, in eam coegit desperationem, ut, quoad potestate abiret, domo abditus, nihil aliud quam per edicta obnuntiaret. Unus ex eo tempore omnia in republica et ad arbitrium administravit: ut nonnulli urbanorum, quum quid per iocum testandi gratia signarent, non *Caesare et Bibulo*, sed *Iulio et Caesare Consulibus* actum scriberent, bis eundem praeponentes, nomine atque cognomine; utque vulgo mox ferrentur hi verus:

*Non Bibulo quidquam nuper, sed Caesare factum est:
Nam Bibulo fieri Consule nil memini.*

praeterea, Carthaginem esse delendam. Deinde, quae apud Suetonium sequuntur, manifeste hanc verbi *consere* interpretationem postulant. Addit enim: *consere aliquid, qualia multa saepe, in levioribus turbis, decreta erant.* Verbum *decernere*, quod hic pro *consere* ponitur, tum illa, *qualia multa*, necessario intelligenda sunt de rebus, ad coercendas illas turbas, et satisfaciendum Bibulo, decernendis. Sensus igitur est: quum nemo magistratum, qui ius relationis haberet, referret de ea re, neque quisquam Senator, egressus relationem, sententiam diceret, de turbis istis coercendis modo aliquo, qui in levioribus saepe turbis a Senatu decretus esset. etc. ERN. Pleraque horum, etsi perplexius tractata, vera esse puto; ne-

que assentior Ruhnkenio, qui dubitans de Latinitate structurae *consere aliquid*, locum non explicandum, sed corrigendum statuebat.

Nihil aliud, quam obnunt.] Tironum causa dicam, intelligi, post *nihil aliud, egit.* Sed res hodie ita trita, ut ne tirones quidem eos, qui ad Suetonium accedant, videatur fugere debere. Burmannus laudavit Gron. ad Liv. 31, 24. Saepe sic noster *urbanorum*, intell. facitorum et iocoforum hominum. De qua verbi vi consulendus Gronovius de Sestert. 4. 9. p. 318. et nos in Clave Cic. ERN.

Per iocum] Prorsus probanda Lipsii Torrentiique opinio, haec verba alieno loco posita esse, et scribendum, *quum quid testandi gratia signarent, per iocum non* etc.

Campum Stellatam, maioribus consecratum, agrumque Campanum, ad subsidia reipublicae vectigalem relictum, divisit extra sortem ad viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent. Publicanos, remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit; ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatus lice-

Nescio, quid velit Gron. l. l., qui dicit, totum hoc subscriptionis genus iocandi causa factum, non in rebus seriis. Longe aliter locutus fuisset Suetonius. Ovidend. putabat, hunc iocum indecorum esse. Recte. Sed non alienum hoc ab urbanis, i. e. scurris. EAX. Immo aliter loqui debuisset S., si de seria praescriptione egisset. Importunum esset sic addere *per iocum*; simul ipsa orationis forma vulgatum ordinem verborum tuetur. Intelligi autem possunt plura genera testationum, in quibus iocus talis locum haberet: in seriis quidem rebus nemo passus esset, scriptum publicae fidei causa signandum eiusmodi ludibriis auctoritatem suam periclitari, quod recte sentit Gronov.

Consecratum] Non proprie sic dictam consecrationem, qua res vobis humanis eripiuntur, intelligendam esse, in eo video omnes conveire. Repugnat enim res ipsa: quam satis constat, istum campum vobis publicis servisse. Haud

dubie autem probanda est Burmanni interpretatio, qui sic dici putat, quod Romani vectores eam ita addixissent publico, ut caverint, forte diris execrationibusque interpositis, ne publico unquam eriperetur, neve vel venderetur privatis, vel colonis divideretur: metu fortasse, ne coloni eo deducti, propter ubertatem soli, in Campanorum veterum vitia paulatim delaberentur: quod intelligi quodam modo potest e Cic. Agrar. 1, 6. EAX.

Ad viginti millibus] Vulgo erat *ac*; *ad* abest ab Lys. ut ab ed. Rom. Praepositionis huius in summis etiam iungi aliis, praeter accusativum, casibus, exempla, rara illa quidem, at certa docent. Vide Gronov. ad Liv. 10, 17. Petiz. in Obsl. Misc. Doct. T. 8. p. 135. EAX. Titones huius *adverbialis* usus exempla conferant Caesaris in Ind. Mori.

In locatione novorum etc.] An hoc proprie dictum sit, dubito. Nam quae tum nova vectigalia constituta sunt, non reperio. Itaque interpretor di-

rentur, propalam monuit. Cetera item, quae cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo, ac, si conaretur quis, absterrito. M. Antonem interpellantem extrahi curia per licto-rem, ducique in carcerem iussit. L. Lucullo, liberius resistenti, tantum calumniarum metum iniecit, ut ad genua ultro sibi accideret. Cicerone, in iudicio quodam deplorante temporum statum, P. Clodium, inimicum eius, frustra iam pridem a Patribus ad plebem transire nitentem, eodem die horaque nona transduxit. Postremo in universos diversae factionis induxit Vettium praemiis, ut se de inferenda Pompeio ne-

ctum, pro *nova locatione vectigalium*. Obloquitur Oudendorpius, ceterum aut ipse nesciebat, quid diceret, aut idem dixit. ERN. Recte dixit, *nova* appellari, quia intra quinquennium mutata ratione provinciarum, simul vectigalium ratio quodammodo mutari et innovari debuerit; non quod *omnino nova* tunc imposita sint vectigalia.

Cicerone] Vide eius Or. pro Dom. c. 16. *Hora fortasse sexta diei quiescens sum in iudicio, quum C. Antonium collegam meum defenderem, quaedam de republica, quae mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Haec homines improbi ad quosdam viros fortes; longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus.*

Adoptio autem Clodii facta est lege curiata, ut mos erat. ERN. In *deplorante* observes participium rei infectae, significationem habens perfectae, usu inde orto, quod Latini talibus participiis carent in verbis activis. Vide Vossium de Anal. 4, 14.

Vettium] De quo supra. Rem ipsam pluribus narrat Cicero ad Attic. 2, 24., qui hic inprimis legendus. Inde intelligitur, Vettium ante iam in Senatu fecisse, quod hic, uti apud Ciceronem, in concione traditur dixisse. Ceterum Cicero nihil de Caesare rei auctore: reprehendit tantum, quod talem hominem e carcere in rostra produxerit: in Or. autem in Vatinius rem confert in ipsum Vatinius c. 10. seq. Ceterum cum Cicerone facile de auctore rei compo-

ce sollicitatum a quibusdam profiteretur, productusque pro rostris, auctores ex compacto nominaret: sed uno atque altero frustra, nec sine suspicione fraudis, nominatis, desperans tam praecipitis consilii eventum, interceptisse veneno indicem creditur.

21 Sub idem tempus Calpurniam, L. Pisonis filiam, successuri sibi in consulatu, duxit uxorem; suamque, Iuliam, Cu. Pompeio collocavit, repudiato priore sponso, Servilio Caepione, cuius vel praecipua opera paullo ante Bibulum impugnaverat. Ac post novam affinitatem Pom-

netur Suetonius, si cogitemus, Vatinius omnem tribunatum Caesari emancipasse, adeoque, quae ille fecit, haud dubie etiam hac in re, auctore Caesare, fecisse. Eux. *Vettium* ab Ursono acceptum videtur, non e codd., qui praebent *diversae fact. inductum praemiis ut* — nisi quod Guelf. 1. habet *inductum quendam praemiis*. Latet, puto, vitium, ut pleraque huius Scriptoris, noluis omnibus codd. antiquius; neque hominis nomen abesse potuit. Quoniam tamen nihil certi est, vulgarem lectionem, rei et constructioni aptam, reliquimus.

Veneno] Aliter Cicero, qui in Vatin. c. 11. dicit, a Vatinio Vettio fractas in carcere cervices, ne quod indicium corrupti iudicii exstaret, eiusque sceleris in ipsum quaestio flagitaretur. Neque dubium est,

quin Ciceroni hic potius, quam Suetonio, fides habenda sit. Eux.

Cap. 21. *In consulatu*] Nonnulli codd., etiam ex nostris, *consulatum*. Quod pro vulgari vitio habuisse, nisi Oudendorp. et Ruhk. tamquam unice verum defenderent. Afferunt illi quidem exempla, quibus dicitur *succedere in locum, in stationem, in aliu*, sed sine dativo, qui mutat structurae rationem. Neque vero dubitamus, quin recte dicatur *in alicuius munus succedere*; sed alia forma est *succedere alicui in munere*; nec minus Latina, opinor: nisi forte Latine dici non potest, *in aliqua re succedere alicui*. Ac ne illud quidem latis simile est apud personatum Brutum ad Cic. ep. 13. *succedere alicui in patris locum*.

peium primum rogare sententiam coepit, quum Crassum soleret, elletque consuetudo, ut quem ordinem interrogandi sententias Consul Kalendis Ianuariis intuituisset, eum toto anno conseruaret.

Socero igitur generoque suffragantibus, ex 22
omni provinciarum copia Gallias potissimum ele-

Eum toto anno] Si velimus inter se conciliare Suetonium et Sallustium, qui Catil. c. 50. dicit, Consules designatos primos interrogatos, (vide ibi Cort.) necessarium erit, cum Casaubono verba, *toto anno*, non ad litteram accipere, sed cum exceptione, quoad Consules novi designati non essent, quod sane non repugnat vulgari consuetudini loquendi. ERX.

Cap. 22. *Galliam, cuius*] Recte Burmannus *Galliam* tucur, quia *cuius* sequitur, et argutiones Sanctii et Perizonii repudiat. Res etiam postulat. Nam sermo est de provincia, quam suffragatione Pompeii et Pisonis accepit, lege Vatinia. Ea autem sola Gallia Cisalpina fuit, ut ipse Suetonius tradit. *Gallias* tamen defendit et Oudendorpius. ERX. Ac iure merito. Nam hic necesse erat principio provinciam memorari generatim, ubi ex Latina consuetudine plurali numero unice locus erat, (conf. v. g. c. 28.) mox deinceps partes provin-

ciae. *Galliam Cisalpinam et Transalpinam*. Repolui igitur *Gallias*, idque ex fide omnium codd. et vet. edit. Profecto factum est, firmamentum vulgatae scripturae quaeri in vocabulo *cuius*, quod ipsum corruptum esse, sequentia manifesto ostendunt. Nam, ut cetera omittam, nulla ratio est praesentis verbi *sit*, quoniam id de emolumentis provinciae ex praeterito tempore et mente Caesaris, non ex Scriptoris, dici apparet. Hinc iam sponte fluit emendatio, quae proxime ad verum accedit: *Gallias potissimum elegit, cuius emolumento et opportunitate idoneas et materia triumphorum*. Quis malet glandibus vesci, ex quo fruges reperiuntur? Simul nunc quisque de vi totius sententiae aliter statuet, quam factum mox videbit, si propriam et exquisitam potestatem vocis *emolumentum* cogitet, de quo vide Ruhnk. ad Velleium 2, 78. Ipsi triumphum emolumentorum maiorum et successuum in republ. gradus videbantur Caesari futuri esse:

git, cuius emolumento et opportunitate idonea sit materia triumphorum. Et initio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adiecto, lege Vatinia accepit: mox per Senatum, Comitam quoque; veritis Patribus, ne, si ipsi negassent, populus et hanc daret. Quo gaudio elatus, non temperavit, quin paucos post dies frequenti curia iactaret, invitis et gementibus adversariis adeptum se, quae concupisset; proinde ex

Cuius emolumento] Neque Gronovium sequor, in *emolumentum* interpretatione, quum de ubertate et felicitate terrae explicat, neque Burmannum, qui, rei magnae et difficilis molitionem et abolitionem indicari, putat, nosque ad notam suam ad Vellei. 1, 17. 2, 105. amandat. Nam ubertas agrî non praebet triumpho materiam: emolumentis autem et opportunitate provinciae Caesar uti volebat ad rem magnam, h. e. triumphum molendum. Intelligo igitur in primis ea, quae solebant huic provinciae, quum ornaretur, attribui: quae Caesar non ignorabat. Ea igitur sciebat esse solere eiusmodi, ut bellum gerere posset, ex quo spes triumphii nasceretur. Ceterum, quod Burmannus coniecit legendum, in *cuius emolumento*, non est opus. Etsi durius est, praepositionem hic omitti, tamen id sit etiam aliis locis, apud Suetonium non modo, verum etiam apud Ciceronem:

quemadmodum interdum paulo durius additur. Sic c. 28. *ratio comitiis haberetur*, pro, in comitiis, quod usitatius, et usu mollius. Ean. Ut *feriis, ludis*, de quo usu praedictum est; ut ipse Cic. ad Att. 14. 12. dixit: *legem a Dictatore comitiis latam*. Sed is usus perquam alienus est a verbis, *cuius emolum.*, ut ea vulgo perperam capiuntur.

Opportunitate] De situ intelligo, non, ut Burmannus explicat, quod ita Italiae immineret: qui tamen in Addendis se correxit. Omnis enim ista opportunitas ad triumphum, non ad tyrannidem Romae invadendam, a Suetonio refertur: sed quod eos vicinos habebat, qui facile in bella trahi possent, aut facile ipsi bella moverent: unde cum imperio solebant in hanc provinciam mitti. Gronovius etiam de situ tali capit: sed, quod ad Ariovistum refert, non placet. Est enim sermo, ut vidimus, de Gallia Cisalpina. Ean.

eo insultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, *Facile hoc ulli feminae fore*; respondit, quasi alludens, *In Syria quoque regnasse Semiramis, magnamque Asiae partem Amazonas tenuisse quondam.*

Functus consulatu, C. Memmio Lucioque 23 Domitio Praetoribus de superioris anni actis referentibus, cognitionem Senatui detulit: nec

Insultatur. capitibus] Vulgo ad obscenitatem infamem referunt, cuius alibi apud Suetonium mentio, saepe apud Catullum: cuius rei ego non modo nullam necessitatem video, sed ne rationem quidem intelligo. Nam *insultare capiti* de eo genere libidinis non dicitur, sed *illudere*: neque aptum ei rei verbum videtur, nec ulli generi venereae rei. In feminae autem verbo respici ad illam famam, de corpore Nicomedi prostituto, concedo. ERN. Si sana mente fuit Caesar, illud non potuit in istam sententiam dicere, quae tam promptum convicium in ipsius mores ciere deberet. Conf. c. 49. Immo ferociam victoris minatur, prostratum et iacentem hostem pedibus conculcantis. Vide Virg. Aen. 8, 570. et Serv. ad 9, 643. At vero ambiguitate quadam verbi non satis cavet, ne acerbum dictum illuc torqueretur; id quod commemoratio mollietatis in voce *feminae* declarat.

Responderit] Non convenit haec forma structurae orationis. Melius Torrentius dedit *responderet*: sed quia plures libri habent *respondit*, id cum Oudendorpio recepi: coniungitur cum *temperavit*. Idem mox edidit *Syria*, quia id in quibusdam Mss. repertum est, et Latini pro *Affyria* dixerunt; quod et Graevio videbatur. Id imitari, quia hic nil certi est, non sustinui. ERN. Equidem ausus sum, vel potius concessi optimorum librorum, in his nostrorum omnium, auctoritati. Idem autem habent *responderit*, unus Bern. 1. *respondit*.

Cap. 23. *Praetoribus referentibus*] Praetorum proprie non est relatio, nisi absentibus Coss., quos tum affuisse scimus. Capiendum igitur de relatione facta per egressionem relationis, ut apud Ciceronem pro Leg. Manil. c. 19., ubi pariter Praetor dicitur ad Senatum tulisse. Vide ad c. 20. ERN. De iure referendi, relationem

illo fuscipiente, triduoque per irritas altercationes abſumpto, in provinciam abiit; et ſtatim Quaeflor eius in praeiudicium aliquot criminibus arreptus eſt. Mox et ipſe a L. Antifio, Tribuno plebis, poſtulat, appellato demum collegio, obtinuit, quum reipublicae cauſſa abeſſet, reus ne fieret. Ad ſecuritatem ergo poſteri temporis, in magno negotio habuit, obligare ſemper annuos magiſtratus, et e petitoribus non alios adiuvare, aut ad honorem pati pervenire, quam qui ſibi recepiffent propugnatuſros abſentiam ſuam: cuius pacti non dubitavit a quibus-

egrediendi ſeu novam poſcendi, ſatis erit inſpexiſſe Salluſt. Cat. c. 48. Gell. 14, 7. Tac. Ann. 2, 58. et 13, 49., unde diſceas, nihil certi de ea re in uſu fuiſſe.

In provinciam abiit] Quod Cicero Or. in Sen. p. Red. c. 17. dicit, Caefarem aliquamdiu ad Urbem haefiſſe, donec ſibi exilium irrogatum eſſet, id non pugnat cum verbis Suetonii. Nam quum primum aliquis paludatus Urbe. exiit, in provinciam abiſſe, dici poteſt. Sic apud Ciceronem Verr. 4, 27. Antiochi Reges in Syriam profecti dicuntur: et poſt demum de alterius itinere per Siciliam agitur. ERR.

Obtinuit] Si, qui reipublicae cauſſa abſens eſt, in ius vocari non poteſt, ut ſupra ad c. 16. diximus: quid opus erat Caefari hoc facere? Burmannus reſpondet, exceptionem

hanc legis de ea re ſcriptae fuiſſe, ſi quis detrectandi iudicii cauſſa abeſſet: idque diſcuiendum Tribunis Caefarem mandaſſe. Sed ea exceptio videtur ad eos tantum pertinere, qui ſimplici abſentia ſe tutantur. Nam in eo, qui reipublicae cauſſa abſens eſt, haec exceptio locum vix habet; niſi forte abiit, nondum ornata provincia: quod, eo nondum facto, contra morem erat abire in provinciam, ut Suetonius c. 18. tradit. Id an hic locum habeat, quum Suetonius taceat, non audeam pro certo dicere. Poſſis etiam ſuſpicari, legem eam non hanc vim habuiſſe, ut ſemper obſervaretur. Quod mihi inde ſit verofimile, quod, ſi ea lex ſatis valuit, non intelligi poteſt, quare inventi ſint, qui tales homines poſtulerent, ut hic factum eſt, et olim in M. Antonio, Valer. 3, 7. poſtea-

dam iusiurandum atque etiam syngrapham exigere.

Sed quum L. Domitius, consulatus candidatus, palam minaretur, Consullem se effecturum, quod Praetor nequisset, adempturumque ei exercitus; Crassum Pompeiumque, in urbem provinciae suae Lucam extractos, compulit, ut, detrudendi Domitii causa, consulatum alterum peterent; et ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur. [perfecitque utrumque.] Qua

que fecit in percussoribus Caesaris Octavius, (vide in Aug. c. 10. et quae ibi diximus) si scirent, frustra tales postulari, neque in reos recipi posse aut solere. ERN.

Syngrapham] *Syngraphum* habet etiam Mf. Lys. ERN. Item Bern. 1. 2. At Long. et Guelf. 1. *cirographum*.

Cap. 24. *In quinquennium*] Dio lib. 59. p. 105. f. haec paullo aliter narrat, et, pro quinquennio, triennium ponit, et addit: ὥστε τὰ ληθῆς εὐρίσκειται. Sed Suetonius potius est audiendus. Nam res ipsa et tota historia docet, in quinquennium alterum prorogatam Caesari provinciam, quam lege Vatinia ante in quinquennium acceperat. In Dione numerus corrumpi potuit, quum unius litterae signo exprimeretur. ERN. Hoc non probabile esse, addita illa verba demonstrant. Dissentit igitur Dio a ceteris auctoribus omnibus;

sed suo iste periculo.

Perfecit utrumq.] In omnibus fere libris, tum scriptis, tum editis, haec ante verba, *et ut in quinquennium*, ponuntur. In Periz. cod. Burmannus reperit posita inter duas lineas, velut *παρένθεσις* esset: in Cuiaciano denique, et tribus aliis, plane omittuntur. Inde Burmannus cum aliis credit, verba esse transposita; quod nec mihi displicet. Nam durum est: *compulit, ut prorogaretur*. Qui transposuit primum, non vidit, illud *utrumque* referri ad Domitium detrudendum, et consulatum petendum. ERN. Nihil duri est in constructione verbi *compulit*, ex quo, per notam figuram, in altero membro sumendum est *operam dedit, obtinuit*. Illud autem *perfecitque utr.* plane habet speciem annotationis, ab aliquo adscriptae, quem brevis offendisset, mox inepto loco in-

fiducia ad legiones, quas a republica acceperat, alias privato sumptu addidit: unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico; (Alauda enim appellabatur;) quam disciplina cultuque Romano institutam et ornatam, postea universam civitate donavit. Nec deinde ulla belli occasione, ne iniusti quidem ac periculosi, abstinuit, tam foederatis, quam infestis ac feris gentibus ultro lacessitis: adeo, ut Senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreverit, ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint. Sed prospere decedentibus rebus, et saepius et

trusae, in nonnullis codd. inter lineas. Nos sine dubitatione eos codd. sequimur, qui verba omittunt.

Alauda] Et ipsa legio sic vocata, ne in singulari haereas, ut e Gruter. Inscr. 559, 7. et Plin. 31, 7. Burnannus docet. Et milites Alaudae vocati, unde etiam legio Alaudarum dici potuisset cum Cicerone, in Philippicis. ERN.

Institut. et ornatam] *Institutam* refer ad disciplinam, *ornatam* ad cultum. Vide Excurs. ad Tit. c. 9. ERN.

Civitate donavit] Pro iure et potestate imperatoria. ERN.

Tam foederatis, quam infestis], I. e. non minus foederatis quam; vel potius, aequae scilicet ac. Ne quis putet, particulas *tam* et *quam* apud veteres eadem potestate dici, *quam*, *tam*, vel *et*, *et*.

Quondam] Pro aliquando. Sic etiam utitur, praeter alios, Horatius Carm. 2, 10. ERN. Nihil tritius. Mendose plures nostri *quosdam*, nisi forte correctio est. Ut Viros doctos nuper eadem vox offendit in extr. c. 22.

Decedentibus] Est sane dure dictum, si est a Suetonio: quod non negem pertinaciter, quando omnes vet. codd. habent, neque credibile est, librarios notum *cedentibus* mutasse, et inusitatum *decedentibus* servasse. Coniectura *cedentibus* vel tironi in mentem veniat. ERN. Et probabilis videtur; etli perlimile quiddam nostrates dicunt, *die Sache löst glücklich ab*. Vitium fuisse suspicor, non ex mutatione ortum, sed ex proclivi lapsu calami in isto concursu similitum syllabarum.

plurimum, quam quisquam unquam, dierum supplicationes impetravit.

Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, haec fere. Omnem Galliam, quae saltu Pyrenaeo Alpibusque et monte Gebenna, fluminibusque Rheno et Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis et tricies centum milia passuum, praeter socias ac bene meritas civitates, in provinciae formam redegit, eique quadringentes in singulos annos stipendii nomine imposuit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum, ponte fabricato ag-

25

Quam quisquam unquam] Recte Casaubonus monuit, capiendum de temporibus autem Caesarem. ERN.

Cap. 25. *Quibus in imperio*] Vulgatus putat Burmannus, cum imperio: sed hic aptius in imperio putem, et positum pro, in provincia. Nam est tantum sermo de illis annis, quos in provincia exegit. Sed etiam, quum provinciam reliquisset, imperium retinuit, et cum imperio fuit. ERN.

A saltu] Praepositio, quam olim debebat Lipsius, a pluribus codd. abest. Assentior Burmanno, eam delendam esse: atque adeo cum Oudendorpio delevi. Mox cum eodem dedi fluminibusque, pro fluminibus. ERN.

Qui trans Rhenum incolunt] Trans respectu Galliae, non Romae, ubi Suetonius

scripsit, ut alii. Ceterum haec verba mihi suspecta sunt. Quorsum enim adduntur? An etiam tum Germaniae pars, ut hodie, cis Rhenum? Videntur addita ab aliquo, postquam Germania ultra Rhenum propagata. Oudendorpius contra meam sententiam attulit locum Caesaris B. G. 2, 3., ubi sunt *Germani cis Rhenum*. Sed ille locus merito de mendo suspectus est Cellario, qui corrigit *ripas Rheni incolunt*, ut et interpret Graecus legit; et illi Caesaris Germani, iam Belgae, non Germani amplius. At apud Tacitum Ann. 1, 56. sunt *Germani cis Rhenum colentes*: sed vide quae ibi dixi. Si locus genuinus est, quod non valde negem: Suetonius sui saeculi more locutus est, ut ibi Tacitus. ERN. Miris modis errabat Vir egregius, ne memor quidem ap. Caes. 1, 1.

gressus, maximis affectit cladibus. Aggressus est et Britannos, ignotos antea; superatisque pecunias et obsides imperavit: per tot successus, ter, nec amplius, adversum casum expertus: in Britannia, classe vi tempestatibus prope ablumpta; et in Gallia, ad Gergoviam legione fusa; et in Germanorum finibus, Titurio et Aurunculeio legatis per insidias caesis.

26 Eodem temporis spatio, matrem primo, deinde filiam, nec multo post nepotem amisit. Inter quae, consternata P. Clodii caede republica, quum Senatus unum Consulē, nominatimque Cn. Pompeiū, fieri censuisset, egit cum Tribuniis plebis, collegam se Pompeio destinantibus, id potius ad populum ferrent, ut absenti sibi, quandoque imperii tempus expleri coepisset, petitio secundi consulatus daretur: ne ea causa maturius, et imperfecto adhuc bello, decederet. Quod ut adeptus est, altiora iam meditans, et spei plenus, nullum largitionis, aut officiorum in quemquam genus, publice privatimque omisit. Forum de manubiis inchoavit: cuius area super sestertium millies conficit.

Germanorum qui trans Rhenum incolunt. Conf. Eutrop. 6, 17.

Cap. 26. *Nepotem*] Alii *nepotem*. Paribus prope et codd. et scriptorum veterum auctoritatibus utranque defenditur, ut in neutram partem liquido pronuntiarī possit. Eux. *Nepotem* habent nostri codd. omnes, et ex reliquis optimi magno consensu; quapropter merito praeferatur.

Quandoque] Olim *quandocumque*, quod ubique commutatur cum illo. Sed *quandoque* h. l. videtur dici *et quando*, ut etiam nonnulli Mss. habent. Quippe definitum erat tempus imperii. Ceterum non plane eadem significatione sunt *quandoque* et *quandocumque*, uti vulgo opinantur.

Super sestertium millies] H. S. millibus ducentis, ut

Munus populo epulumque pronuntiavit in filiae memoriam, quod ante eum nemo. Quorum ut quam maxima expectatio esset, ea quae ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat. Gladiatores notos, sicubi infestis spectatoribus dimicarent, vi rapiendos reservandosque mandabat. Tirones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, atque etiam per Senatores armorum peritos erudiebat; precibus énitens, quod epistolis eius ostenditur, ut disciplinam singulorum fusciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Legionibus stipendium in perpetuum duplicavit. Frumentum, quoties copia esset, etiam sine modo mensuraque prae-

scribit Plin. 36, 15. Ingens summa, pro Caesaris tunc censu et re ipsa: sed fortasse multae domus diruendae erant, quibus magnum pretium domini statuerant. Scilicet insinuavit ita in plurimorum favorem, quum triplo quadruploque plus solveret quam debebat, occultae largitionis praetextum quaerens. Sic bene Glareanus.

Ante eum nemo] Scil. fecit in liberorum memoriam, Mf. Lys. etiam addit verbum, sc. per glossam. EAN.

Atque etiam] Sic recte reposuit Burmannus e cod. Copel. et ed. Rom. EAN. Quibus accedunt plures Mss. etiam ex nostris. Olim erat *ac etiam*, quod barbarum esse, iam dudum viderunt omnes emenda-

tae Latinitatis auctores, nuper tandem imperiti rem in dubium vocarunt.

Dictata exercentibus] H. e. *se exercentibus*. Vide Casaub. ad Aug. c. 98. p. 483. *Dictata* nuncumquam de omnibus, qui aliquid praecipunt, etsi non, ut hodie loquuntur, *in calamus* dictantibus. Cf. Iuven. Sat. 5, 122. collato 11, 8., unde ista dictata litteris mandata fuisse censet Lips. Saturn. 1, 15.

Duplicavit] Stipendium legionarii militis, ante Caesarem, quini asses in diem: duplicatum igitur denos asses diurnos efficit. Haec pluribus explicata et demonstrata vide apud Gronov. Sest. 3, 2. p. 127. EAN.

Quoties copia esset] Bur-

buit: ac singula interdum mancipia ex praeda viritim dedit.

27 -Ad retinendam autem Pompeii necessitudinem ac voluntatem, Octavianu, sororis suae neptem, quae C. Marcello nupta erat, conditionem ei detulit, sibi que filiam eius in matrimonium petiit, Faustio Sullae destinatam. Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna Senatus,

mannus valde probat lectionem cod. Periz. *quoties inopia esset.* Neque enim magnam liberalitatem esse, dare, quum copiose adsit, et vili pretio ematur. Sed hac ratione non moveor. Non enim, *quoties copia esset,* referendum ad omnes milites, sed ad Caesarem: quoties idoneam copiam frumenti habuit, militibus donavit, interdumque adeo liberaliter, ut etiam liceret militibus sumere, quantum ipsis luberet. ERN.

Et praedia viritim] Haec lectio doctis viris displicet, quia est supra fidem, tot milibus hominum praedia divisa. Coniecturam, *ex praeda,* non satis prebat Burmannus, quod supervacuum fuisset hoc addere: quasi hoc non saepe fiat apud Suetonium, aliosque. Caesar quidem ipse B. G. 7, 89, dicit, ea mancipia *e captivis* data: quod ipsum quoque non erat necessarium addere. Ego hoc potius in illa coniectura desiderem, quod captivi proprio ne in praeda quidem

numerentur. Itaque Caesar l. c. ea mancipia data *praedae nomine,* i. e. loco praedae, et quasi praeda. Sic ipse Suetonius c. 58. Burmanni coniectura, *pecora,* non displicet. Praedia potuerunt oriri e cap. 38. ERN. Omnino probanda erat correctio *ex praeda,* quae et Oudendorp. et Rubnk. placebat. Cum verbis Caes. l. l., ad quae respexit Suetonius, conf. Liv. 51, 19. *Militibus ex praeda 120 asses dedit.* Nempe *ex praeda* tanquam pro formula et titulo fuit, sicut *de manubiis.* Et memoratur haec largitio ob id ipsum, quia Caesar fecit *contra vetera instituta,* ut c. 28, quod externis regibus, *millia captivorum* donavit. Nam militi, mancipiis exceptis, reliqua praeda distribuebatur: mancipia extra praedam erant, et a Quaestore ita vendebantur, ut, quod inde redactum erat, ad aerarium deferretur. Conf. Dukerum ad Liv. 53, 25.

Cap. 27. *Circa eum*] Intell. Pompeium, ut recte explicat

gratuito aut levi fœnore, obstrictis, ex reliquo quoque ordinum genere, vel invitatos, vel sponte ad se commeantes, uberrimo congiario prosequeretur; libertos insuper servulosque cuiusque, prout domino patronove gratus quis esset. Tum reorum aut obaeratorum aut prodigae iuventutis subsidium unicum ac promptissimum erat; nisi quos gravior criminum vel inopiae luxuriave vis urgeret, quam ut subveniri posset a se: his plane palam, bello civili opus esse, dicebat.

Oudendorpius. ERN.

Gratuito] Si ad *fœnore* referas, existet *gratuitum fœnus*, quod explicari posse negant. Itaque Burmannus substantivè capit, ut *gratuitum* dicatur, pro pecuniâ gratuita, s. sine fœnore data, ut *mutuum*, pro pecuniâ mutuo data. Provocat ad Tib. c. 48., ubi est: *proposito millies HS. gratuito*, reprehenditque recte Lexicographos, qui ibi adverbialiter accipiunt. Sed ibi possis *gratuito* referre, ut adiectivum, ad *sestertium*. *Millies sestertium gratuitum*, et sine fœnore, se daturum promittit: Ego, pace doctissimorum Virorum, puto, tamen *gratuito* ad *fœnore* referri: si non, ut per se dici possit *fœnus gratuitum*; at, ut hic ferri possit, quia in *levi fœnore* latet notio pecuniæ, sub *levi fœnore* data; ad quam *gratuito* refertur. Nam ea obstrinxit eos, non fœnore ipso.

Eiusmodi *συλλήψεις*, ut Grammatici vocant, apud Græcos et Latinos valde frequentantur. Apud Livium sæpe fœnus ita dicitur, ut fors cum usuris intelligatur. Nam quod alio loco dicit, *acere alieno obrutam civitatem esse*, id alio est, *mersam fœnore*. Porro 7. 21. *fœnus* et *acs alienum* promiscue dicuntur. ERN.

Ex reliquo quoque] Burmannus legendum putat *quemque*, quod elegans est, sed non necessarium, ut opinor. ERN. Contra necessaria est lectio codd.; nec, mortuo Burmanno, elegantiam coniecturae laudare opus est.

Ad se commeantes] Ut Rabirium Postumum apud Cic. pro Rab. Post. c. 15. 16. ERN.

Plane palam] *Plane* abest a Cód. Copel., *palam* a Viterb. *Palam* non satis aptum videtur. ERN. Non video caussam.

28

Nec minore studio reges atque provincias per terrarum orbem alliciebat; aliis captivorum millia dono offerens, aliis citra Senatus populi auctoritatem, quo vellent et quoties vellet, auxilia submittens; superque Italiae, Galliarumque et Hispaniarum, Asiae quoque et Gracciae potentissimas urbes praecipuis operibus exornans: donec, attonitis iam omnibus, et quorsum illa tenderent reputantibus, M. Claudius Marcellus Consul edicto praefatus, de summa se republica acturum, retulit ad Senatum, ut ei succederetur ante tempus; quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: et ne absentis ratio comitiis haberetur, quando et plebiscito Pompeius postea obro-

Cap. 28. *Potentissimas*] In primis ad incolarum copiam et fortitudinem referendum, recte monet, et exemplis probat Burmannus. Haec enim urbium gratiam captabat, ut inde aliquando milites accipere posset, quum iis indigeret. Eox.

Quando nec plebiscito — abrogasset] Priorius probanda est cum Burmanno emendatio I. F. Gronovii legentis: *quando et plebiscito*, ut sit dativus: tum Burmanni altera plane necessaria, ex edit. Stephani legentis, *abrogasset*, cui verbo saepe in libris scriptis substitutum *abrogare*. Nam consequentia ostendunt. Pompeium non abrogasse plebiscitum, in Caesaris gratiam factum, ut, eius absentis ratio-

nem in comitiis consularibus habere liceret, nova lege; sed ei tantum obrogasse, aliquid in lege sua sine exceptione ponendo, quo illud plebiscitum irritum fieret. Res est ita certa et manifesta, ut has emendationes in textum recipiendas putem. Pro *et possis* etiam legere *vel*, ex quo *nec* oriri facilius potuit, quam ex *et*. Nam V et N saepe permutantur a librariis. Eox. Displicet *vel*, quod non videmus quo significato capi possit; etiam Oudendorpii *nunc*. Nihil verius est emendationibus illis, in quibus *quando et*, plane est ex Gr. ἐπειδὴ καὶ, et *abrogasset* priorius necessarium. Privilegio, quod (c. 26.) Caesari datum erat, *abrogaverat* Pompeius, quum vel per oblivio-

gasset. Acciderat autem, ut is legem de iure magistratum ferens, eo capite, quo a petitione honorum absentes submovebat, ne Caesarem quidem exciperet, per oblivionem; ac mox, lege iam in aes incisa, et in aerarium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus, provincias Caesari et privilegium eripere, retulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur; quod per ambitionem et ultra praescriptum data esset.

Commotus his Caesar, ac iudicans, quod 29
 saepe ex eo auditum ferunt, difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores Tribunos, partim per Servium Sulpicium, alterum Consulem.

nem vel dedita opera lege sua omnes absentes ab honorum petitione removisset. In *abrog.* conspirare notos codd., mirum non est: Brissotius tamen suos quosdam Mll. narrat habere *obrogasset*.

[*Per ambitionem et ultra etc.*] *Ultra praescriptum* quid sit, dubitatur. Nec mihi satisfaciunt vulgatae interpretationes, ex quibus Burmannus probat eam, quae explicat de nimis magno numero. Sed numerus colonorum lege definiti nulla potuit, quando ille definitur ipsa ratione loci, in quem deducuntur, quique, modo plures, modo pauciores capit. Ego sic accipio: Mos Ro-

manus, id quod ex locis plurimis Livii constat, ferebat, ut coloni modo cum iure civitatis, eoque mox optima conditione, mox non optima deducerentur. In ea re spectari solebant merita eorum, qui deducebantur, aut utilitas ipsius reipublicae. Si nulla merita erant, neque necessitas aliqua, aut utilitas publica postulabat, ius Latii tantum dabatur. Itaque *ultra praescriptum* colonis Novocomensibus ius civitatis datum erat, quod sine idonea causa factum erat: idque indicant verba: *per ambitionem*, i. e. gratiae tantum colligendae causa. *Praescriptum* autem est legum de coloniis

Inſequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat, eadem tentante, collegam eius Aemilium Paulum, Caiumque Curionem, violentiſſimum Tribunorum, ingenti mercede deſenſores paravit. Sed quum obſtinatius omnia agi videret, et deſignatos etiam Conſules e parte diverſa, Senatũ litteris deprecatus eſt, ne ſibi beneficium populi adimeretur; aut ut ceteri quoque Imperatores ab exercitiis diſcederent: conſiſus, ut putant, facilius ſe, ſimulatque libuiſſet, veteranos convocaturum, quam Pompeium novos milites. Cum adverſariis autem pepigit, ut, diſmiſſis octo legionibus, Tranſalpinaque Gallia, duae ſibi legiones, et Ciſalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad Conſul fieret.

30 Verum, neque Senatu interveniente, et adverſariis negantibus, ullam ſe de republica facturos pactionem, tranſiit in citeriorem Galliam; conventibusque peractis, Ravennae ſubſtitit, bello vindicaturus, ſi quid de Tribunis plebis intercedentibus pro ſe gravius a Senatu conſtitutum eſſet. Et praetextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Cn. Pompeius ita dictitabat,

deducendis, aut SCi alicuius. Accessit ſententiae noſtrae Oudend. ERN. Etiam Rubuk.

Cap. 29. *Pepigit*] I. e. paeiſci voluit, ut recte a Caſaubono aliisque exponitur. Exempla nova addere, quae ſunt in promptu e Cicerone et Livio, non opus eſt. ERN.

Cap. 30. *Conſtitutum eſſet*]

Quale quid factum eſſe in Curione et Antonio, Caefar reſert de B. C. lib. 1. c. 5. ERN.

Alias] Burmannus putat, excidiſſe *alii: cauſas alii alias fuiſſe opinantur*. Non arbitror neceſſarium eſſe. Etenim ſaepe verba ſic ponuntur, apud Graecos et Latinos, ſive ſubiecto diſerte addito: *man hält*

quod neque opera consummare, quae insituerat, neque populi expectationem, quam de adventu suo fecerat, privatis opibus explere posset, turbare omnia ac permiscere voluisse. Alii timuisse dicunt, ne eorum, quae primo consultatu adversus auspicia legesque et intercessionem gessisset, rationem reddere cogeretur: quum M. Cato identidem, nec sine iureiurando, denuntiaret, delaturum se nomen eius, simulac primum exercitum dimisisset; quumque vulgo fore praedicarent, ut, si privatus redisset, Milonis exemplo circumpositis armatis causam apud indices diceret. Quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie caelos profligatosque adversarios prospicientem, haec eum ad verbum dixisse referens: *Hoc voluerunt: tantis rebus gestis C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.* Quidam putant captum imperii consuetudine, pensitatisque suis et inimicorum viribus, usum occasione rapiendae dominationis, quam aetate prima concupisset. Quod existimasse videbatur et Ci-

insgemein dasür. ERN. Vix Latina est emendatio. Nunc S. dicit: *Opinio tenet, causas belli diversas fuisse ab illo praetextu.* Fit enim non raro, ut id, quod praetextatur, simul una sit ex veris causis. Sed in eo Burm. haerere non potuit, quod verbum subiecto careret; hoc offendit eum, quod dissentientes opiniones statim ita abrupte afferuntur, sine ulla praefatione. Verum ea res non admodum insolens est in tali stili negligentia.

Opera] De quibus supra c. 26. ERN.

Populi expectationem] De munere et epulis funebribus promissis l. c. ERN. Mox de adventu sui ex Memm. non displicet Oudendorp., cui et Ruhnk. accedit. Id ego quidem non imiter.

Aetate] Dukerus ad Liv. 42, 54. addendum putat *ab vet. iam.* Bene. Probat etiam Oudendorpius. Aetas prima de iuvenili capienda. ERN. Si scriptum esset, *quam adole-*

cero, scribens de Officiis, tertio libro, semper Caesarem in ore habuisse Euripidis versus, quos sic ipse convertit:

*Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.*

51 Quum ergo sublatam Tribunorum intercessionem, ipsosque Urbe cessisse nuntiatum est, praemissis confestim clam cohortibus, ne qua suspicio moveretur, et spectaculo publico per dissimulationem interfuit, et formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, consideravit, et ex consuetudine convivio se frequenti dedit. Dein post solis occasum mulis e proximo pistrino ad vehiculum iunctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est: et quum luminibus extinctis decessisset via, diu errabundus, tandem ad lucem, duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit; consecutus-

scens concupisset, nemo haesisset. Certe molestum est iam; quales particulas amant recentiores linguae, non veteres.

Ipsa] Refer ad Ciceronem. ERN. 5. 21. Sed *tert. lib.* mihi saepe glossema videbatur.

Regnandi gratia] Guelf. i. cum plerisque aliis Mss. *imperii gr.*, quod ob consensum librorum placet Oudendorpio, tanquam lapsus memoriae ipsius Scriptoris.

Cap. 31. *Aedificatur.*] Scil. Ravennae, quae urbs imprimis salubris atendis gladiatoribus, ut e loco Strabonis lib. 5. p. 211, a Burmanno laudato, patet. ERN.

Ad lucem] Pro *sub lucem*; nisi sic legendum. Nam alias *ad tempus* ipsum praesens significat. ERN. *Ad* per se fluctuantis potestatis est in notando tempore, ex ipsius natura rei. Ergo, quum dicitur *ad vesperam, ad hiemem*, vel appetens tempus vel instantis iam et praesens intelligi potest. Sed antiqui usus proprietatem docent locutiones, *ad meridiem, ad mediam noctem*, i. e. tempus proxime antecedens ipsam meridiem, mediam noctem. Vide Censorin. c. 24. Ita *ad lucem* erit, quod Plut. dicit *πρὸ ἡμέρας*, ante primum diluculum.

que cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciae eius finis erat, paullum constitit; ac reputans, quantum moliretur, conversus ad proximos, *Etiam nunc, inquit, regredi possumus: quodsi ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt.*

Cunctanti ostentum tale factum est. Qui- 32
dam eximia magnitudine et forma in proximo sedens, repente apparuit, arundine canens: ad quem audiendum, quum praeter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interque eos et aeneatores, rapta ab uno tuba profiliuit ad flumen; et ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam. Tunc Caesar, *Eatur, inquit, quo deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea esto, inquit.*

Atque ita traiecto exercitu, adhibitis Tribu- 53
nis plebis, qui pulsi supervenerant, pro concione fidem militum, flens ac veste a pectore di-

Cap. 32. *Esto, inquit*] Supervacuum hic *inquit* vulgo servatur, quia omnes codd. et edd. habent. Male defendit Oudendorpius. *Esto* recte receptum Burmanno, etsi omnes codd. et edd. habent *est*. Nam primum, Graeci exprimunt ἐξείφθω. Tum, quo tempore hoc dicebat, non poterat dicere, *alea iacta est*, sed demum traiecto Rubicone. Ean. Similiter Petron. de B. civ. v. 174. *Iudice Fortuna cadat alea.* Neque usquam aliter Graeci, ut Meleager Epigr. 56. Βεβλήσθω κύβος. Ac laill-

ma profecto est mutatio: durum contra, omnibus codd. invitis, abiicere vocem postremam, quam exemplis Graecorum tuetur Oudend. Unum addo, et aptissimum, Plat. Phaedone c. 24. Πόθεν οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τῶν τοιούτων ἀγαθῶν ἐπαθὼν ληψόμεθα, ἐπειδὴ σύ, ἔφη, ἡμᾶς ἀπολείπει;

Cap. 33. *Adhibitis*] I. e. in tribunal, unde concionabatur, productis, quorum iniuria commemoranda irritare milites volebat. Ean.

Pulsi] Vide Caes. B. C. 1. 5.

scissa, invocavit. Exilimatur etiam equestres census pollicitus singulis: quod accidit opinione falla. Nam, quum in alloquendo exhortandoque saepius digitum laevae manus ostentans affirmaret, se ad satistaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defenditurus esset, anulum quoque aequo animo detracturum sibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur: promissumque ius annulorum cum millibus quadringenis fama distulit.

34 Ordo et summa rerum, quas deinceps gessit, sic se habent. Picenum, Umbriam, Etruriam occupavit: et L. Domitio, qui per tumultum successor ei nominatus, Corfinium praesidio tenebat, in deditionem redacto atque dimisso, secundum superum mare Brundisium te-

Cap. 34. *Per tumultum*] Non more ac lege, i. e. relatione facta, et sententiis dictis, Senatus consulto facto ex lege Sempromia, sed proclamantibus sine ordine Caesaris adversariis, et frustra reclamantibus Caesaris amicis. Enx.

In deditionem redacto] E. Ms. Memm. et aliis edidi *ditionem*. V. ad c. 74. *Deditionem* postulat *ad*. In omnibus locis, quae afferuntur, ubi est *in deditionem*, libri variant, habentque alii *ad*: conceditque ipse Oudend. ad Caes. B. G. 6, 9. *redigi in deditionem*, dici non posse. Frustra ergo Oudendorpius defendit. Enx. Non frustra, opinor. Repugnat res, a Caesare B. C. 1,

16. sqq. relata. Tum utrumque dici Latine potest, *redigere in deditionem*, et *redigere ad deditionem*, hoc uno discrimine, ut in posteriore formula *deditio* sit actio, veluti quum dicitur *compellere, subigere, ad deditionem*, in priore ipsa conditio deditionum, velut *servitus*; unde est *in deditionem venire, accipere*. Deinde aliud est *redigere in deditionem*, aliud, *in ditionem*. Prius locum habet in hominibus obsessis, quatenus, ut se hosti dedant, coguntur. Ita sane evenit alterum, *redigi in ditionem*, h. e. in potestatem et imperium, nec tamen id sit semper: ut h. l. et c. 74.

tendit, quo Consules Pompeiusque confugerant, quam primum transfretaturi. Hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam iter convertit: appellatisque de republica Patribus, validissimas Pompeii copias, quae sub tribus legatis M. Petreio et L. Afranio et M. Varone in Hispania erant, invasit; professus autem inter suos, *ire se ad exercitum sine duce, et inde reversurum ad ducem sine exercitu.* Et quamquam obsidione Massiliae, quae sibi in itinere portas clauserat, summaque frumentariae rei penuria retardante, brevi tamen omnia subegit.

Hinc Urbe repetita in Macedoniam transgressus, Pompeium, per quatuor paene menses maximis obsessum operibus, ad extremum Pharsalico proelio fudit: et fugientem Alexandriam persecutus, ut occisum apprehendit, cum Ptolemaeo rege, a quo sibi quoque insidias tendi videbat, bellum sane difficillimum gessit; neque loco neque tempore aequo, sed hieme anni, et intra moenia copiosissimi ac sollertissimi ho-

35

ubi *ditio* certe perbreve quiddam esset. Sed *τὸ redigi in ditionem* saepe etiam fit sine ulla ditione, vel effectus consequens ponitur pro re antecedenti, ut Vesp. c. 4. *Deditionem* tamen ex nostris tantum unus habet Guelf. 2.

Appellatisque de republica] Hoc quid sit, docebit ipse Caesar de B. C. 1, 32. ERN.

Cap. 35. *In Macedoniam transgr.*] Sumitur h. l. Macedonia sensu Romano, non

geographico; ut contineat, quicquid est sub imperio Proconsulis Macedonici, adeoque etiam Epirum, in qua est Dyrrachium, ad quam obsedit Pompeium Caesar. ERN.

Hieme anni] Recte hunc loquendi modum. e Gell. 2, 21. 17, 10. 19, 5. defendit Casaubonus. ERN. Conf. Priscaum ad Appuleii Apol. p. 81.

Intra moenia cop. ac soll. hostis] Hoc quid sit, doce-

ffis, inops ipse rerum omnium, atque imparatus. Regnum Aegypti victor Cleopatrae fratri- que eius minori permisit; veritus provinciam fa- cere, ne quandoque violentiorem praesidem nacta, novarum rerum materia esset. Ab Ale- xandria in Syriam et inde Pontum transit, ur- gentibus de Pharnace nuntiis: quem, Mithrida- tis Magni filium, ac tunc occasione temporum bellantem, iamque multiplici successu praefero- cem, intra quintum, quam affuerat, diem, qua- tuor, quibus in conspectum venit, horis, una profligavit acie: crebro commemorans Pompeii felicitatem, cui praecipua militiae laus de tam inbelli genere hostium contigisset. Dehinc Sci- pionem ac Iubam, reliquias partium in Africa refoventes, devicit; Pompeii liberos in Hispania.

36 Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos, passus est: quorum C. Cu- rio in Africa periit; C. Antonius in Illyrico in adversariorum devenit potestatem; P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Cal- vinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem un- quam fortuna, praeterquam bis, dimicavit: se- mel ad Dyrrachium; ubi pulsus, non instante Pompeio, negavit, eum vincere scire: iterum in Hispania, ultimo proelio, quum desperatis rebus etiam de consciscenda nece cogitavit.

bit Hirtius de B. Alex. c. 16.
17. EAX.

Intra quintum, quam] I. e. *postquam affuerat,* vene- rat. Vide Periz. ad Sanct. Mi- nerv. 2. 9. p. 320. et Inpp. ad Liv. 28, 16. *Quinto anno,*

quam exercitum accepit. No- tabat etiam Rulink. Item no- tabilis est ablativus, *quatuor horis,* eadem signifi. *intra qua- tuor horas.* Ceterum paullo ante ac post *filium* negligenti- us additum puta.

Confectis bellis, quinques triumphavit: 57
 post devictum Scipionem quater eodem mense,
 sed interiectis diebus; et rursus semel, post su-
 peratos Pompeii liberos. Primum et excellen-
 tissimum triumphum egit Gallicum, sequentem
 Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximi-
 mum Africanum, novissimum Hispaniensem, di-
 versò quemque apparatu et instrumento. Gal-
 lici triumphi die Velabrum praetervehens, pae-
 ne curru excussus est, axe diffracto: ascendit-
 que Capitolium ad lumina, quadraginta ele-

Cap. 37. *Quinques triumphavit*] Nonnulli codd. *quinques quinquenni*, sub quo suspicantur aliquid latere de spatio temporis, intra quod quinque triumphos egerit. Et Burmannus quidem con. *biennio* vel *in biennio*; Oudendorpius, *unoque anno* vel *uno paene anno*. Mihi ista scriptura orta videtur ex mala eiusdem vocis iteratione.

Apparatu et instrumento] Recte Torrentius de materia ferculorum varia explicat, e Vell. 2, 56., quem, si lubet, vide. ERN.

Praetervehens] Pro *praetervectus*, cuius generis exempla congeffit Gronov. ad Liv. 2, 19. Sed Burmannus magis probat quorundam codd. et edd. lectionem *praevehens*: quod probabilius, librarios hoc in illud mutasse, quod notius, quam illud in hoc. Sed potuit compendium scribendi mutationi locum dare. ERN.

Ruhnkenio tamen non displicebat. Conf. Gronov. ad Liv. 29, 32. Usus autem verbi *vehens* et similium, ut *gestans* Dom. c. 11., participiis concessus est, ne Latinis deesse videantur participia infectae rei in voce passiva ad modum Graecorum.

Diffracto] Alii codd. et edd. *diffracto*, quorum utrum praefendum sit, disputatur. Axi tamen accommodatius est *diffracto*. Non enim axes ita franguntur, ut aut medii, ut vult Oudendorpius, aut in multas partes dilabantur, quod est *diffringere*, sed toti defringuntur in extremo. ERN. Quod adeo esset *praefringere*. Probabiliorem scripturam firmavit Casaubonus, quem et Ruhnkenius sequitur. Non necessè est *diffringi* res in multas partes; nisi forte Navius augur eam *discidit* in multas part-

Ascenditque Capitolium] Burmannus non improbabilem

phantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum, VENI. VINI. VICI. non acta belli significantem, sicut ceteris, sed celeriter confecti notam.

58 Veteranis legionibus praedae nomine in pe-

putat coniecturam Cuperi Ex-
erc. de Elephant. c. 7. legen-
tis *descenditque*, existimantis-
que, lumina adhibita in de-
lectatu Capitolii post coenam
in Capitolio: nam pompam
ipsam clara luce factam; libra-
rios videri *adscendit* repolu-
isse, quod non concoquerent
descendit Capitolium. Re-
sponderi posset, illum trium-
plium, qui, ut Suetonius di-
cit, excellentissimus fuit, pro-
pter magnitudinem pompae,
multitudinemque ferculorum,
ad serum diei durasse, prae-
sertim quum mensis October
esset, brevioresque dies, (vide
Vellei. 2, 56.) et nova acces-
sisset mora e facto curru tri-
umphali, eamque ob causam
elephantos accessitos etc. Ita
videtur Dukero ad Flor. 2, 2,
10. probante Oudendorp.: sed
tamen et Dio elephantorum,
lychnuchos gestantium, demum
meminit in Caesaris reditu e
Capitolio donum: quamquam
in talibus discrepare saepe hi-
storicos, recte monet Casau-
bous. Eux. Dionem si com-
pares, S. duorum triumpho-
rum res miscuisse videri debet,
atque adeo scripturae *descendit*.

Nam avem diffractum Gallico
triumpho tribuit Dio; alterum
illud de elephantis, Africano.
At verosimile est, errare Grae-
cum scriptorem.

Dextra atque sinistra] In-
tell. *pompae*, et *gestantibus*
proboscide. Pro *lychnuchos*
Mll. et edd. vet. plures *ly-
chnos*, quod λαμπύροι Dionis
melius respondet. Possunt ta-
men intelligi fercula lampadum.
Eux. Debent etiam.
lychnuchi (perperam *lychnos*
dederant alii) sunt nihil aliud
quam candelabra, ex ligno
vel metallo facta, qualia ho-
dieque supersunt inter opera
artium. Illa proboscidi ele-
phantorum imponi moris fu-
isse, nummi ostendunt, de
quibus vide Spanhem. de U. et
P. N. Disf. 5. p. 170.

Ceteri] Intell. tituli. Oud-
endorpius cum aliis recepit
ceteris, sc. triumphis. Non
bene. Nam hic titulus fuit in
illo triumpho solo. Eux. Hoc
nemo negabit. Immo si *cete-
ri* legas, tituli plures in uno
Pontico triumpho circumlati
videri possunt. In *ceteris*, op-
posito *tr. Pontico*, subaudi
fecit, ut supra c. 26.

dites singulos super bina sestertia, quae initio civilis tumultus numeraverat, vicena quaterna millia nummum dedit. Assignavit et agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur. Populo praeter frumenti denos modios ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim divisit; et hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romae usque ad bina millia nummum, in Italia non ultra quingenos sestertios remisit. Adiecit epulum ad viscerationem, et post Hispanientem victoriam duo prandia. Nam quum prius parce, neque pro liberalitate sua praebitum iudicaret, quinto post die aliud largissimum praebuit.

Edidit spectacula varii generis: munus gladiatorium; ludos etiam regionatim Urbe tota,

Cap. 58. *Vicena quaterna*] Posterius vocabulum, in duobus tribusve codd. omissum, aut supra lineam scriptum, recte eiecit Oudendorp. Graeci enim scriptores habent πενταχιλιας δραχμας, docente Casaub.

Annua habitat.] Hunc locum primus recte interpretatus est, e Dione, Gronovius Sest. 2. 2. p. 57. Nempe: omnibus, qui non supra bina millia HS. solvere debebant pro habitatione, tum in Urbe, tum in Italia, largitus est, et quidem ita, ut, pro urbanis, totam mercedem dominis aedium solveret, pro ceteris, quartam mercedis partem. Eas.

Scil. *quartam partem ενοικίου*, quod solvendum erat in Urbe habitantibus. *Mercedes habitationis annuas* proprie dicit Caes. B. C. 3. 21. Sed illa summa extra Urbem habitanti tenuiori classi sufficiebat pro annua habitatione. *Non ultra* nihil aliud est quam communitatus sermo pro *usque ad*; quod mirum est fraudi fuisse Gronovio. Rectum sensum nuper etiam Bremius vidit.

Ad viscerationem] Vulgo *ac viscerat*. Illud ex aliquot Mss. verè reposuit Burm. Placebat item Ruhnkenio.

Cap. 59. *Ludos*] De scenicis simpliciter dici, tralaticium est. Sed dici cum illi-

et quidem per omnium linguarum histriones; item circenses, athletas, naumachiam. Munere in foro depugnavit Furius Leptinus, stirpe praetoria, et Q. Calpenus, Senator quondam, actorque caullarum. Pyrrhicham saltaverunt Asiae Bithyniaeque principum liberi. Ludis Decimus Laberius, eques Romanus, mimum suum egit: donatusque quingentis sestertiis et annulo aureo, fessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. Circensibus, spatio circi ab utraque parte producto, et in gyrum Enripo addito, quadrigas bigasque et equos desultorios agitaverunt nobilissimi iuvenes. Troiam ludit turma duplex, maiorum minorumque puerorum. Venationes editae per dies quinque, ac novissime pugna divisa in duas acies; quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc et inde commissis. Nam quo laxius dimicaretur, sublatae metae, inque earum locum bina castra ex adverso constituta erant. Athletae, stadio ad tempus exstructo, regione Martii campi certaverunt per triduum. Navali proelio, in minore Codeta defosso lacu, biremes ac triremes quadriremesque Tyriae et Aegyptiae classis magno pugna-

tionione a circensibus, animadvertendum videtur. Atque haec est propria verbi significatio: ad circenses translatum est. Nam *ludii* soli dicuntur histriones. ERN. Conf. supra c. 10. Tib. c. 34.

In foro] Quod, nondum esset amphitheatrum. ERN.

Sublatae metae] Intell. cum tota circi spina, cuius in extremitatibus metae erant. ERN.

Regione M. campi] Vulgo, *in regione*, uti etiam Guelf. 1. Bern. 1. Omissio magis ex usu Latinitatis est. Aliud exemplum Gramm. c. 2.

Tyriae et Aegyptiae classis] Intell. navium, more Tyrio et Aegyptiaco aedificaturum, et pugnantium: quod, tironum causa, non alienum visum monere: alioqui res satis doctis nota. Similiter capienda

torum numero conflixerunt. Ad quae omnia spectacula tantum undique confluit hominum, ut plerique advenae aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positae manerent; ac saepe prae turba elisi exanimatique sint plurimi, et in his duo Senatores.

Conversus hinc ad ordinandum reipublicae statum, fastos correxit, iam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque messium feriae aestati, neque vindemiarum autumnis competere. Annumque ad cursum solis accommodavit, ut trecentorum sexaginta quinque dierum esset, et intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque

classis Rhodia et Sicula in Claud. c. 21. ERN.

Inter vicos, aut inter vias] H. e. *in vicis, in viis.* Ut Aug. c. 45. Conf. Dukerum ad Flor. 2, 6. p. 317. Drakenb. ad Liv. 28, 8. Mox *manerent* est plane *pernoctarent*; unde *mansio* dicitur locus, in quo iter facientes pernoctant, unde Gall. *maison*. Vide Salmas. ad Capitol. M. Ant. c. 7. et Gron. ad Senecam de Benef. 5, 16. Haec omnia animadvertit Ruhnk., simul notans, Benteium non debuisse offendere in ista particula ap. Horat. Serm. 1. 7, 11.

Cap. 40. *Ordinand. reip.*] Id fit, legibus de religionibus, magistratibus, iudiciis, aliisque rebus, scribendis, quae maxime remp. continent. Hinc leges Iuliae. ERN.

Per intercalandi licentiam] Stampa, qui nuper notas in Sigonii Fastos compilavit, aliam rationem eius confusionis excogitavit, in Disf. de anno Rom., quae notis illis, ad Numanam, inserta est. Sed eam indicare tantum volumus iis, quibus talia scire, et excutere libido est, non commemorare. Nobis quidem ea speciosa magis, quam vera videtur. ERN.

Aestate] Cave praeferas *aestati*. Est ablativus absolutus, ut recte notavit Burmanus, qui in primis aetatis argenteae scriptoribus, nominatim Suetonio, frequentatur. ERN. Unum quidem apud S. est exemplum verbi *competere* absolute positi Aug. c. 31., sed alienum huic loco, partim significatione, partim eo, quod datus *sacerdotio* obscurius

anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex Kalendis Ianuariis novis temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem mensem interiecit duos alios: fuitque is annus, quo haec constituebantur, quindecim mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat.

41

Senatum supplevit; patricios allegit: Praetorum, Aedilium, Quaestorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavit: nudatos opere censorio, aut sententia iudicum de ambitu

subauditur, qui se huc infert ex bonis codd. Praetuli igitur *aestati*.

Nobis] Explicari potest, sic ut Burmannus fecit: *Romanis*. Sed habet tamen aliquid offensionis. Nam nuspiani sic Suetonius scribit, quum infinitis locis talia proferat, in quibus non minus, quam hic, illud *nobis* locum habere possent. Si *novis* legas, quod in margine ed. Gryph. est, et multis, etiam Oudendorpio, placet, existunt ea incommoda, quae Burmannus vidit, et commemoravit. Itaque illud praefendum. Coniiciebam aliquando, *nova temporum ratio*: in quo nihil quemquam offendere potest. EBN. Id non mutassent librarii, recte reponit Oudend. Adde, quod inepte diceretur, *in posterum novam temporum rationem congruere*. Nihil sunt Burmanni incommoda, frigidissima autem *nobis*. Vocau-

bulum *novus* iam supra c. 20. simili errori locum dedit.

Duos alios] Intercalariis prioris Kal. Nonae et Idus dictae *intercalares priores*, alterius, *posteriores*, ut discimus e Cicerone ad Div. 6, 14. EBN. Ipse annus, quem vulgo dicunt *confusionis*, fuit a. U. Varr. 708. ante Chr. 46.

Cap. 41. *Nudatos opere*] I. e. privatos ornamentis, non modo equestrii ordinis, ut Burmannus explicat, sed omnino ordinis sui. Neque enim video, cur de solis Equitibus velimus intelligere. *Opus censorium* esse factum, quod Censores notare solebant, e Gellio 4, 12. iam docuit Casaubonus; quod alias *probrum censorium* dicitur. Altera interpretatio, quae loco Columellae, Praef. l. 12. confirmatur, ubi *opus censorium* est nota censoria, non tam bene convenit huic loco. Notare, et castigare, est *opus censori-*

condemnatos restituit. Comititia cum populo partitus est: ut, exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiaren-

um facere: ut, dicere, testes interrogare, etc. *opus oratorium*, ap. Cic. Brut. 45. Ipsa quidem nota non magis *opus censorium* dici poterit, quam oratio ipsa, *opus oratorium*, in tali loquendi forma. Quis enim dicat v. c. *opere oratorio defendi*? ERN. *Nudati op. cens.* sunt exuti praemiis *utriusque ordinis*, et senatorii et equestris, ob *probrum censoriae notae obnoxium*. Saepe indignandum est Burmanno, talibus ambagibus occasiones praebenti.

Consul. petitoribus] Omnes codd. et edd. ante Graevium *competitoribus*, quod restitui. Ita et Oudendorpius. *Petere consulatum*, dicitur recte: *petitores honorum*, nusquam reperiuntur. ERN. Hoc discrimen non assequor. Sed dubitandum non est h. l. de *competitoribus*, qui dicuntur, ut c. 19. init., ipsius respectu Caesaris, cui a. 708. in decennium continuus consulatus destinabatur; ita ut, qui postea petitores consulatus erant, illius *competitores* vocari deberent.

Pronuntiarentur] Assentendum Burmanno, qui non mutandum in *renuntiarentur*

putat: quod utrumque verbum in ea re usitatum. Sed quod utitur solo Ciceronis Verr. 5, 15. loco, in eo fallit ipsorum ratio. Nam ibi praeco non dicitur magistratum pronuntiare, sed, illum seniorum ac iuniorum centuriis praeturae honore affici: in quo renuntiandi verbo uti non poterat. Ergo illud *pronuntiarentur* re-tulerim potius ad magistratum, qui comitia habebat, de quo proprie *pronuntiare* dicitur, ut de praeconibus *renuntiare*. Sicut in Senatu sententiae, quae a Consule repetuntur, ut in eas discessio fiat, dicuntur ab eo *pronuntiar*, Cic. ad Div. 1. ep. 2. eaque res hanc vim habet, ut, quae sententia a Consule non repetatur ac pronuntietur, in eam neque discessio fieri neque SC. possit, ut discimus e Caesare B. C. 1, 2., ubi Lentulus negat, se *sententiam Calidii pronuntiaturum*: sic candidati, a centuriis creati, a Consule pronuntiabantur: idque adeo necessarium erat, ut quem ille non pronuntiaret, eius creatio irrita esset, ut patet e Livio 9. extr. ERN. Ruhnkenio scribendum videbatur *renuntiarentur*, laudato loco

tur; pro parte altera, quos ipse edidisset. Et edebat per libellos, circum tribus missos, scriptura brevi: *Caesar Dictator illi tribui. Commendo vobis illum et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.* Admisit ad honores et proscriptionum liberos. Iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis ac senatorii: Tribunos aerearios, quod erat tertium, fustulit. Recensum populi, nec more nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit;

Liv. 7, 26., ubi haec ipsa verba a librariis permutata sunt.

Edidisset] Mss. et edd. vett. *dedidisset*, quod e verbo sequente *edebat* correctum est a Viris doctis. Est et in margine edit. Gryph. ERN. Signatum hanc ad rem verbum est *edendi*, non *edendi*. Haud placent Lipsii scripturae, *dedidisset* et *dabat*. Et hoc habent etiam eodd. ii ex nostris, qui praebent *dedidisset*.

Suam dignitatem teneant] I. e. obtineant, teneant. Dignitatem autem suam retinent, qui creantur: nam hoc ipso intelligitur, eos dignos honore iudicari: si praetermittuntur, secus est. Sic supra c. 14. plebs concurret a secura Caesaris dignitatem, quam Senatusconsulto a praetura submotus, h. e. indignus iudicatus esset, qui eam obtineret. ERN. Satis immodeste addidit *suam*, quasi a Caesare *acciperent* dignitatem, ad quam tamen *te-*

nendam dicis causa opus esset suffragiis populi. *Tenere* est, quod nostris *behaupten*.

Liberos] Quod vetitum lege Cornelia. Sed Caesar, data opera, Sullana instituta negligendo, plebis gratiam captabat. Vide c. 11. ERN.

Tertium] E lege Aurelia Cottae, de qua, omninoque de mutatione iudiciorum, quoad iudices, pro tironibus dixi, in Clave Cic. in Indice Legg. in Aurelia. ERN.

Recensum populi etc.] *Populi*, intell. plebis (v. Duk. ad Liv. 51, 50.): *recensum* autem plebis, (non censum totius populi) qui sit frumenti publice distribuendi causa, ut intelligatur, qui, et quot sint, quorum ratio in ea re habenda; qui mortui, quot novi accedere debeant. ERN. Conf. Dukerum ad Liv. Epit. 115.

Nec more nec loco solito] *Locus* solitus haud dubie campus Martius: *mos* autem, ut

atque ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum e publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac, ne qui novi coetus recensionis causa moveri quandoque possent, instituit, quotannis in demortuorum locum ex iis, qui recensiti non essent, subfortitio a Praetore fieret.

Octoginta autem civium millibus in trans- 42
marinas colonias distributis, ut exhaustae quoque Urbis frequentia suppeteret, sanxit, ne quis

fieret per ministeria publica, h. e. ut Casaubonus putat, Censorem et scribas publicos. In quo mihi tamen illud dubitationis haeret, quod non semper fuerunt Censores, saepeque largitio frumentaria facta, quam Censores non essent: quo tempore per quos recensio ille actus sit, fateor me nescire. Neque enim memini, me ullum, de eo genere recensio antiquiorem hoc Caesariano tempore locum legere. Nec Lipsius, ut opinor, talem observavit. Nam haud dubie prouulisset in Collectaneis de re frumentaria in Electis. Videtur autem res arbitrii Senatus fuisse, cui curam illam mandare vellet. ERN.

Retraxit] Pronum est, ut referas ad *recensum*. Sed Burmannus hoc durum putat, et intelligi vult *numerum*, aut simile quid: quod non displicet. Latere tamen quodammodo videtur in *recensu*. Nam hic *recessus* nihil aliud est,

quam dilectus, et constitutio numeri, qui accipere debet frumentum. Nam paullo post, qui *recensi non essent*, sunt, non delecti, qui nondum sunt in numero accipientium. Oudendorpius *retraxit* explicat *subtraxit*: male, opinor. ERN. Vere Oudendorpius, cui et Rubinus accedit. *Recensum* ad verbum *retraxit* pertinere non potest, nec deest verbo casus suus; CL est pro accusativo, *ad* pro *circiter*, ut c. 20. Acceperunt igitur frumentum 170,000 cives. Conf. Dio 43. 21. Paullo aliter Plut. p. 753. E. et alii, in eo etiam errantes, quod hanc egentis plebsculae recensionem pro legitimo censu populi habuerunt.

Cap. 42. *Ut exhaustae Urbis* etc.] Burmannus defendit *Urbis* contra Casaubonum. *Urbi* legentem, quod etiam quaedam edd. habent: nam etiam *suppetere* simpliciter dici, sine dativo. De hoc non potest dubitari: sed an, *exhau-*

civis maior annis viginti, minorve quadraginta, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset: ne quis Senatoris filius, nisi contubernalis aut comes magistratus, peregre proficisceretur: neve hi, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent. Omnesque medicinam Romae professos, et liberalium artium doctores, quo libentius et ipsi Urbem incoherent, et ceteri appeterent, civitate donavit. De pecuniis mutuis, disiecta novarum tabularum expectatione, quae crebro movebatur, decrevit tandem, ut debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum, quanti quasque ante civile bellum comparassent, deducto summae aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione

Jiac Urbis frequentia suppetit, dici possit, pro *frequentia civium suppetit Urbi exhaustae*, valde dubito. ERN. Plane sic de verbo *competendi* paullo ante indicandum erat c. 40. Scripsimus *Urbi*, nisi ex paucioribus codd. Praeivit Bremius noster.

Contubernalis aut comes] *Contubernalis* refertur ad Imperatores, *comes* ad provinciales magistratus omnes, etiam qui sine exercitu sunt. *Contubernalis* porro militiae causa sequitur: *comes*, consuetudinis, amicitiae etc. ERN. Conf. Exculum XV.

Medicinam — professos] *liberalium artium doctores*

vocat Grammaticos, rhetores, philosophos. Ars medica nondum illa aetate ad liberales artes referri solebat. Male a nonnullis edit. abest *et*, id quod medicorum honori favere putabat Burm.

Decrevit] Et per legem Treboniam sanxit: quae lata est ex eius decreto ac influ. ERN.

Perscriptum] Interpretantur de solutione per argentarios: de qua hoc verbum dici, notum est. Sed non credibile videtur, omnem solutionem, quae non ex arca fieret, factam esse per argentarios. Quid enim impedit, quo minus etiam fieret per scripturam

quarta pars fere crediti deperibat. Cuncta collegia, praeter antiquitus constituta, distraxit. Poenas facinorum auxit: et quum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exulabant, parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multavit.

Ius laboriosissime ac severissime dixit. Repetundarum convictos etiam ordine senatorio

43

privatam, ut creditores a debitoribus delegarentur ad suos debitores, quod est, per delegationem solvere. Ita sentit Dukerus ad Liv. 34. 18., quem recte sequitur Menkenius in Obs. Lat. L. p. 742. EAN. At de solutione non videtur hic agi, sed de satisfactione proprie, quum debitor creditorem securum reddebat datis pignoribus vel hypothecis vel quocumque modo, ut bene vidit Goefius. Eo plane ducunt verba, *satisfacrent per aestimationem possessionum*, i. e. agrorum, villarum, praediorum. Conf. Caes. B. C. 3, 1. et ibi plures a Moro laudatos.

Collegia] Inprimis ea, quae Clodius, potentiae suae augendae causa, lege constituerat, de quo passim Cicero queritur in Orat. pro Domo, Sextio, aliisque. EAN.

Ut Cicero scribit] Elegans coniectura est Burmanni, haec verba post *exulabant* ponentis, et respici putantis, v. c.

ad locum pro Caecin. c. 34. *exilium non supplicium* etc., ubi Interpretes plura talia attulere. EAN. Neque Ovidendorpio displicet transpositio, si modo legatur *exularent*. Mihi vero parum probabilis videtur; potius glossam redolere illud, *ut C. scribit*. Certe nullo modo Suetonius, qui tam raro auctores laudat, ablegare nos potuit ad istum locum Ciceronis; ubi quae leguntur, notissima sunt et nemini non dicta, et ne verbum quidem de *integris patrimoniis*.

Cap. 45. *Ius*] Mihi haec verba alieno loco posita videntur. Nam quod sequitur, de repetundarum convictis, Senatu motis, non pertinet ad iurisdictionem proprie, neque iurisdictione, sed lege id debuit constitui; satisque notum est, Caesarem legem de repetundis tulisse: deinde, est exemplum auctae scelerum poenae, de quo ante dicere instituerat. Itaque arbitror verba: *Repetundarum* — — *movit*, post

movit. Diremit nuptias praetorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspitione. Peregrinarum mercium portoria instituit. Leticarum usum, item conchyliatae vestis et margaritarum, nisi certis personis et aetatibus, perque certos dies, ademit. Legem praecipue sumptuariam exercuit, dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent, deportarentque ad se, submissis nonnumquam lictoribus atque militibus, qui, si qua custodes fessellissent, iam apposita e triclinio auferrent.

44

Nam de ornanda instruendaque Urbe, item de tuendo ampliandoque imperio, plura ac ma-

multavit ponenda. Severitatis autem in iure dicundo exemplum est illud, quod de diremitis nuptiis refert. Nam de divitiis cognoscere, et rebus eo pertinentibus, est iurisdictionis. Res est ita manifesta, ut hanc emendationem in textum recepissent, si hodie ferrent adhuc homines, ex auctoritate librariorum plus quam ratione pendentis, talia in textum recipi, nullo codice ad stipulante. Probat correctionem nostram Oudendorpius. Ceterum de re ipsa vide Excursum ad h. l. ERN. Valde dubita de necessitate traiectionis. Talis ratio si valeret, multo plura transponenda essent etiam maiori specie in illis brevibus et cumulatis sententiis de moribus Imperatorum. Agitur h. l. de poenis eorum, qui

repetundarum convicti essent: id ad severitatem iurisdictionis pertinere, qualem Caesar exercebat, nemo admodum dubitabit.

Sumptuariam exercuit] Ut servaretur, laboravit, et qui contra eam fecissent, coercuit. Sic Tib. c. 58. Sumptuariam Caesaris intelligi, recte putat Torrentius. Haud dubie enim Caesar talem legem fecit, etsi aliter videtur Manutio. Sed vide, quae de hac re disputavimus in Clave Cic. Ind. Legg. in lege *Iulia sumptuaria*. ERN.

Si qua] Intell. *obsonia*. Melius hoc convenit ceteris, quam si intelligas, *via, parte*. ERN.

Cap. 44. *Nam*] Reposui e libris scr. et edd. vett., ut et fecit Oudendorpius. *Iam* primus edidit Casaubonus. Ser-

iora in dies destinabat: in primis Martis templum, quantum nusquam esset, exstruere, repleto et complanato lacu, in quo naunachiae spectaculum ediderat, theatrumque summae magnitudinis Tarpeio monti accubans; ius civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quaeque et necessaria in paucissimos conferre libros; bibliothecas Graecas et Latinas, quas maximas posset, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum; siccare Pomptinas paludes; emittere Fucinum lacum; viam munire a mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim usque; perfodere Isthmum; Dacos, qui se in Pontum et Thraciam effuderant, coercere; mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi ante expertos aggredi proelio. Talia agentem atque meditantem mors praevenit: de qua prius quam dicam, ea, quae ad formam et habitum et cultum et mores, nec minus, quae

vit et iam transitioni, sed non ad novum genus rei. ERN. Illud praefereendum erat, ne tantillo intervallo eadem particula recurreret.

Per Thraciam] Sic descripsi ex cod. Lyl. Vulgo, et *Thraciam*. Atque ego non nego, etiam vulgatam sensum aliquem habere. Nam etiam in Thraciam se infuderunt. Sed, si Suetonius dicere voluisset, utramque hanc provinciam a Dacis occupatam fuisse, dixisset, ut opinor, *in Thraciam et Pontum*. Non displicet Oudendorpio. ERN. In

talibus ne optimi quidem scriptores ordinem quendam satis sollicitè servant. Et respicit eam curam brevitatis orationis. Revocavi ergo scripturam eam, in qua omnes fere libri consentiunt: altera per errorem ducta potest videri ex seqq.

Nec nisi ante expertos] Nempe velitationibus et parvis proeliis: ne sibi accideret, quod Crasso. Livius 7, 52. *Valerius, levibus certaminibus, tentandi hostis causa, haud ita multos moratus dies, signa pugnae proposuit.* Cf. ibid. c. 23. ERN.

ad civilia et bellica eius studia pertineant, non alienum erit, summam exponere.

45 Fuisse traditur excellēsi statura, colore candido, teretibus membris, ore paullo pleniore, nigris vegetisque oculis, valetudine prospera: nisi quod tempore extremo, repente animo linq̄ui, atque etiam per somnum exterreri solebat. Comitiali quoque morbo bis inter res agendas correptus est. Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter ac radetur, sed velleretur etiam; (ut quidam exprobraverunt;) calvitii vero deformitatem iniquissime ferret, sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. Ideoque et deficientem capillum revocare a vertice assueverat, et ex omnibus de-

Cap. 45. Ore paullo pleniore] I. e. ut Gruterus, probante Burmanno, explicat, quod esset, non in se, plenum, sed comparate. Fuit e genere eorum, qui, gracili toto corpore, os tamen habent minime macilentum. Ita Suetonius cum nimis in concordiam redigetur. Enx.

Inter res agendas] Recte praefertur alteri lectioni: gerendas. Res agendas Torrentius et Burmannus ad iurisdictionem referunt: sed arbitror, omnem rerum actum intelligi posse, qui latius patet iurisdictione: quae est eius tantum pars, ut e locis Suetonii, in quibus rerum actus commemoratur, facile intelligitur. Vide ad Claud. c. 15. Enx. Ipsum gerere res, quod ;ro-

prium ducis est, sub illo genere comprehenditur. Unde dicitur bellum agere, de quo v. Gronov. Obsl. 2. 5. Itaque nunc res de utrisque intellige, et civilibus et bellicis: idque plane consentaneum est.

Revocare a vertice] Quantumvis se torqueant viri docti in hac lectione explicanda et defendenda, nil tamen efficiunt. Nam primo vertex maxime calvus esse solet: deinde, si ille adhuc capillos habet in parte posteriori, itaque petendo inducantur calvae parti, id tamen non est, ut opinor, revocare: denique addit: deficientem capillum, h. e. qua parte deficiebat, hoc est, ad ipsam calvitiam. Haud dubie igitur cum Schultingio legendum, ad verticem, hoc

cretis sibi a Senatu populoque honoribus, non aliud aut recepit aut usurpavit libentius, quam ius laureae perpetuo gestandae. Etiam cultu notabilem ferunt. Ulum enim lato clavo ad

lensu: Solebat ita pectere capillorum reliquias iis partibus, ubi deficere coeperant, h. e. in fronte, et versus tempora, ut ad verticem ducerentur, eumque aliquo modo tegeant, calvitiumque occultarent. ERN. Nihil harum rerum admodum intelligo. Quare adhuc cum Oudend. acquiescam in vulgata lectione, etsi Spartianum video in Pescennio c. 6. loqui de capillo in verticem ad gratiam reflexo. Non tam vertex Caesari calvitium habuisse videtur, quam sinciput: ad illud igitur capillos, quamvis raros, revocare asuerat vir ἀναφλακτυίας. Id Seneca de Br. vitae c. 12. pr. vocat, deficientem hinc atque illic comam compellere in frontem, scil. a vertice. Et Io. Sarisberienfis de N. C. 3, 14. p. 200. Quum calvitium iniquissime ferret, et deficientem capillum a cervice convocaret ad frontem. Ubi tamen malim corrigere a vertice.

Non aliud] Cave, mutes in alium, quia honores praecesserunt. Graecorum imitatione saepe sic loquuntur Latinorum optimi, inprimisque Sue-

ronius, ut recte notavit Burmannus. Ceterum hic intelligi posse arbitror, genus honorum, quod latet in honoribus, cui par est: honorum generibus. Rectius tamen referas ad ius, quod mox sequitur. Nam omnes ei decreti honores insunt in quodam iure alicuius rei praecipue agenda, habenda etc. ERN. Aliud est aliam rem, alium honorem. Mox ex multis et bonis codd. et scriptoris consuetudine revocavit Oudend. laureae coronae.

Notabilem] Est, quod Cicero et Livius insignem dicunt. Insignem vocant autem eum, qui aliquid tale habet, quo facile ab iis distingui possit, quodque eum conspicuum faciat, et in utranque partem dicitur. Eodem verbo sic etiam Suetonius utitur, ut Index docebit. ERN.

Lato clavo ad manus] Haec verba, sine varietate, sic omnes recte interpretantur: tunica laticlavia, quae, de more delicatorum hominum, haberet manicas, easque ad manus usque pertinentes, denique in ora manicarum finituras. ERN.

manus fimbriato, nec ut unquam aliter quam super eum cingeretur, et quidem fluxiore cinctura. Unde emanasse Sullae dictum, optimates saepius admonentis, ut male praecinctum puerum caverent.

46 Habitavit primo in Subura, modicis aedibus: post autem pontificatum maximum in sacra via, domo publica. Munditiarum lautitiarumque studiosissimum multi prodiderunt: villam in Neronensi, a fundamentis inchoatam, magnoque sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruisse, quamquam tenuem adhuc et obaeratum: in expedi-

Nec ut unquam aliter etc.] Hacc per transpositionem intelligenda esse, *nec unquam aliter, quam ut super eum cingeretur*, monuit Casaubonus, et alio exemplo e Tib. 26. *nec mox amplius etc.* confirmavit Burmannus. De re vide Excursum ad li. 1. ERN. Quum plerique *magis infra latum clavum* cingerentur, quo conspectior esset clavi latitudo, Caesar contra sic fecit, ut clavus tunicae prope tegetur, unde necessario laxior fieret praecinctura togae.

Unde emanasse] Quae res fecerit, ut emanaret, vulgaretur dictum quoddam Sullae, quod ante non in vulgus notum fuerat, vulgari autem coepit, et ita ista praecinctio conspectior facta est. ERN.

Male praecinctum] I. e. parum, nimis laxè et fluxè,

cinctum toga. Horat. *digito male pertinaci.* ERN.

Cap. 46. *Ad animum ei]* Burmannus interpretatur dictum pro animo eius, i. e. expectationi et proposito: quod mihi non satis videtur sensum Suetonii exprimere. *Animus* mihi videtur hoc loco positus esse pro eo, quod Galli dicunt *le gout*, sive etiam pro *lubidine, la caprice*: in utroque quaedam cupiditas maior elegantiae intelligitur. Omnis autem cupiditas *animus* dicitur. *Respondere* autem positum est pro *succedere*, significatione eleganti, sed non adeo rara. Sensus igitur est, quia ea aedificatio non ita successerat, ut cupiditati eius et lubidini satisfaceret, nec aedificium erat tale, quale sibi e forma, ab architecto descripta, imaginatus fuerat. Forma ea-

tionibus tessellata et sectilia pavimenta circumtulisse: Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus: gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse: servitia rectiora politioraque

47

dem loquendi usus est Livius 9. 15. *Papirio brevi ad spem eventus respondit.* ERN. *Respondere* per se nusquam significat *succedere*, ut recte monuit Bremius. Est, quod Galli dicunt, *repondre à son attente.*

Tessellata et] Primo, *pavimenta* intellige de lapidibus, ad struenda pavimenta, notissimo tropo: deinde, *tessellata et sectilia pavimenta*, post Salmasium et Graevium, hodie ita interpretantur, ut *tessellata* sint musiva, vermiculata: *sectilia*, quae Graece *λιθόσπρωτα* dicuntur, e marmoris maioribus segmentis. Sed contra hanc sententiam dixit nuper Breitingerus in *Disf. de Monumentis* Tigur. ap. Schelhorn. in *Amoen. litter.* Tom. VII. p. 14. 15. de quo vide *Excurs.* ERN.

Cap. 47. *Animosissime]* Interpretor *cupidissime*. Nam *animus* etiam de cupiditate dicitur. Qui de licitando in auctionibus explicant, quum alios licitando vincas, et hinc ductam metaphoram putant, quod *animosus* proprie sit,

qui fortis, in bellis et proeliis vincat, (v. Burm. ad h. l.) non illi quidem in se absurde interpretatur verbum, sed non satis apte ad hunc locum. Quis enim credat, Caesarem ea, quae ponuntur a Suetonio, tantum in auctionibus emisse, aut quum aliquis adesset, qui contra liceretur? Nonne etiam illum Canium, apud Ciceronem *Offic.* 3. 24. animose comparasse hortum, dicemus, qui tamen solus licebatur? ERN. Vox tamen imprimis locum habet in certamine plurimum, quo ardor crescit. Unde in *Digestis* est *animose licere*; alibi *animosus emptor*. Conf. *Salinas*. ad *Capitol. M. Anton.* c. 17.

Rectiora politioraque] Codd. et edd. quaedam habent *recentiora*: idque nonnulli probaverunt; parum sane acute. Essent enim, nuper empti, s. nuper servi facti; quae non est magna in servo commendatio. *Recta* autem *servitia* sunt, quibus nihil vitii inest in corpore, sed apta sunt forma, statura, habitu etc. *Polita* non modo ad elegantiam morum,

- inmenſo pretio, et cuius ipſum etiam puderet,
 48 ſic ut rationibus vetaret inferri: convivatum aſ-
 ſidue per provincias duobus tricliniis, uno, quo
 ſagati palliative, altero, quo togati cum illu-
 ſtrioribus provinciarum diſcumberent. Dome-
 ſticam diſciplinam in parvis ac maioribus rebus
 diligenter adeo ſevereque rexit, ut piſtorem,
 alium quam ſibi panem convivis ſubiicientem,
 compedibus vinxerit; libertum gratiſſimum, ob
 adulteratam Equitis Romani uxorem, quanvis
 49 nullo querente, capitali poena affecerit.
- Pudicitiae eius famam nihil quidem praeter
 Nicomedis contubernium laeſit, gravi tamen
 et perenni opprobrio, et ad omnium con-
 vicia expoſito. Omitto Calvi Licinii notiſſimos
 verſus:

tum Burmanno, refero, ſed etiam ad artes elegantes: de quibus hoc verbum dici docet locus Ciceronis ad Div. 13, 1. *Eſt enim omni doctrina politus.* Ceterum, elegans eſt, nec immerito arridens Burmanno, coniectura Lipſii, e lectione vitioſa, *recentiora*, facientis, *decentiora*: cuius verbi uſum pluribus exemplis, in quibus etiam unum eſt e Suet. Domit. c. 16. illuſtrat ad h. l. Burmannus. ERN. Servos *rectos* iam dudum optime defendit H. Voſſius ad Catull. p. 25. *Non poſſum homines octo parare rectos.*

Cap. 48. *Sagati palliative*] *Sagati* ſunt milites Caefariani alicuius dignationis, ut de 30-

horte praetoria: *palliatii* autem comites Graeci, philoſophi, rhetores, quos illis temporibus illuſtriores Romani in comitatu ſuo habere ſolebant. Vide Cic. Or. pro Mil. c. 10. Hoc triclinium reſpondet ei, quod in principum aulis *die Marſchallſtafel* vocant. *Togati* ſunt Romani. Legati, Quaeflores, tum Senatores, Equitesque Romani illuſtres, qui ſorte per provinciam iter facientes ad ipſum devolvebant. ERN.

Domeſticam — rexit] l. c. adminiſtravit. Ut *imperium regere* Ovid. ex P. 3. 5. 61. et alii ſimilia. Conſ. Burm. ad Gratii Cyneg. v. 327.

Cap. 49. *Nicomedis contu-*

*Bithynia quidquid,
Et paedicator Caesaris unquam habuit.*

Praetereo actiones Dolabellae et Curionis patris, in quibus eum Dolabella *pellicem reginae, spondam interiorem regiae lecticae, at Curio stabulum Nicomedis, et Bithynicum fornitem* dicunt. Missa etiam facio edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum, *Bithynicam reginam: eique regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum.* Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octavius etiam quidam, valetudine mentis liberius dicax, conventu maximo quum Pompeium regem appellasset, ipsum reginam salutavit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum et vinum Nicomedi stetit obiect, cum reliquis exoletis, pleno convivio, accubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero vero, non contentus, in quibusdam epistolis scripsisse, a satellitibus eum in cu-

berniam] I. e. diuturnior apud eum commoratio, de qua supra c. 2. ERN.

Action. Dolabellae] *Actiones* esse orationes, vel senatorias, vel forenses; dubio caret. Hoc loco senatorias intelligi, id ipsum certum esse arbitror: neque enim a Dolabella, aut Curione, accusatum esse constat. Curionis orationes iam supra c. 9. commemoratae sunt. Dolabella autem, utrum pater, a Caesare accusatus, an filius, intelligendus sit, ambigi video. Ego patrem indicari puto. Is, ulciscendi

Caesaris causa, videtur in Senatu aliquid, quocumque tempore, forte post consulatum primum; egisse, easque actiones in litteras retulisse. Filius, vivo Caesare, numquam aliquid egit in Senatu contra Caesarem, neque. Consul a Caesare factus, videtur, post mortem, tales actiones, quae convitiis in Caesarem redundarent, suscepisse, aut edidisse. ERN.

C. Memmius] In actione in Caesarem. Vide c. 23. Mox et *vinum* suspectum est Ovidio. Sapit certe glossam. ERN.

biculum regium eductum, in aureo lecto, veste purpurea decubuisse, floremque aetatis a Venere orti in Bithynia contaminatum; quondam etiam in Senatu defendenti Nysae causam, filiae Nicomedis, beneficiaque regis in se commemoranti, *Remove*, inquit, *istaec, oro te: quando notum est, et quid ille tibi, et quid illi tute dederis.* Gallico denique triumpho milites eius inter cetera carmina, qualia currum prosequentes ioculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronuntiaverunt:

*Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem.
Ecce, Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem,*

Vel depravationem corrigentis librarii. Nam in aliquot Mill. sine sensu legitur *et vi Nicomedi*, ex quo Salmas. fecit *eum Nic.* Guelf. 2. *vina.*

Eductum] Torrentius et Graevius, auctoritate unius codicis et consuetudine Latina moti, repouit volunt *deductum*: quod est proprium in tali re verbum, si refertur ad *cubiculum*. Sed vulgata servanda. Non refertur ad verba *in cubiculum*, sed magis ad *triclinium* [*convivium*: iude eductus est in cubiculum. Sic in Aug. c. 79. *Et triclinio in cubiculum eductam.* In Calig. c. 36. *Et triclinio egressus, quum maxime placitam evocasset,* etc. Pan. Conf. Drakenb. ad Lit. 1. 47. et Dukerum ibidem ad 22. 36.

Defendenti Nysae causam]

Masseus Antiquit. Aquitan. Ep. 1. p. 31. profert numum, in quo est nomen *Musae*, reginae Bith. et Epist. 2. familiam regum Bithyniae illustrat pluribus. Et Politianus *Musae* pro var. lectione commemoravit. Dubiam rem facit, quod *Nysae* nomen et alibi occurrit apud Graecos et Latinos, ut docuit e Masseo Oudendorpius. Sed tamen in numo vitium scripturae esse non potest, si quidem genuinum est: et favent huic lectioni libri scripti, qui plerique habent *ei nysae*, quod ab *Musae* videtur natum, per antiquam figuram litterae M. EAN.

Dederis] Recte sensu obscuro accipitur, aliisque exemplis illustratur in Lexico Fabri. Oudendorpius edidit *tute cum* Gron. Quia est in codd. plu-

Pronum et sumptuosum in libidines fuisse, 50
 constans opinio est, plurimasque et illustres feminas corrupisse; in quibus Postumiam Servii Sulpicii, Lolliam Auli Gabinii, Tertullam M. Crassi, etiam Cn. Pompeii Muciam. Nam certe Pompeid, et a Curionibus patre et filio, et a multis exprobratum est, quod, *cuius caussa post tres liberos exegisset uxorem, et quem gemens Aegisthum appellare consueisset, eius postea filiam potentiae cupiditate in matrimonium recepisset.* Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem, Serviliam: cui et proximo suo consulatu sexagies sestertio margaritam mercatus est, et bello civili super alias donationes, amplissima praedia ex auctionibus hastae nummo addixit. Quum quidem, plerisque vilitatem

ribus et edd. quibusdam anti-
 quissimis, idem feci. ERN. De
 potestate verbi conf. Heinsium
 ad Ovid. A. A. 3. 95.

Cap. 50. *Proximo suo consulatu*] Si hoc est a Suetonio, est sane cum Casaubono explicandum de eo, qui amorem, cum ea institutum, proxime secutus est. Sed hic modus temporis designandi valde frigidus foret et ineptus. Legendum igitur haud dubie e codice, ab Ursino inspecto. *primo*: cui verbo *proximo* a librariis saepe substitutum esse, non uno loco ad hunc Suetonium docet Burmannus. Adiuvant etiam sequentia. Nam ei dicitur etiam praedia donasse. At quando? *Bello civili*: postque, *margaritam*. Sed ante

bellum civile semel tantum Consul fuit. De hoc ergo consulatu capiendum est, h. e. de primo. Idque adeo Suetonius addidit propterea, quod ex hoc amor Serviliae tanto magis elucet, quod ei in primo consulatu, nondum locupletatus provincialibus, aut civilis belli spoliis, tamen tantum donavit. ERN. Intell. *primum* illum consulatum, quo 3000 pondo auri ex Capitolio furatus erat, ut est c. 54.

Nummo add.] Paribus codicum edd. et Interpretum auctoritatibus defendi potest *nummo* et *minimo*. Burmannus tamen *minimo* praefert: quamquam vitio operarum et negligentia correctorum *numo* in contextu mansit. Ratione au-

mirantibus, facetissime Cicero, *Qua melius*, inquit, *emptum sciatis, tertia deducta est*: exilimabatur enim Servilia, etiam filiam suam Tertiam Caesari conciliare.

51 Ne provincialibus quidem matrimoniis abstulisse, vel hoc disticho apparet, lactato aequae a militibus per Gallicam triumphum:

*Urbani, servate uxores, moechum calvum adducimus.
Aurum in Gallia effutisti; at hic sumpisti mutuum.*

52 Dilexit et reginas, inter quas Eunoënam Mauram, Bogudis uxorem; cui maritoque eius plu-

tem utitur hac, quod *numo addicere* et *emere* tantum de emptionibus imaginariis dicatur, in quibus numus adhibebatur, non autem in auctioribus; in quas adeo hanc forma loquendi non conveniat. Ea ratio mihi valde levis videtur. Nam, proprie quidem numo nil vendebatur in auctioribus: sed, consuetudine loquendi communi, *numus* dicebatur de valde parvo pretio. Tam verbum *addicere* inprimis est auctiorum. Denique manifeste apud Ciceronem pro Rabir. Post. c. 17. est, *quo festertio addicere*, quod est, *numo addicere*, de auctione: sequitur enim de praeconio, quod est auctiorum, eumque locum iam laudavit Bentleius, loco per ipsum Burmannum citato, nempe ad Horat. Sequ. 1, 4, 14. Praeferamus igitur *numo*. Ceterum etiam *et* delevi, post

haestue: quod hic ineptissimum est et a multis libris abest, etsi non ignoro, hoc pronommen non raro otiose a Suetonio poni. ERN. Pro *minimo* stultiose pugnat Oudendorpius, sed infirma ratione, quod *uni festertio numo pars tertia* deduci non potuerit. Nam ubi id factum esse dixit Cicero? Et *minimo*, si id pariter ex proprietate spectes, haud magis tertia deduci potest. Mox a Memm. et Quell. 2. post *deducta* abest verbum substantivum, recte.

Cap. 51. *Urbani*] Hi duo versus non simul cantati, sed aliis interpositis. Itaque intervallo maiori seorsum. ERN.

Cap. 52. *Inter quas*] Elegantius foret: *interque eas*: et fortasse sic scripsit Suetonius. ERN. Mire. Modo erat c. 50. *in quibus Postumiam* etc. Aug. 29, *ex quibus*. Ni-

rima et immensa tribuit, ut Naso scripsit: sed maxime Cleopatram, cum qua et convivia in primam lucem saepe protraxit, et eadem nave thalamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetravit, nisi exercitus sequi reculasset. Quam denique accitam in Urbem, non nisi maximis honoribus praemiisque auctam remisit, filiumque natum appellare nomine suo passus est. Quem quidem nonnulli Graecorum similem quoque Caesaris et forma et incessu tradiderunt. M. Antonius agnitum etiam ab eo, Senatui affirmavit; quae scire C. Matium et C. Oppium reliquosque Caesaris amicos: quorum C. Oppius, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret, librum edidit: *Non esse Caesaris filium, quem Cleopatra dicat.* Helvius Cinna, Tribuns plebis, plerisque confessus est, habuisse se scriptam paratamque legem, quam Caesar ferre iussisset, quum ipse abesset, uti uxores liberorum quaerendorum causa, quas et quot vellet, ducere liceret. Ac ne cui dubium

hil frequentius est apud optimos quosque scriptores.

Naso] Vide c. 9. ERN.

Penetravit] Pro *penetravisset*, cuius generis plura exempla sunt apud bonos scriptores, etiam apud Suetonium, v. g. in Galb. 10. *interemerunt*, pro *interemissent*, quem locum iam laudavit Casaubonus. Loca, quae VIII docti ad Galbam laudant, ex Orb. 10. Vitell. 7. non sunt his similia. ERN.

Vellent] Sic libri scripti. Liplius Elect. 1, 20. *vellet*,

ut ad Caesarem solum lex pertineret, eamque lectionem codd. et edd. veteres habent, probantque Casaubonus et Graevius, praesertim quum ita etiam de hac lege tradat Dio Cassius. His argumentis adde primum hoc, quod totus Suetonii contextus id desiderat; imprimis illud, *quum ipse abesset, ipse sc. ad quem lex pertinebat*: tum ipsa Latinitas. Nam si Suetonius dicere voluisset, eam legem ad omnes pertinuisse, non scripsisset: *uti uxores — — quas et quot*

omnino sit, et impudicitiae eum et adulteriorum flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione *omnium mulierum virum, et omnium virorum mulierem* appellat.

53 Vini parcissimum ne inimici quidem negaverunt. Verbum M. Catonis est, *Unum ex omnibus Caesarem ad evertendam rempublicam sobrium accessisse*. Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum oleum, pro viridi appositum, aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse, ne hospitem aut negligentiae aut rusticitatis videretur arguere.

54 Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus praestitit. Ut enim quidam monu-

*vellent, ducere liceret: sed, quas quisque et quot vellet: quod referibi vult Oudendorpius. Frustra ergo Burmannus vellent defendit ex eo, quod Caesar voluerit legem generalem ferri, invidiae amoliendae causa. ERN. Rei ex nostris moribus atque adeo ex Romanis incredibili accedit fides ex omni narratione Dionis 44. 7. Et cur per alium ferri talem legem voluisset, nisi privilegii invidiam metuisset? Satis haec ratio sumat lectionem optimorum librorum, etiam e nostris. Quid? si omnes habuissent vel-
lent, illud tamen esset rep-
nendum.*

Cap. 53. *Conditum*] Miror viros doctos, imprimisque Casaubonum, potuisse oleum aromatibus mixtum, h. e. un-

guentum, intelligere: quum viridi opponatur, et in eo apponendo rusticitas cerni dicatur: quasi rustici hi sint mores, unguentum pro simplici oleo apponere, et non potius nimis elegantes et quaestitae lautitiae. *Negligentiam* recto Burmannus, qui et illam Casauboni interpretationem *conditi olei* improbat, dicit, cerni in eo, quod curam suam hospes, in apparanda Caesari coena, non ad hanc quoque partem demissit. ERN.

Cap. 54. *Imperiis — magistratibus*] *Imperium* dicitur etiam, quamquam raro, de Consule, et *magistratus* vocantur etiam Proconsules et Propractores. Quamquam enim Livius pluribus locis negat, Proconsules et Propractores ma-

mentis suis testati sunt, in Hispania a Proconsule et a sociis pecunias accepit, emendicatas in

gistratus esse: vide v. c. 28, 38. et ibi Sigonium et Valesium: usus loquendi tamen repugnat. Sed hic *imperia* de provinciali magistratu dicuntur, *magistratus* simpliciter de urbano. Et fortasse Suetonius Livianam rationem probavit. Similiter distinxit c. 75. ERN. Ubi diversa componuntur, vel inter se distinguuntur, ut h. l., unice valet illa consuetudo, cui ne ratio quidem sua deest. *Magistratus* proprie non sunt nisi liberorum populorum. Sed *imperium* etiam urbanis magistratibus tribui, notissimum est.

Proconsule] Possis accipere et pro nominativo, more antiquo dictum, ut saepe apud Ciceronem et Livium, et referre ad *accepit*: et pro ablativo absoluto: quum in Hispania Proconsul esset. Porro, Proconsulem dici, qui proprie Propraetor erat, id ipsum quoque non adeo rarum. Sic est v. c. ap. Cic. Verr. 3, 91., ubi v. Manut., qui de eo etiam consuli potest ad Ciceronem de Legg. 1, 20. Sed vide imprimis de hac re Dukerum ad Liv. 37, 46. 39, 29. Ceterum si quis malit legere *Proconsul* e cod. Memm., non repugnem. ERN. Ita haud dubie in Suetonio legendum est, nisi potior esset scriptura,

in Hispania a Proconsule et a sociis, ut a Caesare, sive Quaestore, sive quum ipsi ex praetura ulterior Hispania obtigisset, extorta Proconsuli suo seu decessori dicatur pecunia. Quam lectionem plurium Mss. ut Long. Guelf. 1. aliorumque, cur alteri posibabuerint viri doctissimi, me plane non perspicere fateor. *Sociae* autem civitates *populi Rom.* in illa provincia tres nominantur a Plinio 3, 1.

Et a sociis] Burmannus dubitat, utrum sociae gentes, an publicani, quos *socios* simpliciter appellari constat, intelligantur, magisque in hanc, quam in illam partem inclinat; quod ego miror. Nam oppositio, *et a sociis* etc. *et Lusitanorum* (h. e. non sociorum) *oppida quaedam diripuit*, ostendit, Suetonium dicere voluisse: eum nec sociis populis, nec ceteris, quibus, de iure et more, debebat, pepercisse. Magistratus autem provinciales solitos fuisse a sociis civitatibus, sub variis praetextibus, pecunias emendicare, satis e Cicerone notum est. Atque hinc tam saepe queritur Cicero de sociis, a magistratibus provinciarum exhaustis. Publicani Siculi in Verrinis Ciceronis magis fraudantur a

auxilium aeris alieni; et Lusitanorum quaedam oppida, quamquam nec imperata detrectarent, et adveniēti portas patefacerent, diripuit hostiliter. In Gallia sana templaque Deum donis referta expilavit, urbes diruit, saepius ob praedam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abundaret, ternisque millibus nummum in libras promercale per Italiam provinciasque divideret. In primo consulatu tria millia pon-

Vale. exportandis mercibus sine portorio, quam ad pecunias largiendas coguntur. *EXX.*

Ternis millibus nummum] Argenti ratio est ad aurum, ut unum ad decem. Libra autem argenti emitur mille assibus. Ex quo fit, ut una libra auri vendatur decem millibus assium. Eos dicunt efficere quatuor milliū nummū sestertiorum: Caesarem quinorū pretio vendidisse aurum, ut tribus millibus nummū, h. e. septem libris argenti eum dimidia permutaret. Haec Gronovius de Sestert. p. 156. et ante ipsum Budaeus de Assē p. m. 265. Sed in hac computatione sestertio nummū tribuuntur duo asses eum dimidia. Caesaris autem temporibus sestertius aestimabatur quatuor assibus, ut omnes sciunt. Tria igitur millia HS. efficiunt 12000 assium. Ex quo intelligitur, in ea re non numerum assium, sed pondus sestertiorum spectatum esse; atque, ut mille denarii,

est 16000 assium habebant, tamen tantum argenti libras decem aequabant, ita tria millia aurum tantum septem libras eum dimidia explese. *EXX.*

Divideret] Sic libri plerique. Nonnulli *divideret*, quod recentiores inde a Casaubono receperunt, praeter Bernmannum. In quo intelligendum procuratoribus, similibusque. In *divideret* est aliquid duri, quod *promercale dividere τρυτοδοσι*. Contra id verbum non sapit librarios: reliquique in textu, liberum relinquens aliis iudicium. *EXX.* Quum *promercale* nihil aliud sit quam *venale*, bene docet Oudend. scribendum esse *divideret*. Ita Caesar aurum, quo abundabat, auriſicibus similibusque hominibus *distribuit*, dispersit, *venale habendum* pretio quartam partem viliore, quam haberi vulgo solebat. Revertari ergo ex plerisque MSS. nostris *divideret*, auctore etiam Rudbek.

do auri furatus e Capitolio, tantundem inaurati aeris reposuit. Societates ac regna pretio dedit; ut qui uni Ptolemaeo prope sex millia talentorum suo Pompeiique nomine abstulerit. Postea vero evidentissimis rapiis ac sacrilegiis et onera bellorum civilium et triumphorum ac munerum sustinuit impendia.

Eloquentia militarique arte aut aequavit 55 praestantissimorum gloriam, aut excessit. Post accusationem Dolabellae haud dubie principibus patronis annumeratus est. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat *se videre, cui Caesar debeat cedere*: aitque, *eum elegantem, splendidam quoque, atque etiam magnificam et generosam quodammodo rationem dicendi tenere*: et ad Cornetium Nepotem de eodem ita scripsit: *Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior?* Genus eloquentiae duntaxat adolefcens adhuc Strabonis Caesaris secutus videtur;

Furatus] Per Vatinius, cui Cicero id tribuit in Vatin. c. 12., ubi v. Graev. Eux.

Abstulerit] I. e. ab Ptolemaeo acceperit data. Sic Livius 7. 18. init. Cicero pro Rosc. 4. Eux. In hoc genere *auferre* est *impetrare*. Conf. Gracv. ad Cic. Epp. Famil. 6, 12.

Cap. 55. *Militarique re*] Sic ediderunt omnes ex Lipsii coniectura, quam, nescio quomodo, certissimam putabant. In codd. tamen magno con-

sensu legitur *militari qua re*, sub quibus *arte* latere facile intelligitur. Neque *res* huic sententiae satis aptum.

Cicero ad Brutum] De cl. oratt. c. 75.

Elegantior] Intellige, de delectu verborum: nam de hoc proprie elegantia in oratione dicitur. Eux.

Strabonis Caesarisque] Loca Cic. in Caecil. 19. Offic. 2, 14. huc pertinentia iam laudavit Torrentius. Eux.

cuius etiam ex oratione, quae inscribitur *Pro Sardis*, ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem suam. Pronuntiasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque, non sine venustate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur. *Pro Q. Metello* non immerito Augustus existimat magis ab actuariis exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam. Nam in quibusdam exemplaribus invenio, ne inscriptam quidem *Pro Metello*, sed, *quam scripsit Metello*, quum ex persona Caesaris sermo sit, Metellum seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantis. *Apud milites* quoque *in Hispania*, idem Augustus orationem esse vix ipsius putat: quae tamen duplex fertur: una, quasi priorē habita proelio: altera, posteriore; quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incurusione.

56 Reliquit et rerum suarum commentarios, Gallici civilisque belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africique et Hispaniensis, incertus auctor est. Alii [enim] Oppium putant, alii Hir-

Q. Metello] Nepote, cuius tribunicias actiones acriter defenderat. Vide supra c. 16. init. Eius.

Feruntur, ut pro Q. M. quam] Postremam vocem, quae ab omnibus Mill. abeli, interpolationis apertum vestigium habet. Sed etiam *ut abeli* a plerisque; quare id quoque omisit Oudendorp., nec male; immo verissime.

Orationem esse] Etiam hoc

pro glossemate abiicit Oudendorp. non sine codd. auctoritate. Recte. Ellipticae locutionis, quam ad c. 50. attingimus, complementum ipsa verborum collocatio arguit. Ac ne illa quidem laeis certa sunt, *sed quam scripsit Metello*. Certe, si Metello scripta fuit Oratio, non ex Caesaris persona sermo esse potuit.

Cap. 56. *Alii enim Oppium*] Particulam enim abiicio.

tium: qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit. De commentariis [Caesaris] Cicero in eodem libro sic refert: *Commentarios scripsit, valde quidem probandos: nudi sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis tamquam veste detracta: sed, dum voluit, alios habere parata, unde sumerent qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volent calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit.* De iisdem commentariis Hirtius ita praedicat: *Adeo probantur omnium iudicio, ut praerepta, non praebita, facultas scriptoribus videatur. Cuius tamen rei maior nostra, quam reliquorum, est admiratio. Ceteri enim, quam bene atque emendate, nos etiam, quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus.* Pollio Afinius parum diligenter, parumque integra veritate compositos putat: quum Caesar pleraque et quae per alios erant gesta, temere crediderit; et quae per se, vel consulto vel

nox et nomen *Caesaris*, subiunctum *commentariis*. Neutrum in bonis libris est.

Recti et venusti] De verbo *rectus* ante dictum. *Venustatem* autem h. l. intellige eam, quae non tam in singulis verbis et pluribus cernitur, quam toto orationis habitu, scriptorem politici ingenii indicante. Nam alioqui *venustas* etiam de pulchritudine exquisita dicitur. Vide Cic. Off. 1, 36. Eademque huius verbi ratio est

atque *elegantiae*, quae interdum tantum delectum et iudicium exquisitum, sine ornatu, interdum ornatum exquisitum significat, ut locis Ciceronianis docuimus in Clave Cic. ERR. Nihil dicit de *detracta* pro *detracto*, uti apud Ciceronem posuit. Perperam; etsi illa constructio nulla interpunctione emolli ad nostrum sensum potest. Conf. Vossium, principem Grammaticorum, de Construct. c. 4. et minime consen-

etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum et correcturum fuisse. Reliquit et *de Analogia* libros duos, et *Anticatones* totidem, ac praeterea poema, quod inscribitur *Iter*. Quorum librorum primos in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret: sequentes sub tempus Mundenfis proelii fecit: novissimum, dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem quarto et vicésimo die pervenit. Epistolae quoque eius ad Senatam exstant, quas primus videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse, quum antea Consules et duces nonnisi transversa charta scriptas mitterent. Exstant et ad Ciceronem, item ad Familiares domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic fructo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quae si quis investigare et persequi vellet, quartam elementorum

sum libratorum apud utrumque scriptorem.

Transversa charta] Nostri: *in forma patente*: nunc etiam intelligitur, quid sit, *ad paginas*: quò modo hodie vulgò utimur. EKS.

Ad Familiares] Hinc descendendi potest inscriptio Epistolarum Ciceronis, quae hodie vulgò *ad Diversos* inscribuntur, patrum Latine. Neque ullius momenti est, quòd inter eas etiam ad inimicos epistolae sunt: non enim amici semper sunt *familiares*, et a maiori parte nomina sumun-

iur. Codices tamen plerique omnes favent Victorianae rationi, neutram inscriptionem probanti.

Investigare ac persequi] Eleganter exprimit, quòd hodie vocamus *dechifiren*. Ceterum *vellet* non aptum est sequenti *commulet*, ut viderunt Viri docti, qui legi voluerunt: *vellet*. Ego malim *vellet*: id antiquè scriptum *vellet*, mutatum est a librariis in *vellet*, praesertim quum etiam *vellet* antiquis per I. simplex scriberetur. Probat Oudendorpius. EKS

litteram, id est, *d* pro *a*, et perinde reliquas commutat. Feruntur et a puero et ab adolescentulo quaedam scripta: ut *Laudes Herculis*, *tragoedia Oedipus*, item *Dicta collectanea*. Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari in epistola, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit.

Armorum et equitandi peritissimus, laboris 57.
ultra fidem patiens erat: in agmine nonnumquam equo, saepius pedibus anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus, meritoria rheda, centena passuum millia in singulos dies: si flumina morarentur, nando traiciens, vel innixus inflatis utribus, ut persaepe nuntios de se praeveniret.

In obeundis expeditionibus dubium, cau- 58
tior an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit umquam, nisi perspeculatus locorum situs: neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus et navigationem et ac-

Cap. 57. *Armor. et equit.]*
Vide ad Titum c. 3. ERN.
Conf. Salmaf. ad Spart. Hadr.
c. 27. *Armorum peritus* est
imprimis, qui perite vibrat clypeum, quo hostium tela excipiat, et gladio hostem aggredi didicit.

Capite detecto] An fortasse: *relecto*? *D* et *r* a librariis permutari, docet Burmannus ad c. 47. et saepissime *re* et *de* confunduntur. Nam id est usitatus: sed tamen et illud rectum. ERN. Conf. Lips.

de Amphit. c. 29.

Expeditus] I. e. non perulatus, ut iter facientes: vide Cic. Milen. 16. sed ita vestitus, ut statim paratus esset, si vis hostilis ingrueret. Sic Clodius *expeditus* apud eundem Ciceronem l. c. iter faciens, Milonis aggrediendi causa. ERN.

Cap. 58: *Per se]* Falsum esse omnes fatentur, Caesare ipso aliter tradente, B. G. 4, 21. quod Suetonium non potuit fugere, scriptorem tam

cessum ad insulam explorasset. At idem, obfessione castrorum in Germania nuntiata, per stationes hostium Gallico habitu penetravit ad suos. A Brundisio Dyrrachium inter oppositas classes hieme transmisit. Cessantibusque copiis,

diligentem. Sed propositae adhuc emendationes, *per saepe, per suos*, nihili sunt, ut vidit Burmannus. Illud autem non viderunt Interpretes, nec *explorasset* satis aptum esse: deest enim *quum* aut *postquam*. Sed nihil adiuvant codd. et edd. Cogitavi aliquando, *nisi* e superiori versu repetitum esse, et Suetonium scripsisse: *transvexit ante, quam p. e. n.* Ex *quam* factum *per se*. Quum scriptum librarius invenisset *qm*, legit *p. per*: inde prouum, ex *m* facere *se*. Sed fateor, paullo duriores illam mutationem esse. Ceterum nondum aliquid melius succurrit. ERN. Neque equidem quaerendum quidquam censeo, etsi Rubenkenio quoque hic a librariis peccatum videbatur. Error videtur scriptoris esse, quales etiam diligentibus rerum auctoribus obrepunt. In verbo *explorasset* quomodo aliquis haerere potuerit, non exputo.

In *Germania*] Sive potius *in Gallia*. Suetonium credunt in satis frequentem veteribus errorem incidisse, quemadmodum exemplis probat Burmannus, ut Germaniam cum Gal-

lia permutaret. Omnino hoc saepe faciunt veteres, ut finitimas regiones permutent, aliisque locis id fecit ipse Suetonius. Quod Velleius 2. 59. *Geticum* bellum vocat, id noster Aug. c. 8. adversus *Dacos* destinatum dicit, quia *Getae* et *Daci* finitimi. Vide Xiphil. in Domitiano. Sed tamen hic mihi restat aliquid scrupuli, quo minus credam, Suetonium hic non scripsisse *in Gallia*, et genuinum esse vulgatum, *in Germania*. Nam post dicit, Caesarem tum ad suos penetrasse *Gallico habitu*. Cur *Gallico*, et non *Germanico*? Nonne hoc indicio est, Suetonium cognitum habuisse, Caesarem penetrasse per stationes Gallorum? Quomodo autem ei potuisset in mentem venire, Caesarem cum Gallis in Germania bellum gessisse, ab iisque ibi obsideri potuisse? ERN. Non meminerat Vir diligentissimus, item dixisse Suetonium *in Germanorum finibus* c. 25. de eadem regione Galliae, quam *Ebutones* incolebant, *Germanis* attributi. Non magis igitur corrigi debet *in Gallia*, quam *Germanico habitu*. Vidit iam Oudend.

quas subsequi iusserat, quum ad arcessendas frustra saepe misisset, novissime ipse clam noctu parvulum navigium solus obvoluto capite conscendit: neque, aut quis esset, ante detexit, aut gubernatorem cedere adversae tempestati passus est, quam paene obrutus fluctibus.

Ne religione quidem ulla a quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus est. Quum immolanti aufugisset hostia, profectio-
59
nem adversus Scipionem et Iubam non distulit. Pro-
lapsus etiam in egressu navis, verso ad melius omine, *Teneo te*, inquit, *Africa*. Ad eludendas autem vaticinationes, quibus felix et invictum in ea provincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quendam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitae Salutioni cognomen erat, in castris secum habuit.

Proelia non tantum destinato, sed ex oc-
60
casione sumebat; ac saepe ab itinere sicut, interdum spurcissimis tempestatibus, quum minime quis moturum speraret; nec nisi tempore extre-

Cap. 59. *Salutioni*] Vix tanti esse arbitror, ut de hoc nomine longae disputationes instituantur, ut adhuc factum est; quibus nihil effectum videmus. Id modo teneant studiosi, id nomen ei impositum a similitudine, quae ei cum mimo quodam intercedebat, ut auctor est Plinius 7, 12. Ceterum si lubet de hoc nomine cognoscere accuratius, adi Rezzonicum Disquis. Plin. T. II. p. 176. ERN. Conf. Penze-

Vol. I.

lium ad Dionis Interpr. germ. l. 42. p. 1009., ubi recte miratur verba *ad oppr. vitae*, quum cognomen *Salutionis* s. *Salvionis* ex adoptione Scipionum non huic primum, sed maioribus eius additum videatur.

Cap. 60. *Speraret*] Sic plures libri scr. et editi, ut Bern. 2. Vulgo *putaret*. Hodie in illa notione fere dicunt *expectare*. Mox *cunctator* legitur in aliis, de qua forma

F

mo ad dimicandum cunctantior factus est; quo saepius vicisset, hoc minus experiendos calius opinans; nihilque se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. Nullum unquam hostem fudit, quin castris quoque exueret: ita nullum spatium perterritis dabat. Ancipiti proelio equos dimittebat, et in primis suum, quo maior permanendi necessitas iraponeretur, auxilio fugae erepto.

61 Utebatur autem equo insigni, pedibus prope humanis, et in modum digitorum ungulis fissis: quem natum apud se, quum haruspices imperium orbis terrae significare domino pronuntiallent, magna cura aluit: nec patientem fessoris alterius primus ascendit; cuius etiam instar pro aede Veneris Genitricis postea dedicavit.

62 Inclinatam aciem solus saepe resistit, obfistens fugientibus, retinensque singulos, et contortis faucibus convertens in hostem: et quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer moranti se culpide sit comminatus; alius in manu detinentis reliquerit signum.

63 Non minora illa constantiae eius, immo maiora etiam indicia fuerint. Post aciem Pharsalicam, quum praemisisset in Asiam copiis per angustias Hellesponti vectoria navicula traiceret, C. Cassium, partis aduersae, cum decem rostra-

v. Schwarzium ad Mamert. Genethl. Max. c. 7. p. 163.

Cap. 61. *Ascendit*] Male. Ery. cum Graev. dedit *ascendat*: quod equo Troiano conveniet. non hinc. Quippe est notum *erfsteigen*.

Cap. 63. *Indicia fuerint*]

Notus loquendi modus. aliquid dubitationis exprimens. Perperam alii, *fuerunt*.

L. Cassium] Nylander ad Dion. lib. 32., qui hoc ipsum de *L.* refert. Suetonium emendat, legendumque censet *C.* quem sequuntur Casaubon.

tis navibus obvium sibi, neque refugit: et cominus tendens, ultro ad deditioem hortatus, supplicem ad se recepit.

Alexandriae, circa oppugnationem pontis, 64 eruptione hostium subita compullus in scapham, pluribus eodem praecipitantibus, quum desiluisset in mare, nando per ducentos passus evasit ad proximam navem, elata laeva, ne libelli, quos tenebat, madescerent; paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.

Militem neque a moribus, neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus; tractabatque pari severitate atque indulgentia. Non enim ubique ac semper, sed, quum hostis in proximo esset, coercerebat: tum maxime exactor gravissimus disciplinae, ut neque itineris neque proelii tempus denuntiaret; sed paratum et intentum momentis omnibus, quo vellet, subito educeret. Quod etiam sine causa plerumque faciebat, praecipue pluviiis et festis diebus. Ac subinde observandum se admonens, repente interdium vel nocte subtrahebat; augebatque iter, ut serius sublequentes defatigaret.

Fama vero hostilium copiarum perterritos 66 non negando minuendove, sed insuper amplificando ementiendoque confirmabat. Itaque

et alii. Recte. Nam *L. Cas-*
sius iam fuit in partibus Caesaris, ante proelium Pharsalicum, teste ipso Caesare B. G. 5. 10. *Caius* autem post illud proelium classis Pompeianorum praefuit. Ibid. 101. Suetonium in re tam nota, tamque clavis scriptoribus notata, errasse, non probabile est. Satis

autem constat, haec praenomina saepe a librariis confundi. ERR.

Cap. 64. *Potiretur*] Aliquot Mss. *poteretur*. Ut *oretur* Tib. c. 37., *adoreretur* Claud. c. 15., quas formas et ipsas rectas putabat Ruhken. Conf. Drakenb. ad Liv. 7. 9.

quum exspectatio adventus Iubae terribilis esset, convocatis ad concionem militibus, *Scitote*, inquit, *paucissimis his diebus regem affuturum cum decem legionibus, equitum triginta, levis armaturae centum millibus, elephantis trecentis. Proinde desinant quæ- rere ultra aut opinari, mihi que, qui com- pertum habeo, credant: aut quidem vetu- stissima nave impositos, quocumque vento, in quascumque terras, iubebo avchi.*

67 Delicta neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur; sed desertorum ac se- ditiosorum et inquisitor, et punitor acerrimus, connivebat in ceteris. Ac nonnunquam post magnam pugnam atque victoriam, remisso offi- ciorum munere, licentiam omnem passim lasciviendi permittebat; iactare solitus, *milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse: nec milites eos pro concione, sed blandiori nomi- ne commilitones appellabat: habebatque tam cultos, ut argento et auro politis armis ornaret, simul et ad speciem, et quo tenaciores eorum in proelio essent metu damni. Diligebat quo- que usque adeo, ut audita clade Tituriana bar-*

Cap. 66. *Aut opinari*] I. e. loqui s. sententiam suam pro- ferre. Ut Gell. 2, 28. Vide Casaub. ad Aug. c. 51. p. 569. de hoc significatu erudite agen- tem.

Aut quidem vetust. nave impositos] Nave refer ad im- positos, quod mihi maxime placet. constructione Latina et Suetonio Ner. 50. usur- pata, aut ad avchi, ut im-

positos absolute positum sit. Utrumque illustrat exemplis idoneis Burmannus ad h. l. Eas.

Cap. 67. *Exsequebatur*] Pro punire hoc verbo vitur etiam infra Calig. c. 12. et Liv. 3. 25. Pro modo, intell. crimi- num, ut docet Burmannus Eas.

Clade Tituriana] Vide Caes. B. G. 5, 52. Eas.

bam capillumque summisserit, nec ante dempserit, quam vindicasset. Quibus rebus et devotissimos sibi et fortissimos reddidit.

Ingresso civile bellum centuriones cuiusque 68 legionis singulos equites e viatico suo obtulerunt; universi milites gratuitam et sine frumento stipendioque operam, quum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino descevit: plerique capti concessam sibi sub conditione vitam, si militare adversus eum vellent, recularunt. Famem et ceteras necessitates, non quum obsiderentur modo, sed et si alios ipsi obsiderent, tanto opere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum seris sibi rem esse dixerit, anoverique ocius, nec cuiquam ostendi iusserit, ne patientia et pertinacia hostis animi suorum frangerentur. Quanta fortitudine dimicarint, testimonio est, quod, adverso semel apud Dyrrachium proelio, poenam in se ultro depoposcerunt: ut consolandos eos magis Imperator, quam puniendos habuerit. Ceteris proeliis innumeras adversariorum copias, multis partibus ipsi pauciores, facile superarunt. Denique una sextae legionis cohors, praeposita ca-

Cap. 68. *Viatico*] Peculio castrensi. ERN.

Tenuiorum tutelam] H. e. *sustentationem*. Conf. Senecam ad Helv. c. 9. Exempla autem, ubi *tuere* est pro sustentare s. alere, v. Aug. c. 49. Nepot. Epam. c. 3. Iustin. 2, 1. et Ovid. Met. 15, 116., quem

locum minus recte intelligit Eurm. Hactenus Ruhnk.

Dyrrachina munitione] Vide c. 35. init. ERN.

Herba] *Lapsana*. Plin. 19, 8., ubi vide Hard. ERN. At conf. animadversionem Mori ad Caes. 3, 48. et Penzelii ad Dionem l. 43. p. 806.

stello, quatuor Pompeii legiones per aliquot horas sustinuit, paene omnis confixa multitudine hostilium sagittarum, quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, vel Cassii Scaevae Centurionis, vel C. Acilii militis; ne pluribus referam. Scaeva, excussio oculo, transfixus femore et humero, centum et viginti ictibus scuto perforato, custodiam portae commissi castelli retinuit. Acilius navali ad Massiliam proelio, iniecta in puppem hostium dextra, et abscisa, memorabile illud apud Graecos Cynaegiri exemplum imitatus, transiit in navem, umbone obvios agens.

69 Seditioem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino moverunt, civilibus aliquas: sed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate. Non enim cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit. Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quamquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit: aegreque, post multas et supplices preces, nec nisi exacta de fontibus poena, restituit.

70 Decumanos autem Romae, cum ingenti-

Centum ac triginta millia] Caesar ipse B. C. 5, 55. tantum XXX millia habet. Puto *centum* delendum, et scribendum: *ad triginta millia*. ERS. Optime.

Obvios agens] Vide Burmannum ad Virg. Aen. 11, 620. ERS.

Cap. 69. *Redierint*] Aori-

stus h. l. ita convenit. ut Viris doctis non placere debuerit aliorum librorum scriptura *redierint*. Alibi plura dicemus de horum temporum potestate.

Cessit — obviam iit] Respicere videtur illud Virgilii: *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito*. ERS.

bus minis, summoque etiam Urbis periculo, missionem et praemia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quamquam deterrentibus amicis, neque dismittere: sed una voce, qua *Quirites* eos, pro militibus, appellarat, tam facile circumegit et flexit, ut ei, *militēs esse*, confestim responderint, et quamvis recusantem ultro in Africam sint secuti; ac sic quoque seditiosissimum quemque et praedae et agri destinati tertia parte multavit.

Studium et fides erga clientes ne iuveni quidem defuerunt. Masintham, nobilem iuvenem, quum adversus Hiempsaem regem tanenixe defendisset, ut Inbae, regis filio, in altercatione barbam invaserit, stipendiarium quoque pronuntiatum, et abstrahentibus statim eripuit, occultavitque apud se diu: et mox, ex praetura proficiscens in Hispaniam, inter officia prosequentium, fascesque lictorum, lectica sua avexit.

Anicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio comitanti se per silvestre iter, correptoque subita valetudine, et deversoriolo, quod unum erat, [loco] cesserit, et

Cap. 70. *In Africa bello*] Merito nonnullos offendit particula *in*, qua saepe inculcanda peccarunt librarii. Non enim *ardere* dicitur *bellum*, sed *regio bello*. Sic Cicero et alii, impr. Livius saepissime. Deleri particulam etiam Ruhk. iubebat.

Militēs esse se] Sic Mss. Lxf. Vindob. sec., quod recipiendum putavi. *Tō se* absorpsit syllaba praecedens. Enx.

Apud Ciceronem addito illo sortasse opus esset: quamquam et priori aetate omittuntur interdum haec pronomina. Vide Heusing. ad Nepot. Paul. c. 2. At apud posteriores omittuntur saepissime, v. c. Tacitum.

Cap. 72. *Deversorio* etc.] Interpretes valde se torquent in hoc loco emendando: quorum coniecturas recte repudiat Burmannus: ipse tamen melius nihil affert. Arbitrabar ali-

ipse humi ac sub divo cubuerit. Iam autem rerum potens quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. Quum ob id culparetur, professus est palam, *si grassatorum et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum.*

quando, locum recte se habere, et explicari posse, si *deverforium* non de domo et taberna, sed de tentorio capiamus, quo uti veteres in itineribus pro deverforiis solebant. Sic Cicero, in epist. ad Att. 5, 16. narrat, se in itinere in tabernaculo mansisse. Suetonius Tib. c. 18. in documentis Tiberianae virtutis militaris refert, quod ille saepe *sine tentorio pernoctavit. Deverforium* adiective dici, intellecto substantivo, ex iis locis intelligitur, ubi adiicitur substantivum. Sic Ner. 27. sunt *deverforiae tabernae*. Hoc modo res sic se haberet. Caesar, quum Urbem assequi non posset, mansit in via, et in tentorio, quod unum suppetebat, pernoctare volebat, ceteris, sine tentoriis, sub dio pernoctantibus. Oppio autem sibi correpto, ei cecidit tentorio suo, et ipse sub dio pernoctavit. Sed repugnat huic interpretationi Plutarchi narratio, qui eum devertisse dicit in calam pauperis, quae unum tantum cubiculum haberet, quodque

unum tantum hominem caperet, eoque cubiculo Caesarem cecidisse. Hinc Graevius legebat: *et in deverforio, cubiculo, quod unum erat, ceciderit.* Quod non placet. Melius Oudendorpius: *et deverforiolo eo, quod unum erat.* Sed eo non opus est. ERN. Nempe recepta primum ex codd. lectio erat *deverforio loco*; posterioris vocis traectio venit ab Ursino, et iam improbatur. Verissimum est *deverforiolo*, idque ad marginem suum olim scripserat Politianus, ex Mf., ut videtur.

Accubuerit] Recte vidit Burmannus, hoc verbum proprie de coena dici. Itaque, si quis urgere litteram velit, possit putare, coenasse tantum sub divo. Sed, scilicet, audiendus Plutarchus, qui etiam dormisse tradit. Nempe post coenam, vespere, in locis silvestribus iter facere non solent. *Cubuerit* quaedam editiones recentiores inde a Pulmanno habent; sed et in bonis Mf. repertum est: itaque cum Oudendorpio edidi. ERN.

Simultates contra nullas tam graves excep- 75
 pit unquam, ut non occasione oblata libens de-
 poneret. C. Memmii, cuius asperrimis orationi-
 bus non minore acerbitate rescripserat, etiam
 suffragator mox in petitione consulatus fuit. C.
 Calvo post famosa epigrammata de reconcilia-
 tione per amicos agenti, ultro ac prior scripsit.
 Valerium Catullum, a quo sibi versiculis de Ma-
 murra perpetua stigmata imposita non dissimu-
 laverat, satisfacientem, eadem die adhibuit coe-
 nae, hospitioque patris eius, sicut consue-
 rat, uti perseveravit.

Cap. 73. *Excepit*] Passera-
 tius interpretatus est *suscepit*,
 eamque interpretationem exem-
 plis firmat Burmannus: neque
 tamen satis probat, mavultque
 intelligere, omnes simultates,
 sine ulla exceptione, deposuit:
 quod mihi valde durum videri-
 tur. Manifestum enim est, Sue-
 tonium antithetis uti voluisse,
*excipere, deponere, impone-
 re*. Sic vulnera *excipi* dicun-
 tur, Aug. 20., quia et *impo-
 ni*. Ergo Passeratii sententia
 probanda. *Excipere*, pro ac-
 cipere, non solum est argen-
 teae aetatis, ut idem Burman-
 nus putat, sed etiam aureae.
 Cic. ad Att. 1, 14. laudem
excipere. Observavi etiam apud
 Livium. ERN. Alia, et par-
 tim aptiora, exempla dabit
 Cortius ad Cic. Epp. Famil.
 10, 7.

Valerium Catullum] Carm.
 29., ubi vide Intpp.

Imposita] Sic etiam est ap.
 Cic. ad Att. 1, 13. *vulnus
 imponere*. Apud eundem Verr.
 4, 9. *iniurias contumeliasque
 imponere*. ERN. Conf. Dra-
 kenb. ad Liv. 4, 32. p. 994.

Hospitioque] Nimis subtili-
 ter haec exsequitur Scaliger ad
 Eusebii Chron. n. MDCCCCLX.
 e temporum rationibus osteu-
 dens, Caesarem, post redinte-
 gratam cum Catullo gratiam,
 deverti apud eius patrem non
 potuisse; quoniam inter eam,
 et caedem Caesaris, breve tem-
 pus interiectum fuerit etc.
 Eamque rationem probare vi-
 dentur Casaubonus et Grute-
 rus. Sed, ut dixi, arguatur
 Scaliger in verbis *hospitio uti*:
 quali hoc necessario sit, de-
 verti apud aliquem. Suetoni-
 us non tam parum historiam
 illam calluit, ut nesciret, Cas-
 sare post reditum e bello
 Hispaniensi in illa loca, ubi

74

Sed et in ulciscendo natura lenissimus. Piratas, a quibus captus est, quum in deditiorem redeisset, quoniam suffixurum se cruci ante iuraverat, iugulari prius iussit, deinde suffigi. Cornelio Phagitae, cuius quondam nocturnas insidias aeger ac latens, ne perduceretur ad Sulam, vix praemio dato evaserat, nunquam nocere sustinuit. Philemonem a manu servum, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non gravius quam simplici morte punit. In P. Clodium, Pompeiae, uxoris suae, adulterum, atque eadem de causa pollutarum ceremoniarum reum, testis citatus, negavit se quidquam comperisse: quamvis et mater Aurelia et soror Iulia apud eosdem iudices omnia ex fide retulissent: interrogatusque, cur igitur repudiallet uxorem, *Quoniam, inquit, meos tam suspicione quam crimine iudico curere oportere.*

Catulli pater habitabat, non venisse. Sed nihil aliud, ut opinor, voluit dicere, quam, Caesarem patri Catulli hospitium, olim institutum, propter iniuriam a filio acceptam, non renuntiasse: quod quia fieri solitum videtur formula: *hospitio tuo non uter, usus est eodem verbo soleant, et, cum perseverasse uti hospitio Catulli, dixit, pro. non renuntiasse hospitium. Probat hanc rationem Oudendorpius. Alia ratione defendit Suetonium Vossius ad Catullum, nempe chronologica: sed non opus illis argutiis hoc in loco. ERR.*

Cap. 74. *In ditionem*]. Sic

potius legendum e Memmiano aliisque, quam *in ditionem*, quae non convenit, ut opinor, piratis et latronibus. Sic supra c. q. de iisdem: *in potestatem redactos*. V. ad c. 34. ERR. Ne hic quidem ulla causa erat mutandi.

Uxorem] Burmannus vult abesse. Male. Ante quidem uxoris mentio facta est, sed ita, ut hic intelligi non possit. Si omitteretur, intelligi deberet Clodius. De Clodio testis interrogatur. Quum negaret, se quidquam comperitum habere de eius facinore, interrogatur, cur uxorem repudiallet? ERR. Etiam inepti-

Moderationem vero clementiamque tum in 75
 administratione, tum in victoria belli civilis, admirabilem exhibuit. Denuntiante Pompeio, pro hostibus se habiturum, qui reipublicae defuissent: ipse medios et neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronuntiavit. Quibus autem ex commendatione Pompeii ordines dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Herdam deditionis conditionibus, quum, assiduo inter utrasque partes usu atque commercio, Afranius ac Petreius deprehensos intra castra Iulianos subita poenitentia intercessissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. Acie Pharsalica proclamavit, ut civibus parceretur; deincepsque nemini non suorum, quem vellet, unum partis adversae servare concessit: nec ulli perisse nisi in proelio reperientur, exceptis duntaxat Afranio et Fausto, et L. Caesare iuvene: ac ne hos quidem voluntate ipsius interemptos putant: quorum tamen et priores post impetratam veniam rebellaverant: et Caesar, libertis servisque eius ferro et igni crudelem in modum enectis, bestias quoque ad munus populi comparatas contrucidave-

us mox Burm. coniecit *meas*. Nihil ad Suetonium pertinet, quod Plutarchus saepius narrat, de una uxore sua respondisse Caesarem.

Cap. 75. *Reperientur*] Alii *reperiuntur*. Sed futurum in tali sententia usitatus est, etiam apud Ciceronem.

Munus populi] Vocem *populi* arbitror esse a glossatore inepto. Nam Latini semper

munus simpliciter dicunt, aut addunt *gladiatorium*. Tum, genitivus ille longe aliam sententiam efficit, quam hic opus est. Nec medelam rei afferas, si cum Torrentio aliisque legas, *publicum*. Nam munus publicum sic non dicitur: quamquam id tolerabilis. Exempla ex inscriptionibus allata ab Oudeendopio non sufficiunt: nam in iis multa.

rat. Denique tempore extremo etiam, quibus nondum ignoverat, cunctis in Italiam redire permittit, magistratusque et imperia capere. Sed et statuas, L. Sullae atque Pompeii, a plebe disiectas reposuit. Ac, si qua posthac aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. Itaque et detectas coniurationes conventusque nocturnos non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet, esse sibi notas: et acerbe loquentibus satis habuit pro concione denuntiare, ne perseverarent. Aulique Caecinae criminofissimo libro, et Pitholai carminibus maledicentissimis, laceratam existimationem suam civili animo tulit.

76

Praegravant tamen cetera facta dictaque

non usitata vulgo. Ergo τὸ *populi* delendum. ENX. Equidem facile fero genitivum additum et passiva significatione, nec opus esse puto Virorum doctorum coniecturis, *populo* aut *publicum*, et si *publicum munus* dici ex lapidibus recte docuit Oudendorpius. Qui ipse usus lapidum tamen vulgatae lectioni satis patrocinatur. Omnino temerarium est, tam angustis finibus coercere Latinitatem. *Comitia*, nemo nocet, quorum sunt; at dicuntur etiam *comitia populi*, semel et iterum, apud ipsum Cicero-nem. Non possunt omnia exemplis defendi: saepe sufficit ratio analogiae.

Magistratus et imperia] *Magistratus* in Urbe, *imperia*

in provinciis. Vide ad c. 54. ENX.

Notas] Alii *nota*. Sed interdum etiam adiectiva masculina vel feminina iunguntur duobus nominibus diversi generis, referunturque ad remotiora, ubi nomina eiusdem fere significationis sunt. *Conf. Calig. c. 15. et Cort. ad Sallust. Cat. c. 11. et ad illud Cic. Epp. Famil. 5. 21. Praeter culpam et peccatum, qua semper caruisti.*

Civili animo] H. e. quo fere civis a civi illatas iniurias, et qui nihil nisi civis ipse sit, debet; h. e. leniter, aequo animo. Saepe hoc verbum hoc apud Suetonium dicitur. ENX. De Pitholao vide Bentl. ad Hor. 1, 10, 21.

eius, ut et abusus dominatione, et iure caesus existimetur. Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum consulatum, perpetuam dictaturam, praefecturamque morum, insuper praenomen Imperatoris, cognomen patris patriae, statuum inter reges, suggestum in orchestra: sed et ampliora etiam humano fastigio de-

Cap. 76. *Dominatione*] Honestie hic dicit dominationem, quae alias pro tyrannide dicitur. Vide etiam ad Vesp. 13. Tac. Ann. 2, 46. ERN.

Praefecturam morum] H. e. praecipuam censurae partem, unde potentia augetur: per quam Senatu movere, equum adimere etc. posset, sub tenui nomine Praefecti morum, ut invidiam effugeret, et potentiae suspicionem. Id imitatus est eadem de causa Augustus. ERN.

Imperatoris] Non sensu eo, quo ante datum victoribus; nam hoc modo civile fuisset, et alioqui etiam Caesari saepe datum: sed novo more, ut in Urbe haberet imperium et Imperatoris potestatem, quod ante numquam factum fuerat, ex eaque ius vitae et necis, h. e. regnum: eaque vi sequentes Principes hoc nomine usi sunt: quod teneant titones, scriptores historiae Caesariae intelligere cupientes. ERN. Conf. ad Tacitum Ann. 1, 7, et 3, 74. et Bletieri disq. in Memorr. Acad. Inserr.: T. XIX.

Cognomen patris patriae]

Ex hoc loco patet, quam magnum et eximium hoc cognomen fuerit, quum tantam invidiam Caesari fecerit. Unde etiam Plinius in Paneg. c. 21. laudat Traiani modestiam hoc nomine, quod non statim, initio principatus, hoc cognomen sumplerit. Atque eandem ob causam etiam ante Traianum Imperatores non statim cum *Caesaris et Imperatoris* nomine sumplerunt. Vide Schwarzium ad Plinii locum. Caesaris numos, in quibus hic titulus visitur, Mediobarbus ad quartum consulatum Caesaris refert. ERN. Iam antea illud nominis datum erat Ciceroni, eique omnium primo; sed invidiosum esse potuit pro cognomine additum.

Suggestum in orchestra] Quod *cubiculum* vocat in Ner. 12., ubi v. Intpp. Cf. Lipsius de Amphit. c. 11. ERN. De statua inter reges vide Fabric. ad Dionem l. 45. p. 375.

Sed et a. e. humano fastigio] Et delendum, quia statim est etiam: nisi quis hoc deleri malit. Inmo et natum

cerni sibi passus est, sedem auream in curia et pro tribunali, tentam et ferculum circensi pompa, templa, aras, simulacra iuxta deos, pulvinar, flaminem, Lupercos, appellationem mensis e suo nomine, Ac nullos non honores ad li-

e sed vel set. Cannegieterus ad Collationem L.L. Mosaic. et Rom. p. 142. corrigit h. l. sic: *ampl. humano, fastigium d. s. p. c.* nempe fastigium in aedibus, quod hic sane commemorandum videtur fuisse. Vide not. ad verba, *pulvinar, flaminem.* Sed est durum, *humano* simpliciter a Suetonio dici, quamquam et alii pro homine dixere: vide Clav. Cic. in *humans*, et quos ibi commemoravi, Viros doctos: et *fastigium* hic esset alieno loco. ERN. Voculae *sed et* ad totum membrum pertinent, *etiam ad ampliora.* Tametsi notum est, utranque particulam coniungi, saepius atque *etiam.* Cf. ad Aug. c. 19.

Sedem auream] Quae erat propria Iovi in Capitolio, v. in Aug. c. 70. Obiter autem commendabimus Dionem, in cuius loco de hac re sic est: Δίφρος οἱ ἐπιχρυσος, καὶ στήλη ἣ ποτε οἱ βασιλεῖς ἐκέχρηστο, ἐδόθη. Hic valde laborat Casaubonus in voce *στήλη*, et eius explicationem quaerit; sed legendum est *στολή*: decreta ei est *vestis regia.* Sic iam Rubenius de Re vest. I. 21. ERN.

Pulvinar, flaminem] Mi-

ratus interdum sum, quare *fastigii* omissa mentio, quo ipsum inter divinos honores pertinet, eique SCro decretum est, ut Cicero et Plutarchus docent. Conf. Suet. c. 31. Neque nunc animus abest a suspitione, eius mentionem negligentia librariorum intercidisse, iapimis, quum paullo ante ea vox occurreret, neque eam intelligerent. Sed facile video, quid huic suspitioni opponi possit: nempe nullam fuisse necessitatem, quae Suetonium cogeret, omnes honores commemorare. ERN. Neque enim h. l. commemoratur ille, cuius supra mentio facta c. 45. extremo: alii immo plures omittuntur, quos accuratius percerenset Dio, qui tamen ne ipse quidem illius fastigii, tamquam levioris rei, meminit.

Ac nullos non honores] Sic consensu ediderunt Viri docti ex Casaub. cum dimidia fore parte codicum. Altera habet *nonnullos*, quod placuit Berneggero, cui plane assentior. *Primum* honores nimios recepit *a Senatu decretos* — tum nonnullos ad libidinem ipse cepit et aliis

bidinem cepit et dedit. Tertium et quartum consulatum titulo tenus gessit, contentus dictaturae potestate, decretae cum consulatibus simul: atque utroque anno binos Consules substituit sibi in ternos novissimos menses; ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, praeter Tribunorum et Aedilium plebis; praefectosque pro Praetoribus constituerit, qui praesente se res urbanas administrarent. Pridie autem Kalendarum Ianuarias repentina Consulis morte celsantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia, spreto patriae more, magistratus in plures annos ordinavit: decem praetoriis vi-

dedit: qui statim enumerantur. Falsum est, *nullos non honores aliis concessos esse a Caesare*. Vix mihi temperabam, quo minus illud in contextum revocarem.

Binos — substituit] Notetur initium moris, qui postea valde frequentatus est, ut Imperator consulatum initio anni, honoris causa, caperet, postea alios sibi sufficeret: atque his iterum alios: quae res factos consulares sub Caesaribus perdifficiles reddidit. ERN. Diligentius de hac re egit Dio 44. 46.

Praesente se] Repugnat Dioni, qui, per absentiam Caesaris, his res urbanas commissas dicit: unde coniecturae doctorum. Torrentii et Lipsii, *absente se, pro se*, nam ceterae nihili sunt. Vestigiis litterarum propius accedamus, si

legamus: *praesente se*, i. e. ad praescriptum suum. Nam absens extremo dictaturae tempore, quo abuti coepit potestate, non fuit. Oudendorpius coniecit *praesentes*. Non bene. Nam absentes qui possent? Locus Tib. 31. est alienus. ERN. Illae Lipsii et Torrentii coniecturae unice incertamen venire possunt, iudice etiam Ruhnkenio. Conf. Corsinum de Praeff. U. p. 17., cui placet *absente se*.

Ordinavit] Monendi sunt tirones, ut observent novam loquendi rationem. Libera republica magistratus dicebantur *creari*, sub Imperatoribus *ordinari*, idque proprium de ea re verbum, idemque etiam de provinciis dictum, ut *ordinari* dicerentur, quum decerneretur, quis in quamque mitteretur. ERN.

ris consularia ornamenta tribuit: civitate donatos, et quosdam e semibarbaris Gallorum, recepit in curiam. Praeterea monetae, publicisque vectigalibus, peculiares servos praeposuit. Trium legionum, quas Alexandriae relinquebat, curam et imperium Rufioni, liberti sui filio, exoleto suo, demandavit.

77 Nec minoris impotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit: Nihil esse rempublicam, appellationem modo, sine corpore ac

Ornamenta] Hoc quoque nove excogitatum, nomina et dignitatem, *Titel und Rang*, dare, sine re et potestate, ut plures ornari et devincti possent: iique honores postea *codicillares* dicti, *Consulesque* tales ipsi *codicillares*. ERN.

Semibarbaris Gallorum] H. e. iis, qui nondum ita ad humanitatem Romanorum conformati et exculi erant, ut ii, qui in ea parte habitabant, quae iam ante Caesarem Proconsulem provincia Gallia dicebatur. ERN.

Peculiares servos] Est utique probanda Gronovii emendatio, legentis, *peculiatos* l. *peculiosos*. Nam peculiares servos, qui sunt filiorum familias proprie, Caesar nullos potuit habere. Nisi vero *peculiarem* dici velimus latius, ut *peculium*, qui est patrimonii privati: ut intelligendum adeo sit de servis Caesaris privati. Erant enim publici quoque,

quos praeposuisse, minus invidiae habuisset. Hoc placet Oudendorpio. ERN. *Servum Caesaris peculiarem*, i. e. proprium, privatum, ex Inscriptt. Fabretti p. 307. 356. docte annotavit, quo omnis emendandi vis arcetur.

Rufioni] Quia plures libri scripti habent, recepi pro *Rufini*. Ita et Oudendorpius. ERN.

Cap. 77. *Impotentiae*] Opponitur h. l. moderationi et civilitati in usurpanda potestate. ERN.

Sine corpore ac specie] Haec est lectio omnium codd. et veterum editionum. Eam qui defendere volent, *speciem* capient, non de externa forma, ut Gruterus, et hi, qui eam lectionem damnant: ea enim notione si accipias, nullus sensus exoritur idoneus: sed ita, ut sit *maiestas, dignitas*: quo sensu dici *speciem*, negari non potest. Cicero Phil. 8. 8. de Popillio legato ad Antiochum

specie. Sullam nescisse litteras, qui dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius iam

M. sic dixit *faciem*: *Faciem enim Senatus secum attulerat, auctoritatem reipublicae*: ubi recte maiestatem ac dignitatem interpretantur. Itaque etiam de Consule iunguntur uno loco *species, dignitas, maiestas*, in Pisonem c. 11. Sic fortasse cepit Iac. Gronovius, eamque ob causam non secutus est eos, qui, de Salmasii et Graevii sententia, legi volunt: *sine corpore, ac specie*: quod contra consuetudinem suam, et illud suum: *sed codices audiendi*, Burmannus recepit in textum. Ego probo quidem et ipse hanc emendationem: sed quia durum, saltem parum elegans est, *appellatio sine corpore*: quod *appellatio* et *corpus* non opponuntur satis accurate; legendum potius puto: *appellationem, ac sine corpore specie*. *Species* et *corpus* recte opponuntur. *Speciem* esse rempublicam dicebat, quia nihil praeter nomina honorum, ceterarumque rerum supererant in republica, vi adempta et translata ad Caesarem. ERN. Ne hac quidem, quae et Graevii fuit, coniectura opus est. *Tria* praedicata habet *republica*, ut sit *utilitas*, ut sit *merum nomen*, ut sit *res vacans corpore* et ea, quae corpori adhaeret, *spe-*

cie. Ad eandem quidem rem haec omnia redeunt; sed ita loqui mos est in talibus vocibus. Loci sensum et constructionem vidit Bremius, ad *speciem* apte laudans verba Cic. ad Att. 4, 16. *Amisimus — succum ac sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinam civitatis*.

[*Qui dictaturam deposuerit*]
Et qui de Grammatico intellexere, *nescire litteras*, et qui eo respici putant, quod olim Dictator idem *magister populi* dictus sit, non mihi videntur satis dictum hoc cepisse, aut explicasse. Nam nec Grammatici solius est *dictare*, nec cum *magistri* nomine, apud Romanos, notio docendi litteras ita coniuncta fuit, ut, eo audito, doctoris cogitatio occurreret. Sed omnium doctorum commune est *dictata dare*. Itaque apud Ciceronem etiam sunt *dictata* philosophorum, de quibus a nobis dictum in Clave Cic. Itaque, quum Caesar dicere deberet, Sullam dictatura nescuisse uti, neque intellexisse, quantum in ea inesset boni, iocose dixit, eum nescisse litteras; quasi propterea deposuisset dictaturam, quod dictata dare, quod est imprimis litteras docentium, non potuisset. ERN. *Litteras scire*

loqui secum, ac pro legibus habere, quae dicat. Eoque arrogantiae progressus est, ut, haruspice tristitia et sine corde exta, sacro quodam, nuntiante, futura diceret laetiora, quum vellet; nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.

78 Verum praecipuam et inexpiabilem sibi invidiam hinc maxime movit. Adeuntes se cum plurimis honorificentissimisque decretis universos Patres conscriptos sedens pro aede Veneris Genetricis excepit. Quidam putant retentum a Cornelio Balbo, quum conaretur asurgere: alii, ne conatum quidem omnino, sed etiam adnudentem C. Trebatium, ut asurgeret, minus familiari vultu respexisse. Idque factum eius tan-

est Grammatici seu litteratoris, non cuiusvis docti: *dictata dare* est quidem etiam aliorum magistrorum praeter Grammaticos, ut supra vidimus; sed laetior potestas locutionis non est propria, et talis, quae audienti primum in mentem veniat. Ita lepidum dictum intelligere debuit quisque, qui puer olim grammaticam scholam frequentaverat; neque aliter cepit fortasse Ernestius.

Sacro quodam] Torquent se in hoc Viri docti: quod id frustra additum sit, intelligaturque per se, in sacrificio id factum: quod leve est: sed et Mss. variant. Oudendorpius corrigit *quondam*, omisso *sacro*. Eax. Quae vox deest in nonnullis codd. Unde corre-

ctioni *quodam* multum probabilitatis accedit, praesertim quum ea vox Suetonio familiarissima sit. Et *quodam* plures habent codicum nostrorum, unus Guelf. 2. omisso *sacro*.

Pecudi cor defuisset] *Ludlit* sc. in *cordis* nomine, quod etiam sapientiam significat, item animum. Cic. Tulc. 1. 8. unde *cordati*, sapientes. Eax.

Cap. 78. *Inexpiabilem invidiam*] *Inexpiabile odium* dixit etiam Liv. 59. 31., ubi vide Drakenb., sed iam Burmannus hoc verbum ad Quintil. 2. 16. illustravit. Cicero Phil. 1. 5. *inexpiabiles religiones* habet. Mss. tamen quidam et margo Gryph. *expiabilem*. Eax.

to intolerabilius est visum, quod ipse, triumphanti et sublellia tribunicia praetervehenti sibi, unum e collegio Pontium Aquilam non assurrexisset, adeo indignatus sit, ut proclamaverit, *Repete ergo a me, Aquila, rempublicam Tribunus*: et nec desisterit per continuos dies quidquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri, *si tamen per Pontium Aquilam licuerit*.

Adiecit: ad tam insignem despecti Senatus 79 contumeliam multo arrogantius factum. Nam quum sacrificio Latinarum revertente eo inter immodicas ac novas populi acclamationes, quidam e turba statuae eius coronam lauream candida fasciâ praeligatam imposuisset, et Tribuni plebis, Epidius Marullus Caesetiusque Flavius, coronae fasciam detrahi, hominemque duci in vincula inssissent; dolens seu parum prospere motam regni mentionem, sive, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, Tribunos graviter increpitos, potestate privavit: neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere valuit; quamquam et plebi regem se salutanti, *Caesarem se*,

Cap. 79. *Praeligata*] Alii *praeligatam*, quod ipsum quoque rectum, immo melius est, placetque Oudendorpio. ERN. Conf. Lips. ad Tac. A. 6, 37.

Valuit] Planissime sic scriptum in Ms. Lys., ut et in aliis se reperisse testatur Casanbonus. Vulgo *voluit*. ERN. Quamvis enisus pro visibus, non potuit. Ne quis putet, *valere* plane eandem vim habere quam *posse*.

Plebi] Codd. Mss. quidam

habent *plebeio*: quod probant Torrentius et Burmannus, qui etiam nomen hominis interdixisse putat: nam alioqui dicendum fuisse, *cuidam plebeio*. Rationibus utuntur his, quod universus populus semper regis mentionem abhorruerit, neque toti plebi respondere Caesar potuerit. Sed primo, nil cogit, universum populum aut plebem intelligere, ut Casanbonus vidit; sed perditissimi e plebe intelligi

non regem esse, responderit; et Lupercalibus, pro rostris a Consule Antonio admotum saepius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Iovi Optimo Maximo miserit. Quin etiam valida fama percrebruit, migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia dilectibus, et procuratione Urbis amicis permessa: proximo autem Senatu L. Cottam Quindecimvirum sententiam dicturum, ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos nisi a rege non posse vinci, Caesar rex appellaretur.

80 Quae caussa coniuratis maturandi fuit destinata negotia, ne assentiri necesse flet. Consilia igitur, dispersim antea habita, et quae saepe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt: ne populo quidem iam praesenti statu laeto, sed clam palamque detrectante dominationem, atque assertores flagitante. Peregrinis in Senatum allectis, libellus propositus est: *Bonum factum: ne quis Senatori novo curiam monstrare velit*; et illa vulgo canebantur:

*Gallos Caesar in triumphum ducit, idem in curiam.
Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumpserunt.*

possunt. Tum, plebs ad adulationem proiecta, et novis et immodicis acclamationibus usa, ut ante dixit Suetonius, si tale quid dixit, non est mirandum, quum etiam Senatus, per adulationem, regios divinosque honores decreverit. Denique, si de uno sermo esset, Suetonius dixisset simpliciter *cuidam*, ut aliis locis facit in hominibus plebeis et obscu-

ris. C. 84. *repente duo quidam* etc. Assentitur Ovidendorpius. Enx. Nihil vulgatius illo vitio, ut *plebeio* scriberetur pro antiqua forma *plebei*. Conf. ad Pseudo-Ciceronem pro Domo §. 12. Intell. quosdam e plebe, forsitan subornatos; ut Ner. c. 10.

Cap. 80. *In triumphum ducit*] Usitatus foret: *in triumpho*. Sed ita etiam loquitur Li-

Q. Maximo suffecto trimestrique Consule theatrum introeunte, quum lictor animadverti ex more iussisset, ab universis conclamatum est: *Non esse Consulem eum.* Post remotos Caesetium et Marullum Tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, Consules eos declarantium. Subscribere quidam L. Bruti statuae: *Utinam viveres!* item ipsius Caesaris statuae:

*Brutus, quia reges eiecit, Consul primus factus est:
Hic, quia Consules eiecit, rex postremo factus est.*

Conspiratum est in eum a sexaginta amplius, C. Cassio, Marcoque et D. Bruto principibus conspirationis. Qui primum cunctati, utrumne illum, in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem, partibus divisis e ponte deiicerent, atque exceptum trucidarent; an in sacra via vel in aditu theatri adorirentur: postquam Senatus Idibus Martiis in Pompeii curiam edictus est, facile tempus et locum praetulerunt.

vius 45, 59, 45. et melius respondet sequenti, in curiam. ERN.

Consulem eum] Vide ad c. 7. ERN.

Remotos] Intell. a republica, ut supra c. 16., s. a tribunatu, ut Tiber. c. 34. ERN.

Caesaris statuae] Posterior vox, vulgo lecta, ex ellipsi est, per glossatorem suppleta, nec comparet in aliquot libris; quare eam eiecit Oudendorp. Sic ubique Latini, ubi Franci hodie à celle de César.

Bruto] Graevius inalebat *Brutis.* ERN. Ex constanti fere consuetudine loquendi.

Ad suffragia vocantem etc.]

Sermonem esse de centuriatis comitiis, etsi tribus ad suffragia vocatae dicuntur, campi Martii mentio docet. Nam sola centuriata ibi habita. Tribuum in centuriatis etiam alibi saepe mentio. Ad suffragia porro vocantur centuriae et tribus ab eo, qui comitiis praest, sed per praecones, ut opinor. Dum tribus vocantur ad suffragia, magistratum in tribunali sedisse, multis disputat Gruchius, de Comitiis L. i. c. 4. Quomodo ergo tribus vocantur Caesarem de

81 Sed Caesari futura caedes evidentibus prodigiis denuntiata est. Paucos ante menses, quum in colonia Capua deduci lege Iulia coloni ad extruendas villas vetustissima sepulcra disicerent, idque eo studioliis facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant; tabula aenea in monumento, in quo dicebatur Capys, conditor Capuae, sepultus, inventa est, conscripta litteris verbisque Graecis, hac sententia: *Quandoque ossa Capyis detecta essent, fore, ut Iulo prognatus manu consanguineorum necaretur, magnisque mox Italiae cladibus vindicaretur.* Cuius rei, ne quis fabulosam aut commentitiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Caesaris. Proximis diebus equorum greges, quos in traiciendo Rubicone flumine consecrarat, ac vagos et sine custode dimiserat,

ponte potuerint deicere coniurati, non video: nec a quoquam explicatum reperi. Suffragia ferentes, dum per pontem suffragii causa irent, deici de ponte potuisse, et solitos, si seniores essent, scio; habentem comitia, et sententiam in tribunali, non legi. ERN. In obscuritate rei, aliunde non satis notae, nihil observari potest nisi illud, aliqua nos hodie nescire in talibus, alia in antiquitatibus tenere pro exploratis haberi. Ita verum esse nequit, magistratum, comitia habentem, in tribunali sedisse, quum cives ad suffragia vocaret.

Cap. 81. *Iulo*] Burmannus

recepit *Ilo*. sola Memmiani codicis auctoritate, in quo sic esse testatur Casaubonus: alii *Ilio* etiam. ERN. Si meminisset, *n magno demissum nomen IULO*, hoc maxime convenire videbitur in auctorem legis colonicae. Ruhnk. tamen acquiescit in *Ilo*, ut Romani dicantur *consanguinei Trojanorum*, sicut ap. Iustin. 33. 8. Eidem mox placet *fabulosum aut commentitium*: sic enim veteres interdum genus variare. Nobis hoc minus placet.

Consecrarat] Deo, haud dubie, Marti, ut cervae Dianae consecrabantur: h. e. ut ipse explicat, dimiserat, non

comperit, pertinacissime pabulo abstinere, ubertimque flere. Et immolantem haruspex Spuriina monuit, caveret periculum. quod non ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem eadem Idus avem regaliolum, cum laureo ramulo Pompeianae curiae se inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecutae ibidem discerpserunt. Ea vero nocte, cui illuxit dies caedis, et ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Iove dexteram iungere. Et Calpurnia uxor imaginata est, collabi fastigium domus, maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob haec simul et ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, et, quae apud Senatum proposuerat agere, differret; tandem, D. Bruto adhortante, ne frequentes ac iam dudum opperientes destitueret, quinta fere hora progressus est: libellumque insidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum, libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat,

amplius humanis usibus servituros, ac propterea titulo appenso notatos, ne quis captos abduceret. ERN. Ergo invito Editore in textu haesit daivus *Rubiconi flumini*, invitis etiam plurimis codd. Ceterum non cuidam certo deo sacros putaequos illos, ut iam recte observavit Valef. ad Ammian. 29, 4.

Ex proximo nemore] Quodnam nemus, aut quale intelligendum, nemo Interpretum dixit. Curia Pompeia fuit in regione campi Martii, non adeo

procul Tiberi. In illa regione mausolea fuerint necesse est cum nemoribus: qualia adiungere monumentis mos fuit, ad instar lucorum, diis consecratorum. Silvas ad mausoleum Augusti commemorat ipse Suet. Aug. c. 100. Oudend. intelligit nemus, quod ad theatri Pompeiani porticum fuerit. ERN. Verissime. Nam superiora illa partim vana sunt, partim vitiosa.

Fastigium domus] Vide quae diximus in Clave Cic. in h. v. ERN.

quasi mox lecturus, commiscuit. Dein pluribus hostiis caesis, quum litare non posset, introiit curiam spreta religione; Spurinnamque irridens, et ut fallum arguens, quod sine ulla noxa Idus Martiae adessent: quamquam is venisse quidem eas diceret, sed non praeterisse.

82

Asidentem conspirati, specie officii, circumsteterunt: illicoque Cimber Tillius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus propius accessit: reuenticque et gestu in aliud tempus differenti ab utroque humero togam apprehendit: deinde clamantem, *Ista quidem vis est*, alter e Calcis adversum vulnerat, paulum infra iugulum. Caesar Cascae brachium arreptum graphio traiecit: conatusque profilire, alio vulnere tardatus est. Utque animadvertit, undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvitur, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet,

Spurinnamque] Intell. qui monebat, ne, quum litare non posset, ingrederetur, neve ostentum hoc contemneret, religionemque sperneret. Hic verus scelus est; quem non viderunt, qui post *religione* colon posuere. ERN. Haruspicem irridens ob dictum supra allatum, hominemque ut mendacem, ut fallum vatem, arguens introiit, spreta, quam ille iniecerat, religione. Non video, quid hic subsit difficultatis.

Noxa] *Sua*, quod Graevius et Burmannus repudiarunt, etiam Mf. Lyf. habet ante *noxa*. ERN.

Cap. 82. *Tullius*] De huius nominis scriptura satis dictum in Clave in Addendis. Manco in sententia Manutii, Graevii et Perizonii Anim. hist. c. 8. p. 322., *Tullius* esse legendum: id librarii in notius *Tullius* et *Atilius* mutarunt. ERN.

Ista quidem vis est] Legitimum genus loquendi eorum, qui vehementer urgentur vel premuntur. Vide Schwarz. ad Plin. Panegy. c. 25. Paulo mox edidi *Casajs* et *Cascae* pro *Cassius* et *Cassii* ex Mff. nonnullis et ex historicis. Correxerat sic iam Bernaldus, aeceditque Ruhnkenius.

etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus et viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito: etsi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti dixisse, *Καὶ σὺ, τέκνον?* Exanimis, diffugientibus cunctis, aliquamdiu iacuit, donec lecticae impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat. Fuerat animus coniuratis, corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere: sed metu M. Antonii Consulis, et Magistri equitum Lepidi, desisterunt.

Postulante ergo L. Pisone, socero, testamento eius aperitur, recitaturque in Antonii domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lavicano suo fecerat, demandaveratque virgini Vestali maximae. Q. Tubero tradit, heredem ab eo scribi solitum, ex consulatu ipsius primo usque ad initium civilis belli, Cn. Pompeium; idque militibus pro concione recitatum. Sed novissimo testamento tres instituit heredes, sororum nepotes, C. Octavium, ex dodrante, et L. Pinarium, et Q. Pedium, ex quadrante reliquo: in ima cera C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit: plerosque percussorum in

Καὶ σὺ, τέκνον] Disertiores hic fuerunt multi librarii: *καὶ σὺ εἰ ἐκείνων, καὶ σὺ, τέκνον*, vel ex duplici fama, vel otiosa variatione. Ductam e codd. lectionem in textu posui. Oudendorpium secutus.

Cap. 83. *Pluresque percussorum*

orum] Qui malint *plerosque*, quod multi libri scripti et editi habent, capient pro *multos*. Sic plerique saepe apud Suetonium dici, attentus lector facile observabit. ERN. Rectius hic abest copula. Quare hanc scripturam admisi.

tutoribus filii, si quis sibi nasceretur, nominavit: D. Brutum etiam in secundis heredibus. Populo hortos circa Tiberim publice, et viri-
tim trecenos sestertios, legavit.

84 Funere indicto, rogu8 exstructus est in Martio campo, iuxta Iuliae tumulum: et pro rostris aurata aedes ad simulacrum templi Veneris Genetricis collocata; intraque lectus eburneus, auro ac purpura firatus; et ad caput tropaeum, cum veste, in qua fuerat occisus. Praeferentibus munera, quia susseeturus dies non videbatur, praeceptum est, ut omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus Urbis, portaret in campum. Inter ludos cantata sunt quaedam ad miserationem et invidiam caedis eius, accomodata ex Pacuvii Armorum iudicio:

Men' servasse, ut essent, qui me perderent?

Ft ex Electra Attilii alia ad similem sententiam. Laudationis loco Consul Antonius per praecone8 pronuntiavit Senatus consultum, quo omnia ei divina simul atque humana decreverat;

Cap. 84. *Ad simulacrum*] Est ad similitudinem. ERN.

Ad caput tropaeum] Lignum simile trophaeo, in quo, ut in trophaeo, arma hostilia, ita vestis Caesaris suspendebatur. Id lignum stabat ad partem lecti superiore8, ubi decumbentes caput reponunt. ERN.

Praeferentibus munera] Intell. praeferre volentibus. Vide ad c. 29. *Munera* autem, quibus in rogu8 coniciendis Caesarem mortuum honorarent.

Ritus ipse ab aliis satis illustratus est. ERN.

Attilii alia] Vulgo *Attilii*, ex falsa correctione Casauboni, nimis reverenter propagata. Attilii non fuit Electra, verum Attilii, e Sophocle verba. Vide Cic. de Fin. 1, 2. Sed optime idem ille vidit in versu vitium, *Men' me servasse*; et omni prope auctoritate sensuque caret alterum pronomen in hac vulgata lectione.

Scitum] C. 76. ERN.

item iusiurandum, quo se cuncti pro salute unius adstrinxerant: quibus perpauca a se verba addidit. Lectum pro rostris in forum magistratus et honoribus sancti detulerunt. Quem quum pars in Capitolini Iovis cella cremare, pars in curia Pompeii, destinaret, repente duo quidam, gladiis succincti, ac bina iacula gestantes, ardentibus cereis succenderunt: confestimque circumstantium turba virgulta arida, et cum subfellis tribunalia, quidquid praeterea ad domum aderat, congestit: deinde tibicines, et scenici artifices vestem, quam ex triumphorum instrumeto ad praesentem usum induerant, detractam sibi atque discissam iniecere flammae, et veteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant; matronae etiam pleraeque ornamenta sua, quae gerebant, et liberorum bullas atque prae-

Iusiurandum] C. 78. Cf. c. 86. ERN.

Detulerunt] Casaub. rectius putabat *detulerant*. At vero hic error est, in quem saepe apud historicos incidunt Viri docti, ut putent, ea per relativam constructionem dici, quae absolute vel *ἀποστρωγως* posita sunt. Utrumque autem genus constructionis rectum est interdum; sed alterum praetulerunt boni scriptores. Sic Liv. 2, 1. *Libertas ut laetior esset, proximi regis superbia sece- rat. Nam priores ita re- gnarunt, ut haud immo- rito omnes deinceps condito- res partium certe Urbis, quas*

novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt, numerentur: in hoc igitur loco etiam scribi potuisset *regnarant et numerarentur*, sed maluit scriptor haec absolute narrare.

Ad manum] Hoc verum. *Ad donum*, quod nonnulli habent, intelligi potest, sed Latinum esse nego, nec consentit ceteris, quibus adiungitur, ut genus. *Ad manum* etiam M. Lys. ERN. Omnes reliqui habent *ad donum*, quod cur minus Latinum videatur, didicisse velim. Alii conii. *idoneum*, alii *odorum*, sine causa, ut puto.

textas. In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim, suo quaeque more, lamentata est; praecipueque Iudaei, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt.

85 Plebs statim a funere ad domum Bruti et Cassii cum facibus tetendit: atque aegre repulsa, obvium sibi Helvium Cinnam per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem graviter pridie concionatum de Caesare requirebat, occidit; caputque eius praefixum hastiae circumtulit: postea solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in foro statuit, scripsitque: PARENTI PATRIAE. Apud eandem longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Caesarem iureiurando distrahere, perseveravit.

86 Suspicionem Caesar quibusdam suorum reliquit, neque voluisse se diutius vivere, neque curasse, quod valetudine minus prospera uteretur; ideoque, et quae religiones monerent, et

Circulatim] H. e. circulos pluribus locis faciendo, quum sibi occurrentes in viis Urbis, v. c. Iudaei, consisterent, et communiter lamentarentur. Possis tamen etiam intelligere in circulis, conventibus. Iudaeis autem quae causa fuerit imprimis lugendi Caesaris mortem, intelligimus e decretis eius pro Iudaeis apud Iosephum, et separatim e Mss. a Gronovio editis. EBN. Quae nemini erudito, ut opinor, hodie laudem facient.

Cap. 85. *Longo tempore*] Vel erravit Tranquillus, vel potius a plebe resilita est columna, poli quam everfa erat. Ex Cicerone enim notum est, ab Antonio positam columnam, statim altero mense everfam esse. Paulo ante leg. *inscripsit*.

Cap. 86. *Voluisse se*] Tò se delendum puto. Deberet esse cum, ut mox *confisum eum*. Nam refertur ad *suspicionem*, et coniungitur *curasse*, in quo se intelligi, ineptum foret. EBN. Hoc merito improbat Oudend.

quae renuntiarent amici, neglexisse. Sunt, qui putent, confisum eum novissimo illo Senatus consulto ac iureiurando, etiam custodias Hispanorum, cum gladiis sectantium se, removisse: alii e diverso opinatum, insidias undique imminentes subire semel [confisum] satius esse, quam cavere semper. Alii ferunt dicere solitum, non tam sua, quam reipublicae interesse, uti salvus esset: se iam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum; rempublicam, si quid sibi eveniret, neque quietam fore, et aliquanto deteriore conditione civilia bella subituram.

Opinantur — confessum]. Malui Graevium sequi, quam Burmannum, qui posuit *opinatum*, omisso τῶ *confessum*, retulitque ad Caesarem. Sed *opinari* sic apud Suetonium non dicitur, sed de iis, qui alicuius rei rationem exquirunt, afferunt, ut facile animadvertent attenti Suetonii lectores. Tum, in omnibus auctorum sententiis tale verbum ponitur, quod ad auctores sententiarum pertineat. ERN. Absurdam locutionem esse, *opinantur confessum* seu *professum*, ipse Graevius concessit; atque numquam *opinari* est simpliciter *referre*, auctorem esse. Igitur, etsi lectionum et vitiorum in codd. hic insignis discrepantia est, tamen optimum est, quod Burmannus, deleto verbo *confessum*, reposuit, *alii e diverso opinatum*,

i. e. dixisse, existimasse. Conf. ad c. 66. Sed interpunctio loci leviter erat immutanda, ut illa quoque pendeant a verbis, *Sunt, qui putent*.

Aliquanto deteriore conditione] H. e. longe det. conditione. Monendum hoc duxi, quia vulgo hoc verbum intelligunt dici pro *paullo*; quod manifeste huic loco, ut permultis aliis, repugnat, et est falsissimum. Eaque opinio ita vulgo obtinet, ut etiam Drakenborchius in dubitationem adducat locum Livii, 41, 16., ubi *aliquantum* est pro satis magno, quum ille acciperet, paulum. *Aliquanto* est longe et plurimum. Id his exemplis patebit: Cicer. Verr. 1, 54. *iste, qui aliquanto plus cogitasset* etc. Quantum autem? Nempe decisio facta erat CCM. HS. Verres accē-

87 Illud plane inter omnes fere constitit, talem ei mortem paene ex sententia obtigisse. Nam et quondam, quum apud Xenophontem legisset, Cyrum ultima valetudine mandasse quaedam de funere suo, aspernatus tam lentum mortis genus, subitam sibi celereque optaverat. Et pridie quam occideretur, in sermone nato super coenam, apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitae commodissimus, repentinum inopinatumque praetulerat.

88 Perit sexto et quinquagesimo aetatis anno: atque in deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed et persuasione vulgi.

pit deinde, repudiata illa decisione, DLXM: quod est non paullo, sed multo plus. Ibid. c. 57. *aliquanto prius, est longe prius.* Clarissimus etiam locus est apud Ciceronem ad Divers. 9, 26. extr. *Epulamur unum, non modo non contra legem, — — sed etiam intra legem, (scil. sumptuariam) et quidem aliquanto.* Sic sero etiam utitur Livius 4, 24. *Ea res aliquanto expectativae omnium tranquillior fuit.* Ibidem c. 26. *Aliquantum Rom. iuventutis morbo absumentum erat,* est manifeste magna pars: nam c. 25. magnam illam cladem e pestilentia acceptam vocat. Mittam alia loca, prope infinita. Apud Suetonium consulantur Aug. 5. 34. Tib. 15. 19. 57. 62. 70. etc. etc. Enx. Vide supra ad c. 10.

Cap. 88. *Non ore modo*

decernentium] Non absurda est haec lectio, sed tamen non satis elegans dicendi ratio, aut Latina: *relatus est in deos ore decernentium.* Arbitror, Suetonium scripsisse: *non honore modo decernentium:* quo ducunt etiam vestigia codicis Hulfiani, qui habet *hominem.* Cicero Nat. Deor. 2, 24. *Ut beneficiis excellentes viros summe ac voluntate in caelum tollerent.* Ovidendorpius desiderabat exempla verbi honoris active dicti. Non sic est in honorem habere? Vide Ind. Taciti in honor. Cic. Offic. 2, 8. *adipisci cum honore et fide caritatem;* ubi et honos et fides active dicuntur. Enx. Nihil valet haec ratiuncula. Multa decernuntur et censentur dumtaxat ore, sine ulla persuasione animi,

Siquidem ludis, quos primo consecratos ei heres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam: creditumque est, animam esse Caesaris in caelum recepti; et hac de, causa simulacro eius in vertice additur stella. Curiam, in qua occisus est, obsirui placuit: Idusque Marius *parricidium* nominari; ac ne unquam eo die Senatus ageretur.

Percussorum autem fere, neque triennio 89
quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu periit: pars naufragio, pars proelio; nonnulli

Primo consecratos] Vulgata olim erat *primos consecrato*, ex errore Torrentii. Nos et hic codices secuti sumus. Non divo Caesari tum ludos edidit Augustus, sed Veneri Genetrici, et quidem *consecratos ab illo*; ut nunc *ei* capiendum sit eodem modo, quo c. 20. *maioribus*. At *primo* est *prima vice*, ut vulgo barbare loquuntur.

Simulacro — stella] In numis et gemmis etiam hodie visitur, sed, quod mireris, nusquam in statuis, quum tamen et his olim adiecta stella sit, ut e Plinio 2, 25. et Dione refert Casaubonus. EAX.

Ageretur] Lipsius malebat, *haberetur*: quod Burmannus, ut non necessarium, repudiat. Certe *agere Senatum* est etiam in Augusto c. 35. Sed vide,

an melius sit, quod Curtius e Ms. notavit: *cogeretur*? Sic et edd. Rom. ERN. Vulgatum satis accommodatum est loco, non illud Curtianum, et est in codd. plerisque omnibus, et ap. Capitolinum Gord. 3, 22.

Cap. 89. *Periit*] Nihil hic dissentiant libri: sed tamen Latinitas et perpetua Latino- rum in hac forma consuetudo postulat *periere*. Nam verbum pendet a *damnati omnes*: sequens *alius alio casu*, est in parenthesi. Sic et Ovidendorpio placuit. ERN. Notandum hoc erat, non emendandum. Est genus structuræ prorsus simile vulgari illi, ubi pluralibus subiunctum nomen singularis numeri cum verbo eiusdem numeri ponitur. Id notabile est, h. l. post plurale etiam colectivo nomini singularem esse appositum. Sed

femet eodem illo pugione, quo Caesarem violaverant, interemerunt.

praeclare Bremius comparat
simillimum exemplum Cic. de
Off. 1, 41. *Ut pictores et ii,
qui signa fabricantur, et ve-*

*ro etiam poetae, suum quis-
que opus a vulgo considera-
ri vult. Ubi itidem volunt
scribi potuisset.*

SUETONII
LIBER SECUNDUS.

CAESAR OCTAVIANUS AUGUSTUS.

Gentem Octaviam Velitris praecipuam olim fuisse, multa declarant. Nam et vicus celeberrima parte oppidi iam pridem Octavius vocabatur: et ostendebatur ara Octavio consecrata, qui bello dux finitimo, quum forte Marti rem divinam faceret, nuntiata repente hostis incursione, semicruda exta rapta foco profecuit; atque ita

Cap. 1. *Ara Octavio consecrata*] Etsi video esse, qui Octavio interpretentur, ab Octavio, quod Latinitas sane patitur: tamen magis sum eius sententiae, quae de monumento lapideo, in memoriam Octavii posito, quo sensu *aras* dici notum est, explicat: idque suadet contextus. Nam ex eo dignitas familiae cernitur, quod olim uni ex ea posita erat ara. ERN. Valde dubium est, an priscais temporibus mos fuerit, homini aram vel simile monumentum ponere. Dignitas gentis cernitur ex eo, quod ara Martis, comitante vulgari

fabula, Octavium et sacerdotem et ducem exercitus testabatur. Denique accedit hic ferre perpetuus usus dativi Graecus apud scriptores huius aevi profanus, ut in eodem verbo *consecrari* Caes. c. 20. etc. Tamen vitiosa nobis videri debet haec ambiguitas in forma constructionis, Nam infra c. 15. *ara Iulio exstructa* plane est *in honorem Iulii*; et quod Tac. Germ. c. 3. legitur *aram Ulixi consecratam*, incertum est: etsi et hic dativus mihi videtur auctorem designare. Conf. Lips. ad Tac. Ann. 2, 50, XLII.

proclium. ingressus, victor rediit. Decretum etiam publicum exstabat, quo cavebatur, ut in posterum quoque simili modo exta Marti redderentur, reliquiaeque ad Octavios referrentur.

2 Ea gens a Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta, [in Senatum] mox a Ser. Tullio in patricias transducta, procedente tempore ad plebem se contulit; ac rursus magno intervallo per D. Iulium in patriciatum rediit. Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit C. Rufus. Is quaestorius Cn. et C. procreavit: a quibus duplex Octavioꝝ familia defluxit, conditione diversa. Siquidem Cnaeus, et deinceps ab eo reliqui omnes, functi sunt

Reliquiae] In sacrificiis opponuntur extis, deo redditis: luntque carnes victimae, quae non adolentur. Sic etiam apud Liv. 1, 7. *Primarii, extis adactis, ad veteram venient daperi.* Mox Latinius erat *deferrentur*: vaeque voces saepe permutatae. Sed nihil adiuvant Todd. et edd. Videtur Suetonius, more suo, compositum *referre* posuisse pro simplici *ferre*. Vide ad c. 78. ERM.

Cap. 2. *Romanas* — — *transducta*] Barmaunum offendit *res gentes*: me quoque. Sed defendi potest consuetudine Suetonii, eiusdem verbi praeter necessitatem repetendi. Sequentia verba varie liguntur, et varie tentantur. Mihi placet, aut cum Torrentio legi:

inter patricias: aut *inter patricias* s. *patricios* esse glossam verborum, *in Senatum*. Nam qui tunc temporis in Senatum receptus est, hoc ipso inter patricios allectus est. Videtur dixisse *in Senatum*, pro *in patricias*, quia et post dixit *ad plebem*, non *ad plebeias*. ERM. Tenor dictionis ducit eo, ut priora *in Senatum* glossema putemus; ducit et verborum collocatio, et mox nomen *patriciatu*. Viderunt rem et alii: nobis, uti saepe alias, id testat, et accuratius causas ponamus ad acuenda iuvenum ingenia. Praeterea non videmus, cur Ovidendorpio insolens videatur locutio, *gentem inter Romanas gentes allegi*.

honoribus summis: at Caius eiusque posterus, seu fortuna seu voluntate, in equestri ordine consistere, usque ad Augusti patrem. Proavus Augusti, secundo Punico bello, stipendia in Sicilia Tribunus militum fecit, Aemilio Papo Imperatore. Avus municipalibus magistratibus contentus, abundante patrimonio, tranquillissime tenuit. Sed haec alii. Ipse Augustus nihil amplius quam equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, et in qua primus Senator pater suus fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat restionem, e pago Thurino: avum argentarium. Nec quidquam ultra de paternis Augusti maioribus reperi.

C. Octavius pater a principio aetatis et re et existimatione magna fuit: ut equidem mirer, hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter divitiores, operasque campestris, proditum. Amplis enim inuiritus opibus, honores et adeptus est facile, et egregie administravit. Ex praetura Macedoniam sortitus, fugitivos, residuam Spartaci et Catilinae manum, Thurinum agrum tenentes, in itinere delevit, negotio sibi in Senatu extra ordinem

Magisteriis] Casaubonus interpretatur *magistratus*, quod facit etiam Gronovius ad Liv. 24, 5. de Decurionibus municipalibus accipiens. Sed praestat de magistratibus vicorum, collegiorum etc. capere. Nam hic Octavius videtur rei familiarum intentior, omnia publica negotia, quae multum temporis absumerent, repudiasse. Tum, decurionatus, antiqua

Latinitate, *magistratus* non est. ERN.

Cap. 5. C. Octavius] Ad didi C. ex MII. et edd. quibusdam: quia in tali principio narrandi praenomina solent addi. Mox edidi *existimatione*, pro vulgato *acstimatione*: sic libri quidam habent, et Latinitas postulat. ERN.

In itinere] Miror magnam Burmannum interpretari, in

dato. Provinciae praefuit non minore iustitia, quam fortitudine. Namque, Bessis ac Thracibus magno proelio fuis, ita socios tractavit, ut epistolae M. Tullii Ciceronis exstent, quibus Quintum fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiae administrantem, hortatur et monet, imitetur in promerendis locis vicinum suum Octavium.

- 4 Decedens Macedonia, prius quam profiteri se candidatum consulatus posset, mortem obiit repentinam, supersitibus liberis, Octavia maiore, quam ex Ancharia; et Octavia minore, item Augusto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo et Iulia, sorore C. Caesaris, genita est. Balbus, paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatoriis imaginibus, a matre Magnum Pompeium artificissimo contingebat gradu: functusque honore praeturae, inter Viginti viros agrum Campanum plebi Iulia lege divisit. Verum idem Antonius, despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum eius Afri generis

agmine, et putare opponi aciei instructae. Sensus est: dum in provinciam iret cum exercitu, cui illa loca transeunda erant: ne alium exercitum eo mittere opus esset. ERN.

Proconsulatum] Propraeturam proprie. Sed talis permutatio pallim reperitur: vide in Caes. c. 54. Manut. ad Cic. ad Div. 1, 1. ut alios mittam. ERN.

Cap. 4. *Profiteri*] Recte hoc receptum est, pro *confiteri*. De re ipsa est perspicuus locus apud Sallustium Catil. c.

18., ubi idem verbum de hac re. ERN.

Senatoriis imaginibus] Improprie *senatoriae imagines* dicuntur. Non enim Senatores, qua tales, ius imaginis habent. *Imagines* de maioribus honestis dicuntur. ERN. In nobili familia, quae plures habuit claros Senatores, *imagines* satis proprie dici poterant *Senatoriae*.

Idem] Non video, quare non recipiam *idem*, tot codd. etiam Mf. Lys. et cdd. veterum

fuisse, et modo unguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciae exercuisse, obiicit. Cassius quidem Parmensis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum: *Materna tibi farina ex crudissimo Ariciae pistrino: hanc sinxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius.*

Natus est Augustus, M. Tullio Cicerone 5 et Antonio Consulibus, IX. Kalendas Octobres, paullo ante solis exortum, regione Palatii, ad Capita bubula: ubi nunc sacrarium habet, aliquanto post quam excessit, constitutum. Nam ut Senatus actis continetur, quum C. Laetorius, adolescens patricii generis, in de-

omnium lectionem: sed ut ad Antonius referatur, et post idem interpungatur, sive ut nomini Antonius praeponatur, ut factum ab Oudendorpio. ERN.

Pistrinum Aric. exercuisse] Perizonius corr. *pistrinam*, sine causa. Non solum enim tabernae et officinae *exerceri* dicuntur, sed et ipsae res, ut in Digestis *stabulum, navis, caupona*, unde *exercitor stabuli* etc. Insistunt. 4, 5, 3.; et ipsum illud *exercere pistrinum* legitur ap. Appulei. 9. non l. ab initio.

Quadam epistola] Forte illa ipsa, quae ad M. Antonium scripta exstabat Plinii tempore, qui eius mentionem iniicit H. N. 31. 11. ERN. At Octavianum alloquitur Cassius. Num

id facere potuisset in epistola ad Antonium scripta?

Nerulonensis] Frustra in hoc nomine ingenium experti sunt Viri docti. Lectio Lugd. edit. *Nemorensis* satis intelligi potest. Significat enim Aricinum: quod huic loco aptum est. ERN. Et vera scriptura videtur, iudice etiam Perizonio. Oppidum enim Aricia habuit nemus Dianae, et ab illo nemore cognominatur. Cf. Callig. c. 35.

Cap. 5. *Natus est*] Disputationes doctorum de natali Augusti, quia intricatiores sunt, quam pro captu eius aetatis, cui hac editione imprimis consulere cupimus, et maiores, quam pro modo notarum, non attingemus. Eas qui cognosce-

precanda graviore adulterii poena, praeter aetatem atque natales, hoc quoque Patribus conscriptis allegaret, esse se possessorem ac velut aedituum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset; peteretque donari quasi proprio suo ac peculiari deo: decretum est, ut ea pars domus consecraretur.

6 Nutrimentorum eius ostenditur adhuc locus in avito suburbano iuxta Velitras, permodicus et cellae penuariae instar; tenetque vicinitatem opinio, tanquam et natus ibi sit. Huc introire, nisi necessario et caste, religio est: concepta opinione veteri, quasi temere aduentibus horror quidam et metus obiiciatur: sed et mox confirmata est. Nam, quum possessor villae novus, seu sorte, seu tentandi causa, cubitum se eo contulisset: evenit, ut post paucissimas noctis horas exturbatus inde subita vi et incerta, paene semianimis cum sirato simul ante fores inveniretur.

7 Infanti cognomen THURINO inditum est, in memoriam maiorum originis: vel quod regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat.

re cupit, Burmanni editionem et Chronologos adeat. ERN.

Graviore adulterii poena] Graviore quam statuta erat lege Julia de adulteriis. Conf. Paulum rec. sentent. l. 2. tit. 26. §. 1. et ibi Iutpp.

Donari — proprio — deo] Vera Latinitas postulat *proprie suo*; et fortasse sic Suetonius scripsit: nam et in libris Ciceronis haec forma interdum cor-

rupta est. Sed non audeo tamen in huius aetatis scriptore pro certo dicere. *Donare* est l. l. pro condonare. Exempla etiam alia a Viris doctis notata sunt. ERN. Illud de *proprio* nihili est; et vulgatum adeo bonum, ut aetati nihil in eo condonari debeat.

Cap. 7. *Regione Thurina*] Vulgo, *in reg. Th.* Vide ad Caes. c. 59.

Thurinum cognominatum, factis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam eius aeream veterem, ferreis ac paene iam exolescentibus litteris, hoc nomine inscriptam: quae, dono a me Principi data, inter cubiculares colitur. Sed et a M. Antonio in Epistolis per contumeliam saepe Thurinus appellatur: et ipse nihil amplius quam mirari se rescribit, pro opprobrio sibi prius nomen obiici. Postea CAESARIS et deinde AUGUSTI cognomen assumpsit: alterum, testamento maioris avunculi; alterum, Munatii Planci sententia: quum, quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi et ipsum conditorem Urbis, praevaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine. [quod loca quoque religiola, et in quibus augurato

Ferreis] Ferruminatione adiunctis aereae imagunculae. ERN.

Cubiculares] Vir doctus, nescio quis, e Domit. c. 17. legebat *cubiculi lares*; non male, opinor. Sic Alexander Severus imaginem Abraami et Christi dicitur posuisse in larario, Lampridius in Alex. Sev. c. 29. Sed tamen est in Calig. c. 7. *effigies in cubiculo posita*. ERN. Illam Lipsii coniecturam, quam et Rudnik. probabat, in textu ponendam censeo. Vulgata usum habet ab omni Latinitatis usu alienum. Conf. Vitell. c. 2. extr.

Nomen prius sibi] Intell. quod olim, ante novum cognomen, habuerat. Sed, nescio quomodo, semper in hoc verbo hae-

reo, et offendor. Neque enim video, cur addatur notio temporis. Sufficiebat, *id nomen*: quod se. esset honorificum, et signum gloriae paternae. Neque enim in eo est causa admirationis, quod eo nomine non amplius utatur. Videtur correctorem induxisse *postea*, cui aliquid respondere in antecedente debere putaret. ERN. Iure hanc crisin miratur Oudend., qui etiam ordinem mutavit verborum e MS. Eum sum secutus.

C. CAESARIS] Orderdorpio praenomen C. h. l. suspectum est; non male. De cognominibus sermo est. ERN.

Quod loca quoque — — *Roma est*] Haec suspecta fue-

quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu, gustive, sicut etiam Ennius docet, scribens:

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.]

- 8 Quadrimus, patrem amisit: duodecimum annum agens, aviam Iuliam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio post virili toga sumpta, militaribus donis triumpho Caesaris Africano donatus est, quamquam expers belli propter aetatem. Profectum mox avunculum in Hispanias adversus Cu. Pompeii liberos, vix dum firmus a gravi valetudine, per infestas hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facta, subsecutus, magno opere demeruit, approbata cito etiam morum indole super itineris industriam. Caesare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, et inde in Parthos, destinante, praemissus Apolloniam, studiis vacavit. Utque primum occisum eum, heredemque se comperit, diu cunctatus, an proximas legiones imploraret, id quidem consilium ut praiceps immaturumque omisit: ceterum Urbe repetita hereditatem adiit, dubitan-

runt Carnegietero et Oudendorpio. Vide Obsf. Misc. Dorv. VI. p. 588. Recte, ut opinor. Eux. Nempe verba asuta videntur ex Paulo, Festi epitomatore; ac, ne quis in iis Suetonium Grammaticum reperiat, ea proflus abhorrent a reliquae narrationis colore.

Cap. 8. *Duodecimum annum agens*] De numero hoc in utraque partem disputatur.

Videant, qui cupiant cognoscere causam, Oudend. ad h. l. Eux.

Vix dum firmus] Male vulgo *vix tum*, frequenti errore, ut ap. Tac. Ann. 1, 5.

Dacos] Velleius 2, 59. *Geticum* bellum vocat. Nempe Thraces, Getae et Daci confines, ideoque permutantur, ut in aliis quoque populis fit, ut ap. Xiphil. in Domitiano. Eux.

te matre, vitrico vero Marcio Philippo consulari multum disuadente. Atque ab eo tempore exercitibus comparatis primum cum M. Antonio, Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio, per duodecim fere annos, novissime per quatuor et quadraginta solus reipublicam tenuit.

Proposita vitae eius velut summa, partes 9
singillatim, neque per tempora, sed per species, exsequar; quo distinctius demonstrari cognoscique possint. Bella civilia quinque gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum ac novissimum adversus M. Antonium: secundum adversus Brutum et Cassium: tertium adversus L. Antonium, Triumviri fratrem: quartum adversus Sex. Pompeium, Cn. filium.

Omnium bellorum initium et causam hinc 10
sumpsit. Nihil convenientius ducens, quam necem avunculi vindicare, tuerique acta, confestim ut Apollonia rediit, Brutum Cassiumque, et vi necopinantes, et quia provisum periculum subterfugerant, legibus aggredi, reosque caedis absentes deferre statuit. Ludos autem victoriae Caesaris non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quo

Cap. 10. *Legibus*] Nempe, de vi, aut alia aliqua eiusmodi: non lege Pedia, ut Berneggero et Burmanno placet; quod valde miror. Neque illud *absentes* impedit, quod putat legem Pediam respicere, quae absentes, vel reipublicae causa, deferre permitte-

bat. Vide quae diximus ad Caes. c. 18. Lex autem Pedia hic per insignem parachronismum intelligatur. Nam ea lata est a Pedio in primo consulatu Octavii. Atqui hic fermo est de Octavio adhuc privato, et Apollonia vix reduce. ERX.

confiantius cetera quoque exsequeretur, in locum Tribuni plebis forte demortui candidatum [petitorem] se ostendit: quamquam patricius, nec dum Senator. Sed adversante conatibus suis M. Antonio Consule, quem vel praecipuum adiutorem speraverat, ac ne publicum quidem et translaticium ius ulla in re sibi sine pactione gravissimae mercedis impertiente, ad optimates se contulit: quibus eum invisum sentiebat, maxime quod D. Brutum obsessum Mutinae, provincia a Caesare data, et per Senatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percussores ei subornavit: ac fraude deprehensa, periculum invicem metuens, veteranos simul in suum ac reipublicae auxilium, quanta potuit largitione, contraxit. Insuperque comparato exercitui pro Praetore praesse, et cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum acceperant, D. Bruto openi ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus proeliis. Priore Antonius enim fugisse scribit; ac sine paludamento equoque post

Candidatum petitorum] Alterutrum glossema est. Quia *petitorem* a codd. quibusdam abiit, id delevi, ut et Oudend. fecit. ERN. Integerrimi sunt codd., qui id omittunt, quod et iubet constans usus sermonis. Suadebat etiam Ruhken.

Nec dum Senator] Quod, e lege Sullae, nemo, nisi Senator, Tribunus esse poterat, ut, e legibus sacris, nemo, nisi plebeius, ERN.

Publicum — ius] Id est,

quod omnibus conceditur. Tib. c. 50. *per speciem publici iuris*. Sic etiam dici a Cicerone, exempla in Clave congelata docent. ERN.

Ac fraude] Vulgo, *subornavit*. *Hac fr.* Illud, quod praetulimus, Gueff. 2. et alii duo codd. servarunt, et merito probavit Oudend.

Insuperque] A Senatu, agente iuribus Cicerone, ut ex Epistolis ad Q. Fr. et Philippicis constat. ERN.

biduum demum apparuisse: sequenti fatis constat non modo ducis, sed etiam militis functum munere; atque in media dimicatione, aquilifero legionis suae graviter saucio, aquilam humeris subisse, diuque portasse.

Hoc bello quum Hirtius in acie, Panfa paullo post ex vulnere, perissent, rumor increbruit, ambos opera eius occisos: ut, Antonio fugato, republica Consulibus orbata, solus victores exercitus occuparet. Panfae quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulnere indidisset. Adiicit his Aquilius Niger, alterum e Consulibus, Hirtium, in pugnae tumultu ab ipso interceptum.

Sed ut cognovit, Antonium post fugam a M. Lepido receptum, ceterosque duces et exercitus consentire pro partibus, causam opti-

Suae] I. e. unius de legionibus, quas mercede conduxerat, quibusque praecerat. ERN.

Cap. 11. *Solus victores exercitus*] Hoc verum esse non potest. Minime victor erat exercitus Panfae. Nec defunt MSS., qui habeant *victor*, ut syllaba *es* ex proximo vocabulo adhaesisse videatur. Sed Oudend. edidit *victor tres exercitus*, motus maxime verbis Eutrop. 7, 1. *Quare tres exercitus uni Caesari paruerunt.*

Cap. 12. *Pro partibus*] Lectionem esse genuinam, non amplius dubitandum esse videtur. Sed de sensu eius ambigi

potest. Casaubonus putat intelligi partes Antonii et Lepidi: ceteros duces, Plancum, Silanum: Burmannus autem Pompeianas partes intelligit, de quibus simpliciter *partes* solet dicere Suetonius: nam Octavio animum fuisse vindicandi Caesaris, quod consequi non potuisset per duces, pro partibus Pompeianis consentientes. Sed ita nec ante Hirtio et Panfae adiungere se debuisset. Probanda est utique Casauboni interpretatio. Quia videbat Octavius, potentiam maximam in eas partes inclinatam, propterea optimates reliquit. ERN.

matium sine cunctatione deseruit, ad praetextum mutatae voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus: quasi alii se *puerum*, alii *ornandum tollendumque* iactassent; nec aut sibi, aut veteranis par gratia referretur. Et quo magis poenitentiam prioris lectae approbaret, Nursinos grandi pecunia, et quam pendere nequirent, multatos, extorres oppido egit: quod Mutinensi acie interemptorum civium tumulo publice exstructo adscripserant, *Pro libertate eos occubuisse.*

13 Inita cum Antonio et Lepido societate, Philippense quoque bellum, quamquam invalidus atque aeger, duplici proelio transegit: quorum priore castris exutus vix ad Antonii cornu fuga evaserat. Nec successum victoriae moderatus est: sed capite Bruti Romam misso, ut statuae Caesaris submitteretur, in splendidissi-

Ne aut sibi] Recte indicant quidam Viri docti, scribendum *nec* aut *neque*. Nam in his non ratio superioris redditur: sed pertinent ea ad calumniam *factorum*, ut superiora ad *dicta*. ERM. - Recepti correctionem plane evidentem.

Cap. 13. *Successum]* Codd. quidam *successu* habent: quod nec mihi displicet. Nam, quod Burmannus dativum potius ponendum fuisse putat: non veniebat in mentem Viro doctissimo, *successu* esse dativum. Nam, quia dativi illi in *ui* et *ei* aliquid duri habent, in multis ultima littera abiecta, non

modo a poetis, sed etiam profaenis. Ceterum, etiam aliis locis *moderari* iungitur accusativo apud Nostrum. ERM. Ideo rectum est *successum*, quod et Ruhnk. praeferebat.

Submitteretur] Intell. ut ad pedes statuae Caesaris poneretur, contumeliae causa: quasi a Caesare pedibus calcandum. Libri quidam habent *subiiceretur*, quod Oudendorpius recepit. Nil refert qua sensum: sed tamen *subiiceretur* magis redolet libarium, quam *submitteretur*. ERM. Parum prolicit haec ratio. Oudendorpii graviores sunt, primum fides optimorum MSS., quibus plei-

mum quemque captivum non sine verborum contumelia laeviit: ut quidem uni suppliciter sepulturam precanti respondisse dicatur: *Iam istam volucrum fore potestatem*; alios, patrem et filium, pro vita rogantes, sortiri vel micare iussisse, ut alterutri concederetur; ac spectasse utrumque morientem, cum patre, quia se obtulerat, occiso, filius quoque voluntariam occubuisset necem. Quare ceteri, in his M. Favonius, ille Catonis aemulus, quum catenati producerentur, Imperatore Antonio honorifice salutato, hunc foedissimo convicio coram profciderunt. Partitis post victoriam officiis, quum Antonius Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos et municipalibus agris collocandos recepisset: neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit: alteris, pelli se; alteris, non pro spe meritorum tractari querentibus.

Quo tempore L. Antonium, fiducia consulatus, quem gerebat, ac fraternae potentiae, res novas molientem, confugere Perusiam coegit, et ad deditionem fame compulit: non tamen sine magnis suis, et ante bellum et in bel-

que ex nostris accedunt, tum Dionis vox ἐγγίψε. Idem placebat Rulinkenio, notanti, venerantis et supplicis esse *submitti, subici* autem victi et calcati.

Volucrum fore potestatem] Alii, *Iam istam in volucrum f. potestate*, quod nemo, pu-10, possideret alteri, nisi hoc in Memm. repertum esset. Sed minime placet, hoc certe loco,

in volucrum f. potestatem, ut edidit Oudend.

Sortiri et micare] Olim pravo sensu, *dimicare*. Satis notum est hodie, quid sit *micare*. Conf. Intpp. ad Cic. de Off. 3, 19. et 23. Mox nonnulli codd. *Qui si obtul. fortasse* melius.

Ceteri, et in his] A quibusdam libris abest *et*. Utriusque formae exempla sunt: sed ta-

lo, discriminibus. Nam quum spectaculo ludorum gregarium militem, in quatuordecim ordinibus sedentem, excitari per apparitorem iussisset, rumore ab obtrektoribus dilato, quasi eundem mox et discruciatum necasset; minimum astitit, quin periret, concursu et indignatione turbæ militaris. Saluti fuit, quod, qui desiderabatur, repente comparuit incolumis, ac sine iniuria. Circa Perusinum autem murum sacrificans paene interceptus est a manu gladiatorum, quæ oppido eruperat.

15 Perusia capta, in plurimos animadvertit; orare veniam, vel excusare se conantibus, una voce occurrens, *Moriendum esse*. Scribunt quidam, trecentos ex dedititiis electos, utriusque ordinis, ad aram divo Iulio exstructam Idibus Martiis hostiarum more mactatos. Exstiterunt, qui traderent, consulto eum ad arma ille, ut occulti adversarii, et quos metus

men saepius et melius omittitur, itaque delevi. Eux.

Cap. 15. *Consulto*] Servavimus hanc lectionem, quia est usitatissima et plurimorum librorum consensu firmatur. Ceterum eam fallam esse putamus, nisi quis demonstraret, *consulto* dici posse pro *e compacto*. Nemo non consulto ad arma it. Sed hoc nunc non quaeritur. Suetonius dicere vult, Antonium consensu Augusti arma cepisse: quod est *e compacto*, vel *e composito*. Illud Lipsio placebat; et Graevius, Gronovius et Oudendor-

pius receperunt: neque est incertissima Lipsii coniectura, ut Burmannus ait. *Composito* propius accedit ad lectionem codd. et edd., quæ habent *ex proposito*. Sic etiam M. Lyl. Ceterum apud Livium quoque 5. 11. variant codd. inter *compacto*, *conspicito*, *consulto*, ubi vide Gronov. et Drakenb. Eux.

Fam] In hoc pronomine hæreat attentus lector. Est enim referendum ad Augustum, quod res non patitur. Antonius *e compacto* ad arma iit. ea, quæ subiicitur, de causa.

magis quam voluntas contineret, facultate L. Antonii ducis praebita, detegerentur; devictisque his et confiscatis, promissa veteranis praemia persolverentur.

Bellum Siculum inchoavit in primis, sed 16
 diu traxit, intermissum saepius: modo reparandarum classium causa, quas tempestatibus duplici naufragio, et quidem per aestatem, amiserat: modo pace facta, flagitante populo, ob interclusos comitatus, famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis, ac viginti servorum millibus manumissis, et ad remum datis, portum Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit. In quo quum hieme tota copias exercuisset, Pompeium inter Mylas et Naulochum superavit: sub horam pugnae tam arto repente somno devinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. Unde praebitam Antonio materiam putem exprobrandi, *Ne rectis quidem oculis cum adspicere potuisse instructam aciem: verum supinum, cachum intuentem, stupidum cubuisse: nec prius*

Requiritur nomen L. Antonii: quod si reponatur, in sequentibus *L. Antonii* delendum erit, de Freinshemii coniectura. Optimum videtur legi: *icum ad arma esse*. Ita nihil delendum. Ers. Nihil sane, nisi haec ipsa coniectura. Optime contra Casaub. monuit Gronov. ad Liv. l. c. legendum esse, *compacto* sive *compecto eum ad a. esse*, h. e. Angustianum id fecisse, postquam

inter illum et L. Antonium convenisset, ut simulacrum inimicitiae, et sic qui praesentem statum gravarentur, Antonio velut duce vel capite oblato, voluntates nudarent.

Cap. 16. *Somno devinctus*] In aliquot MSS. est *devictus*, ut ap. Catull. 64. 122., ubi vide Intpp. et Brouckh. ad Tibull. 1, 2, 2. At conf. Heinf. ad Ovid. Met. 11, 258. Cetera haec est commutatis.

surrexisse, ac militibus in conspectum fuisse, quam a M. Agrippa fugatae sint hostium naves. Alii dictum factumque eius criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit, etiam invito Neptuno victoriam se adepturum: ac die circensium proximo sollemni pompae simulacrum dei detraxerit. Nec temere plura ac maiora pericula ullo alio bello adiit. Traiecto in Siciliam exercitu, quum partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppressus ex improvviso a Demochare et Apollophane, praefectis Pompeii, uno demum navigio aegerrime effugit. Iterum quum praeter Locros Rhegium pedibus iret, et prospectis biremibus Pompeianis terram legentibus, suas ratus descendisset ad litus, paene exceptus est. Tunc etiam per devios tramites refugientem servus Aemilii Paulli, comitis eius, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paullum, et quasi occasione ultionis obla-

In conspect. fuisse] Memmi. et alii, in his uterque Guelf. et Longol., venisse. Satis bene, et sic S. loquitur etiam Caes. c. 35. Quamquam illud quoque Latine dicitur, ut Cic. ad Att. 15, 4. Quo die in Tusculanum eram futurus. Conf. Burm. ad Ovid. Her. 16. 138.

Quum partem reliquam copiarum continenti repeteret] Sic fere libri scripti. E. M. Urfini quidam edidit quum ad p. r. c. continentem repeteret. Nova lectio satis placet. In illa durum est partem r. c. repettore: in hac ad partem r. c.,

quod vix sensum habet. Continentem repeterere, verum est. Itaque alterum correxerim ob partem rel. cop. Eas. Hoc vehementer displicet. Si quid mutandum, praepositio ante contin. addenda erit. At na hoc quidem opus, certaue est ea lectio, quae in textu legitur.

Patrem Paullum] Intell. L. Paullum Conf. a. U. 703. proscriptum a fratre Lepido Triumviro. Vide Petizon. Anim. hist. p. 121. sqq. EBN.

Et quasi occasione etc.] Puto et dolendum. Nam pla-

ta, interficere conatus est. Post Pompeii fugam collegarum alterum, M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem viginti legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu; supplicemque concessa vita Circeios in perpetuum relegavit.

M. Antonii societatem semper dubiam et 17 incertam, reconciliationibusque variis male scillatam, abruptit tandem. Et quo magis degenerasse eum a civili more approbaret, testamentum, quod is Romae, etiam de Cleopatrae liberis inter heredes nuncupatis reliquerat, aperiendum recitandumque pro concione curavit. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines amicosque omnes, atque inter alios C. Sesium et Cn. Domitium, tunc adhuc Con-

ne alienum est. ERN. Non ita plane. Non *solus* dolor eum impulisset ad conatum; *accessit* oblata occasio.

Cap. 17. *De Cleopatrae liberis*] Sic fere libri scripti: in his Lyser. Nec tamen displicet Freinshemii correctio: *de Cleopatra et liberis*, scilicet eius. ERN. Melior tamen Casauboni, *de Cleopatra et de Cleopatrae liberis*; etsi repetitum *de* nos offendit. Admittenda erit forsitan coniectura I. F. Gronovii: *etiam de Cleopatra liberis*, i. e. liberis ex Cl. sublatis.

Remisit — hosti] Hostis amicitiae pristinae hoc tribuit, ut eius amicis parceret; de quo

etiam *concedere et condonare* dicitur. Omnium exempla sunt apud Ciceronem. ERN. Exquisitioris significationis usus est S. in verbo *remittendi*. Sensus est: Facile tulit, concessit, ut etiam hostem indicatum Antonium necessarii et amici sui sequerentur.

Et T. Domitium] Quia nullus Domitorum hoc praenomine memoratur, hic autem ab aliis *Cn.* dicitur, aut hoc reponendum, aut *T.* delendum videtur. Hoc placet Oudendorpio. ERN. Reposui *Cn.*, ne alterum ex duobus nominibus careat praenomine. Nec valde dissimiles sunt hae siglae.

fules. Bononienſibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniarandi cum tota Italia pro partibus ſuis. Nec multo poſt navali proelio apud Actium vicit, in ſerum dimicatione protracta, ut in nave victor pernoctaverit. Ab Actio quum Samum in hiberna ſe recepiffet, turbatus nuntiis de ſeditione militum, praemia et miſſionem poſcentium, quos ex omni numero, confecta victoria, Brundifium praemiſerat, repetit Italian, tempeſtate in traiectu his conflictatus: primo inter promontoria Peloponneſi atque Actoliae, rurfus circa montes Ceramios, utrobique parte Liburnicarum demerſa; ſimul eius, in qua vehebatur, fuſis armamentis et gubernaculo diffracto. Nec amplius quam ſeptem et viginti dies, donec deſideria militum ordinarentur, Brundiſii commoratus, Aſiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit; obſeſſaque Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi poſitus eſt. Et Antonium quidem, ſeras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditque mortuum: Cleopatrae, quam ſervatam triumpho magno opere cupiebat, etiam Pſyllos

Seditione militum] Delent quidam, in his Oudendorpius, *miltum*, quia a codd. quibusdam abeſt; non bene, opinor. Suetonius ſemper addit, ut Tib. c. 25. et alibi. ERN.

Repetit Italiam] Oudendorpius e veſtigiiſ librorum ſer. corrigit: *repetita Italia — eſt conflictatus*. Non bene. Deberet eſſe *repetens Italiam*. ERN.

Ordinarentur] Sic dicitur ut *ordinare provincias*, h. e. conſtitueretur de praemiis militum. ERN.

Positus eſt] Id factum meſe Sextili. dicitur e SCo apud Macroh. Sat. 1. 12. ERN.

Viditque] Sustinuit videre mortuum quondam amicum, ut mortui conſpectu oculos paſceret: tanta inhumanitas fuit. Sed id tamen negat Plutarchus

admovit, qui venenum ac virus exfugerent; quod perisse morsu aspidis putabatur. Ambo- bus communem sepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici iussit. An- tonium iuvenem, maiorem de duobus Fulvia genitis, simulacro D. Iulii, ad quod post mul- tas et irritas preces confugerat, abreptum in- teremit. Item Caesarionem, quem ex Caesare patre Cleopatra concepisse praedicabat, re- tractum e fuga supplicio affecit. Reliquos An- tonii reginaeque communes liberos, non secus ac necessitudine iunctos sibi, et conservavit, et mox pro conditione cuiusque sustinuit ac fovit.

Per idem tempus, conditorium et corpus 18 Magni Alexandri, quum prolatum e penetrali subiecisset oculis, corona aurea imposita ac flo- ribus aspersis veneratus est: consultusque, num

in Anton. p. 952. *Viditque mortuam Cleopatram*, quod est in Rom. edit., habet etiam Mf. Lys. Sed eam lectionem non patiuntur sequentia. Nam nihil est, quo *Pssyllos admovst* referatur. Oudendorpius cor- rigit *ultraque mortuae Cleopatrae*: sed copula aliena est. Intelligendum est post *Cleopatrae*, *autem*; quia hoc refer- tur ad *quidem*: et id alibi quoque omittitur in tali stru- ctura. ERN.

Putabatur] Vide Aelian. H. A. 9, 11., et quos ibi laudat A. Gronovius, qui etiam citat marmor insertum Mercati Me- talloth. p. 367. et Morgagni

et Lancisi Epist. p. 40. seq. Excerpta inde dat. Bibl. Ital. T. I. p. 165. ERN.

Ex Caesare Cleopatra] Ple- rique Mf., etiam nostri, *ex Caesare patre Cleop.*, sicut c. 45. pr. Illam vocem meri- to interposuit Oudendorpius, quem sequimur.

Cap. 18. *Aspersum*] Sic etiam Mf. Lys., quo magis cum Burmanno praetuli. Ce- terum altera vulgatio lectio codd. *floribus aspersis* facili- or est. ERN. Atque haud dubie verior, propter codd. simul auctoritatem, in quibus vitiose est *aspersus*. Sic et Guesf. 1., at Longol. *adpersis*.

et Ptolemaeum inspicere vellet, *Regem se voluisse, ait, videre, non mortuos.* Aegyptum, in provinciae formam redactam, ut feraciorē habilioremque annonae urbanae redderet, fossas omnes, in quas Nilus exaequat, oblimatas longa vetustate, militari opere deterfit. Quoque Actiacae victoriae memoria celebratior et in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit; ludosque illic quinquennales constituit; et ampliato veterē Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit.

19 Tumultus post haec, et etiam rerum novarum initia coniurationesque complures, priusquam invalescerent, indicio detectas compres-

Ptolemaeum] Intellige Lagi filium. Ceterum nec displicet sententia eorum, qui pro genitivo plurali accipiunt, aut pro nominativo, ut corpora Ptolemaeorum intelligantur. ERN. De nominativo quod notatur, non capio. Rubnkenio et aliis probatur Torrentii coniectura, *Ptolemaeum*, subaud. *condictorio*. Oudendorpius optime conii. *Ptolemaeum*, quod, de gymnasio Atheniensium, Πτολεμαίος scribitur ap. Pauf. 1, 17. et vulgo Cic. Fin. B. et M. 5, 1. Singularis de uno quodam Ptolemaeorum nullo pacto ferendus est, tum per se, tum ob narrationes Graecorum.

Regem etc.] Solum esse puto: se voluisse videre Alexan-

drum, qui unus dignus esset regis nomine, non quoscumque mortuos. ERN.

Cap. 19. *Et etiam*] Sic etiam Mf. Lyl., unde cum Burmanno praetuli vulgato *ac etiam*. Sed τὸ *et* ortum videri potest reduplicatione primae syllabae sequentis: *κακοφωνία* dein fecit, ut pro eo reponeretur *ac* potius, quam ipsum deleteretur. Sed Suetonius et alibi utrumque iungit. Alii *etiam* delent, ut Oudendorpius. Mox idem delet *et* ante *alias*; non male, e libris: quod imitatus sum. ERN. Nostri quidem auribus dura est iunctura *ac etiam*. Conf. tamen ad Caes. c. 76. vel Duk. ad Flor. 3, 18, 6.,

fit, alias alio tempore: Lepidi iuvenis, deinde Varronis Murenæ et Fannii Caepionis, mox M. Egnatii, exin Plautii Rufi, Lucique Pauli, progeneri sui; ac præter has L. Audasii, fallarum tabularum rei, ac neque ætate neque corpore integri; item Asinii Epicadi, ex gente Parthina, hybridæ; ad extremum Telephi, mulieris servi nomenclatoris. Nam ne ultimæ quidem sortis hominum conspiratione et periculo caruit. Audasius atque Epicadus Iuliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus; Telephus, quasi debita sibi fato dominatione, et ipsum et Senatam aggredi destinarant. Quin etiam quondam iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illyrico exercitu, ianitoribus deceptis, noctu deprehensus est, cultro venatorio cinctus; imposuere mentis, an simulata demencia, incertum: nihil enim exprimi quaestione potuit.

Externa bella duo omnino per se gessit: 20
Dalmaticum, adolescens adhuc; et Antonio devicto, Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera excepit, una acie, dexterum genu lapide ictus: altera, et crus et utrumque brachium ruina pontis confauciatus. Reliqua per legatos ad-

Mulieris] Merito suspectum est. Nec est, unde pendeat, nec sensum h. l. habet. ERN. Solvi uncus. *Mulieris nomenclator* species fuisse videtur contemptior servorum; qualis notatio huic loco apta erat. Similiter est in Gramin. c. 25. *mulieris verna*, cuius loci nemo memi-

nit, neque illius mox c. 25. *servos, viros feminisque indictos*. Genitivorum concursus, etsi Latine ingrator, non nimis offendere debet.

Cap. 20. *Altero, et cruce*] Delevi autem, quod a pluribus libris abest. Id elegantius. ERN.

ministravit; ut tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis aut interveniret aut non longe abesset, Ravennam, vel Mediolanum, vel Aquileiam usque, ab Urbe progrediens.

21 Domuit autem, partim ductu, partim auspiciis suis, Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam, cum Illyrico omni: item Raetiam et Vindelicos ac Salassos, gentes Inalpinas. Coercuit et Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia caesis, Germanosque ultra Albiu fluvium lummovit: ex quibus Ubios et Sygambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male quietas ad obsequium redegit: nec ulli genti sine iustis et necessariis causis bellum intulit. Tantumque abstuit a cupiditate, quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in aede Martis Ultoris iurare coegerit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent; a quibusdam vero novum genus obsidum, feminas, exigere tentaverit; quod negligere marium pignora sentiebat: et tamen potestatem semper omnibus fecit, quoties vellet, obsides recipiendi. Neque aut crebrius

Cap. 21. *Cum magna copia*] Utitur S. singulari numero, metu perplexae constructionis. *ducibus captis caesis.* Neque plane abhorret a consuetudine. *copiam* dici de exercitu. Vide Dævil. ad Caes. B. G. 1, 48.

lummovit] I. e. iugavit per Germanicum; quem Albiu at-

tigisse, cum autem transgredi non aulum, refert Tacitus. FAX.

Novum] Reprehendunt Suetonium, exemplis talium obsidum commemorandis: quae ei non ignota fuisse arbitror. Singula illa exempla non efficiunt, ut mos Romanis fuerit, feminas obsides exigere. Itaque no-

aut perfidiosius rebellantes graviore umquam ultus est poena, quam ut captivos sub lege vendicaret, ne in vicina regione servirent, neve intra tricenum annum liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama, Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam populique Romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt, et signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt; obsidesque insuper obtulerunt: denique, pluribus quondam de regno concertantibus, nonnisi ab ipso electum comprobaverunt.

Ianum Quirinum, semel atque iterum a 22 condita Urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviori temporis spatio, terra marique pace parta, ter clausit. Bis ovans ingressus est Urbem, post Philippense, et rursus post

vum genus obsidum dicere poterat. ERN. Conf. Lipsi. ad Tac. Germ. c. 8.

Multatus est] Huius formae exempla iam alii notarunt, occurruntque etiam in Lexicis. Insolentia eius formae peperisse videtur lectionem cod. Memmiani, *ultus est*, quam amplexus est Graev. et Oudendorpius. ERN. *Multatus* ortum videtur ex facili vitio *multus*, adhaerente ultima littera praecedentis vocabuli. Nusquam nisi h. l. legitur *multari* vi activa, quum tali usui saepissime locus fuisset. Ceterum semper in hoc genere desiderantur

exempla ipsius verbi, non universae formae. *Ultus* est in meis Mss. omnibus.

Comprobaverunt] Oudend. *probaverunt*, ex nonnullis codd., bene. Concitant nosiri, Long. et Guelfi.

Cap. 22. *Ter*] Hanc esse veram lectionem, post demonstrationem certissimam Maffou, in *Templo Iani reserato*, nemo hodie dubitare potest. ERN. Immo nunc satis constat, re vera bis clausum esse Ianum principe Augusto; tertio ut clauderetur, decretum quidem esse a Senatu, sed Dacorum et Dalmatarum irruptione irritum fa-

Siculunꝝ bellum. Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes.

23 Graves ignominias cladesque, duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit; Lollianam et Varianam: sed Lollianam maioris infamiae quam detrimenti; Varianam paene exitiabilem, tribus legionibus, cum duce, legatisque et auxiliis omnibus caesis. Hac nuntiata, excubias per Urbem indixit, ne quis tumultus existeret: et Praesidibus provinciarum propagavit imperium, ut et a peritis et asuetis loci continerentur. Vovit et magnos ludos Iovi Optimo Maximo: SI RESPUBLICA IN MELIOREM STATUM VERTISSET: quod factum Cimbrico Marficoque bello erat. Adeo denique confiernatum ferunt, ut per continuos menses, barba capilloque summissa, caput interdum foribus illideret, vociferans: *Quinctili Vare, legiones redde: diemque cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem.*

24 In re militari et commutavit multa, et instituit; atque etiam ad antiquum morem non-

ctum. Ipse Aug. in Ancyr. lapide: *Ter me principe claudendum decrevit Senatus.* Ita rem destinatam S. posuit pro facta, non praeter morem.

Curules] Ita vocat, quia distinguit ab ovatione, qui est triumphus equester. Eas.

Cap. 23. *Prorogavit*] Hoc alteri *propagavit* praetuli, inductus rationibus, quibus discrimina harum vocum constituit ad Livium Drakenborchius.

Ceterum, quod imperium prorogatum Praesidibus dicit, improprie loquitur. Nam verum imperium proprie non habebant. Sed mausit antiquus mos loquendi. Vide Tib. c. 12. Eas. Et ad Galig. c. 29. Nostri quoque Mss. habent *propagavit*, quod utroque in loco tatis bonis argumentis iuctur Oudendorp. Sufficit unum exemplum Liv. 25. 25. *Propagare in annum imperium.*

nulla revocavit. Disciplinam severissime rexit; ne legatorum quidem cuiquam nisi gravate hibernisque demum mensibus, permisit uxorem interficere. Equitem Romanum, quod duobus filiis adolescentibus, causa detrectandi sacramenti, pollices amputasset, ipsum bonaque subiecit hastae: quem tamen, quod imminere emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sineret. Decimam legionem contumacius parentem cum ignominia totam dimisit: item alias immodeste missionem postulantes, citra commoda emeritorum [praemiorum] exauctoravit: cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit. Centuriones statione deserta, itidem ut manipulares, capitali animadversio-
ne punit; pro cetero delictorum genere variis ignominias affecit: ut stare per totum diem iube-

Cap. 24. *Imminere* — *videbat*] H. e. eos hominem sui ordinis emere cupere, scil. ut deinceps manumitterent. Notum est, *imminere* simpliciter dici de spe et cupiditate; quod posterius vocabulum adeo apponit insullus Orator pro Domo c. 18. vix excusabilis loco Livii 4, 25. *Imminentes* spe maioris honoris, ubi v. Dra-
kenb.

Emeritorum praemiorum] Quibusdam *praemiorum* suspectum fuit: ego totum hoc, *emeritorum praemiorum*. pro glossa *commodorum* relicto. Ita. Nobis quoque satis videtur eicere *praemiorum*, tamquam

glossema explicandi causa adscriptum ab aliquo, cui *emeritorum* non masculinum, ut debebat, sed neutrum videbatur. In propria editione pro-
sus deleverem illam vocem; nunc uncis inclusi.

Pro cetero delictorum genere] Nemo Interpretum in hac lectione haesit. Si vera est, ad Centuriones haec quoque pertinent, hoc sensu: cetera delictorum genera variis ignominias affecit: quod Latinitas non satis videtur pati; praeterquam, quod ita nihil de poe-
nis manipularium singularum dictum esset. Arbitror legendum: *ceteris pro delictorum*

ret ante praetorium; interdum tunicatos dis-
cinctosque, nonnumquam cum decempedis,
vel etiam cespitem portantem.

25 Neque post bella civilia, aut in concione,
aut per edictum, ullos militum commilitones
appellabat, sed milites: ac ne a filiis quidem
aut privignis suis, imperio praeditis, aliter appel-
lari passus est: ambitiosius id existimans, quam
aut ratio militaris, aut temporum quies, aut
sua domusque suae maiestas postulare. Liber-
tino milite, praeterquam Romae incendiorum
caussa, et si tumultus in graviore annona me-
tueretur, bis usus est: semel ad praesidium co-
loniarum, Illyricum contingentium; iterum ad
tutelam ripae Rheni fluminis: eosque servos
adhuc viris feminisque pecuniolioribus indi-

*genere, ut ad manipulares re-
feratur, ut in Caes. c. 67. de-
licta — neque pro modo ex-
sequebatur. Ipsae etiam poe-
nae sunt gregariorum militum,
non Centurionum. Oudendorp-
ius vulgarem lectionem defen-
dit; sed non docet. Latine di-
ci poena afficere pro deli-
cto. ERN. Id doctore non
egebat, nisi forte etiam dubi-
um est, an Latine dicatur c. 15.
praemiis quaeque afficere pro
merito certantium. Coniectura
profus est importuna; et ut
Latinitas patiat, sic ceteros
opponi Centurionibus, vix ta-
men concedet bonus usus lo-
quendi. Ceterum genus deli-
ctorum, i. e. alia delicta, op-
ponuntur stationi desertae.*

Loquitur ergo S. de Centurioni-
bus, quos narrat ab Augusto
poenis fere aequatos fuisse gre-
gariis militibus: *ut stare per
totum etc.* De gregariis nunc
iterum dici non oportuit, prae-
sertim quum dictum esset *iti-
dem ut manipulares*. Erne-
stium video aliis quoque, qui
eum reprehendebant, erroris
auctorem fuisse.

Cap. 25. *Eosque servos ad-
huc*] Vitium inesse his verbis,
apparet, quod an recte sanarit
Oudendorpius, dubitent alii;
me quidem Ruhnkenii auctori-
tas impedit, quo minus novum
remedium requiram. Correxit
ille, *eorumque, ad hoc servos,*
i. e. *praeter ea servos; ut*
libertini intelligantur duplicis

ctos, ac sine mora manumissos, sub priore vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona militaria, aliquanto facilius phaleras, torques, et quidquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quae honore praecellerent, dabat: has quam parcissime, et sine ambitione, ac saepe etiam caligatis tribuit. M. Agrippam in Sicilia post navalem victoriam caeruleo vexillo donavit. Solos triumphales, quamquam et socios expeditionum, et participes victoriarum suarum, numquam donis impertiendos putavit; quod ipsi quoque ius habuissent tribuendi ea, quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto duce, quam fe-

generis, hoc modo. Primum eos, (sc. *libertinos*, qui pluralis facile sumitur ex *libertino milite*) quos alioquin causa incendiorum insitnerat sub praefecto Equite, sub certo vexillo merentes, et ad hoc, *in super*, servos recens manumitti iussos, a viris feminisque ditioribus, simul utrosque *sub priore vexillo*, i. e. sub quo adhuc meruerant, retinuit. *Indictos* intell. dare coactos, et vocem *priore* ita satis defensum et explicatum puta.

Priore] Argutantur frustra, qui hanc lectionem defendunt. Haud dubie cum Torrentio legendum *proprio*: quod etiam Hermannus probat: *aut priore*. Defendit tamen vulgatam Oudendorpius, sed eius ratio est contortior. Nempe intelligit

illos ipsos libertinos, quibus in Urbe incendiorum et annonae causa usus erat: eos sub priore vexillo habuisse. Res ipsa falsa est, et si ita esset, dixisset: *sub eodem vexillo*, non *sub priore*. ERN.

Dona militaria] Absolute hoc capiendum, et interpunctione a seqq. seiungendum: quod ad dona militaria attinet etc. Huius generis et alia exempla apud Latinos et Graecos sunt. ERN. De huius structurae ratione vide Sanctii Min. p. 708. ibique Periz.

Vallares] Harduinus ad Plinium ex hoc l. colligit, vallares interdum argenteas fuisse, quod, quomodo ex eo sequatur, non video. ERN.

In perfecto duce] Insolenter dictum pro *perfecto duci*,

finationem temeritatemque convenire arbitrabatur. Crebro itaque illa iactabat:

Σπεῦθε βραδέως.

Et,

Ἄσφιλῆς γάρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασύς στρατηλάτης.

Et, *Sat celeriter fieri, quidquid fiat satis bene.* Prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi quum maior emolumentum spes, quam damnum metus ostenderetur. Nam, *minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes,* aiebat, *esse aureo hamo piscantibus; cuius abrupti damnum nulla captura pensari possit.*

26

Magistratus atque honores et ante tempus, et quosdam novi generis perpetuosque cepit. Consulatum vicesimo ætatis anno invasit, adnotis hostiliter ad Urbem legionibus, missisque, qui sibi nomine exercitus deposcerent: quum quidem, cunctante Senatu, Cornelius Centurio, princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere: *Hic faciet, si vos non feceritis.* Secundum consulatum post novem annos, tertium anno interiecto gessit; sequentes usque ad undecimum continuavit: multisque mox, quum deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est, septendecim annorum intervallo, et rursus tertiumdecimum biennio post ultro petiit, ut Caium et Lucium si-

ant in perfectum ducem. Sic est etiam apud Ciceronem Nat. Deor. 2. 29., sed et illam locum vitiosum putant. Eæt. *Conventio* absolute positum:

mi dicitur placet, laudatur, in duce etc. sæpe duplicem constructionem tenunt verba pro vario modo notionis eorum capiendæ.

lios amplissimo praeditus magistratu, suo quemque atrocino deduceret in forum. Quinque medios consulatus a sexto ad undecimum annos gessit: ceteros, aut novem, aut sex, aut quatuor, aut tribus mensibus: secundum vero, paucissimis horis. Nam die Kalendarum Ianuarii, quum mane pro aede Capitolini Iovis paululum curuli sella praesedisset, honore abiit, suscepto alio in locum suum. Nec omnes Romae, sed quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo, octavum et nonum Tarracone, iussit.

Triumviratum reipublicae constituendae 27
per decem annos administravit: in quo restitit quidem aliquamdiu collegis, ne qua fieret proscriptio, sed incoeptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in multorum saepe personam per gratiam et preces exorabilibus, solus magno opere contendit, ne cui parceretur: proscriptisque etiam C. Toranium tutorem suum, eundemque collegam patris sui Octavii in aedilitate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit: Quum peracta proscriptioe M. Lepidus in Senatu excusasset praeterita, et spem clementiae in posterum fecisset, quoniam satis poenarum exactum esset; hunc e diverso professum, ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera: in cuius tamen pertinaciae poenitentiam postea T. Viniam Philopoemenem, quod patronum suum proscri-

Cap. 27. *In multorum personam — exorab.*] Ita Tib. c. 13. extr. Item, ne hunc usum minus antiquum putes,

Nepos Pelop. c. 5. *Numquam is animo placari potuit in eum.* Conf. Gronov. ad Liv. 8, 55.

ptum celasse olim diceretur, equestri dignitate honoravit. In eadem hac potestate multiplici flagravit invidia. Nam et Pinarium, Equitem Romanum, quum concionante se admilla turba paganorum, apud milites subscribere quaedam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram confodi imperavit: et Tedium Afrum, Consulem designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpisset, tantis conterruit minis, ut is se praecipitaverit. Et Q. Gallium, Praetorem, in officio salutationis tabellas duplices veste tectas tenentem, suspicatus gla-

Equestri dign. honoravit] Sic rescripsi ex codd. et aliorum et nostris omnibus. Vulgo *decoravit*.

Pinarium etc.] Sensus est: quum in concione militari etiam pagani, h. e. togati, non milites, admissi essent, ut eum audirent, Pinarius, qui inter paganos accesserat, et in concione stabat, quaedam subscripsit, i. e. clam notavit; quem sensum verbi asferit Burmannus: quod quum Caesar vidisset, existimaretque, cum malo animo id facere, statim confodi iussit. ERN.

Conterruit] Plures libri habent, quam vulgatum *perterruit*. ERN.

Praecipitaverit] Latinius foret *praecipitaret*. Sic Caes. c. 20. *Lucullo tantum calumniarum metum intecit, ut ad genna ultro sibi accideret*: aliisque innumeris locis. Sed

etiam alterum illud usurpat: *ibid. c. 14. perseveranti necem comminata est, etiam strictos gludios usque eo intentans, ut sedentem una proximi deseruerint*, aliisque locis: in quorum nonnullis variant libri, v. c. supra c. 20. in verbo *interveniret*. Denique *ut is se praecipitaverit*, durus est. An fuit *uti se praec.*? ERN. Non incommode. Sed de Latinitate temporis perfecti, id est h. l. aoristi, non erat dubitandum. Sic enim saepe aoristus aoristum sequitur, etiam apud Ciccionem, ut Brut. c. 15., ut paullo ante hoc ipso cap. *statuisse ut reliquerit*, et saepe alibi apud optimos scriptores. significatione verbi illud vel postulante vel ferente, non tam variandi causa.

Q. Gallium, Praetorem] Qui Q. Gallium faciunt eum, quem Cicero defendere reum

dium occulere; nec quidquam statim, ne aliud inveniretur, ausus inquirere, paullo post per Centuriones et milites raptum e tribunali, fervilem in modum torsit: ac fatentem nihil, iussit occidi, prius oculis eius sua manu effossis: quem tamen scribit colloquio petito insidiatum sibi, coniectumque a se in custodiam, deinde Urbe interdicta dimissum, naufragio vel latronum insidiis perisse. Tribuniciam potestatem perpetuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit et morum legumque regimen aequè perpetuum: quò iure, quanquam sine censuræ honore, censum tamen populi ter

de ambitu. Brut. 80., toto caelo errant. Ciceronianus Gallius iam praeturam petiit paullo ante Consulem Ciceronem, et in ea de ambitu accusatus est: quis ergo eum demum Praetorem fuisse credat principio triumviratus Augusti? Diverfus igitur est hic Q. Gallius a Ciceroniano, ut vidit Torrentius. Eux.

Oculis, — effossis] Coniecerunt nonnulli, *effusis*, i. e. cecidit, excussis. Credibilis enim esse, Augustum Gallio per vehementem manus illisionem excussisse oculos, quam ferro aliove instrumento de industria eruisse: comparant etiam Tib. c. 53. et alia exempla. Res sane est talis, ut aliquis ambigere possit: praegravat tamen librorum plerumque omnium

fides; ac potuit Augustus fecisse aliquid minus credibile, quod hanc ipsam ob causam h. l. referri debuit.

Tribuniciam potestatem] Tirones, ut sciant, qualis illa Augusti Tribunicia potestas fuerit, legant Tac. Ann. 1, 2. Teneant porro annos Tribuniciae potestatis duci a die XXVII. Iunii: primūque susceptam esse a. U. DCCXXXI. undecimo consulatu, ut docet, praeter Dionem, lib. 53. c. 32., numus apud Mediobarb. Cf. Noris. Cenotaph. Pisan. p. 262. Eux.

Collegam] Sed non nisi e sua domo, et eos, qui sibi mortuo succedere possent. Eux.

Sine censuræ honore] Ut dominandi libido lateret, essetque minus invidiosum. Eodem

egit: primum ac tertium cum collega, medium solus.

28

De reddenda republica bis cogitavit: primo post oppressum statim Antonium, memor, obiectum ab eo sibi saepius, quasi per ipsum staret, ne redderetur: ac rursus taedio diuturnae valetudinis: quum etiam magistratibus ac Senatu domum accitis Rationarium imperii tradidit. Sed reputans, et se privatum non sine periculo fore, et illam plurimum arbitrio temere committi, in retinenda perseveravit: dubium, eventu meliore, an voluntate. Quam voluntatem quum prae se identidem ferret, quodam etiam edicto his verbis testatus est: *Ita mihi salvam ac sospitem rempublicam sistere in sua sede liceat, atque eius rei fructum percipere, quem peto, ut optimi status auctor dicar: et moriens ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta reipublicae, quae iecero.* Fecitque ipse se compotem voti, nisi omnimodo, ne quem novi status poeniteret. Urbem neque pro maiestate imperii ornatam, et inundationibus

modo Caesar Praefectus tantum moribus fuit (Cic. ad Div. 9, 29.), ne invidiosum esset, omnes honores unum tenere, si Dictator, Consul et Centor esset. ERN.

Cap. 28. *Rationarium imperii* etc.] In quo scriptum erat, quae legiones militesque sub signis, quae, et quantae classis, et ubi essent, denique quantum pecuniae in aerario esset. Hoc dicere visum est,

quia vidi, Scholae magistrum non indoctum male explicasse titonibus. ERN.

Perseveravit] Suadente imprimis Maecenate, cuius rationes copiose refert Dio Cassius lib. 53. ERN.

Novi status] H. e. ut hodie, nec male, loquuntur, novae imperii formae, quam ipse induxisset. ERN.

Neque pro] Multi codd. et edd. *namque*; in qua lectione

incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, ut iure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam latericiam accepisset. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam in posterum praestitit.

Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel praecipua, forum cum aede Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Iovis in Capitolio. Fori exstruendi causa fuit hominum et iudiciorum multitudo, quae videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis aede, publicatum est, cautumque, ut separatim in eo publica iudicia et sortitiones iudicum fierent. Aedem Marti bello Philippensi, pro ultione paterna suscepto, voverat. Sanxit ergo, ut de bellis triumphisque hic consuleretur Senatus: provincias cum imperio petaturi hinc deducerentur: quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Pa-

desideratur non. Librarios offendit neque, quum sequatur et. Sed eius rei exempla plura reperiuntur, alibi notata. ERN.

Cap. 29. Fori exstruendi] Latinis dicitur exstrui forum, quia basilicis, templis, ornatur et circumdatur. Quod innotendum duxi, ne tirones e nostra ratione iudicantes de Romana, in hac loquendi forma haereant. Cf. infra in Domit. c. 5. ERN. Conf. Vitruv. 5, 1. cum nota cl. Rodii.

Publicatum] Edicto, cuius mentio infra c. 31. ERN.

Aedem Marti] Membris, in quibus erat Martis, accedit Guelf. 2. Quem genitivum merito praefert Oudend. tum propter exempla huius usus satis multa (cf. ad Demosth. Lept. p. 289.) tum quia aedem est modo memoratam aedem.

Hinc] Non, ut olim, e Capitolio, paludati exirent Urbe. ERN.

Deducerentur] Dixit, quia amici et clientes solebant ab-

latinae domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari a deo haruspices pronuntiarant. Addidit porticus cum bibliotheca Latina Graecaque: quo loco iam senior saepe etiam Senatum habuit, decuriasque iudicum recognovit. Tonanti Iovi aedem consecravit, liberatus periculo, quum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur praelinxisset, servumque praelucentem exanimasset. Quaedam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris sororisque, fecit: ut porticum basilicanque Caii et Lucii: item porticus Liviae et Octaviae, theatrumque Marcelli. Sed et ceteros principes viros saepe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis, vel novis, vel relictis et excultis, Urbem adornarent. Multaque a multis exstructa sunt: sicut a Marcio Philippo aedes Herculis Musarum: a L. Cornificio aedes

euntes prosequi, pro quo etiam *deducere* dicitur. ERN.

Addidit porticus] Praetuli *addidit* vulgariori *additum*, quia et plures libri scripti habent, et in monumento Ancyrano *porticus* plurali numero dilerte memorantur. ERN.

Recognovit] Id olim Praetoris fuit. Sed quia potentiae pars, iudicia in potestate habere et regere, id quoque ad se Augustus traxit: quod sequentes Caesares imitati sunt; unde recognitio decuriarum in acturum commemoratur a Suetonio pluribus locis. ERN.

Servumque praelucentem]

Faces s. funalia gerentem. Fuit hic servus ex genere *lampadariorum*, de quibus vide Fabretti Inscriptt. c. 4. p. 335.

Caii et Lucii] Vulgo *Lucii et Caii*, praeposito ordine aetatis, praeter morem aliorum auctorum et nostri c. 26. etc. Rectum ordinem firmat Longol. et alii codd.

Herculis Musarum] Ita etiam in numis vocatur Hercules *Μουσικήτης*. Marcium autem, huius templi auctorem, non esse vitricum Augusti, docuit Massonus in vita Ovidii ad a. U. 767. ut iam notavit Burmannus. ERN.

Dianaë: ab Asinio Pollione atrium Libertatis: a Mmuatio Planco aedes Saturni: a Cornelio Balbo theatrum: a Statilio Tauro amphitheatrum: a M. vero Agrippa complura et egregia.

Spatium Urbis in regiones vicosque divi- 30
fit: instituitque, ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magifiri e plebe cuiusque viciniaë lecti. Adverfus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est. Ad coercendas inundationes alveum Tiberis laxavit ac repurgavit, completum olim ruderibus, et aedificiorum prolapsionibus coartatum. Quo autem facilius undique Urbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas, refecit; easque et ceteras opulentissimis donis

Atrium Libertatis] De eotirones consulant Neapolim ad Ovid. Fast. 4, 623. ERN.

Cap. 30. *Annui*] Non omnes, sed Aediles, Tribuni et Praetores, ut tradit Dio lib. 55. p. 634., qui etiam docet, in XIV regiones Urbem descriptam esse: totidemque *excubiac*, h. e. stationes vigillum, *Corps de Garde*, fuerunt. ERN.

Aedificiorum prolapsionibus] Alii lectionem codd. quorundam *prolationibus* praeferrunt, quod et edidit Oudendorpius. Desidero exempla aedi-

ficioꝝ in flumina prolatorum. In maria prolata constat, non item in flumina. ERN. Id tamen per se verisimile est, nec cuiusque rei complura supersunt exempla. Contra ipsum hoc vocabulum *prolapsio* hac potestate vix alio exemplo se tuebitur: quod et Perizonius videtur sensisse.

Ex manubiali pecunia] Quae in aedificiis publicis consumi de iure debebat, ut patet e Ciceronis Agraria secunda. Mox pro *utpote qui* edidi ut *qui*, quod est melius et e bonis Mf. ERN.

adornavit: ut qui in cellam Capitolini Iovis sexdecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingentis HS. una donatione contulerit.

31 Postquam vero pontificatum maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit, quidquid faticorum librorum Graeci Latiniq̄ generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit; ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito: condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Annum a D. Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pri-

Gemmasque] Scaliger ad Manil. Astron. 5, 509. ad lacunarium opera musiva datas existimat. Non nego, in lacunariis ornandis gemmas et margaritas usurpatas: sed etiam alios talium rerum usus in templis fuisse, certum est. Nempe alia quoque ornamenta templorum fuisse, in quibus gemmis et margaritis locus: veluti vasa sacra. Sed hic *dona* appellat. hisque adornata templa, dicit Suetonius. Fuerunt ergo ἀνάθημα potius, eadem de causa, atque ad eundem usum, in templis posita, ob quam pretiosa vasa et alia e gemmis et margaritis facta, et ex hostico capta, in templis reposita, ut fragmenta ex Actis trucidatorum, inprimis Pom-

peii, apud Plinium in historia naturali, docent. Hoc mirifice confirmatur monumento Ancyrano: *Dona de manubiis* (sic enim legendum) *in Capitolio et in aede D. Iulii, et in aede Apollinis, et in templo Martis Ultoris, (sen, ut exemplaria habent, Victoris) consecrari* etc. Cf. Cicer. Verr. 4, 30. f., ubi multa de eiusmodi donis ad ornanda templa. ERR.

Cap. 31. *Pontificatum maximum -- auferre*] Nam nemini id sacerdotium adim mos fuit. Dio Cass. 49, 15.

Negligentia] Nempe, in numerandis annis, inter duos intercalares interiecit. Caesar constituerat, ut quinto quoque anno intercalaretur: sed Pom-

stinam rationem redegit: in cuius ordinatione Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus, quia hoc sibi et prius consulatus et insignes victoriae obtigissent. Sacerdotum et numerum et dignitatem, sed et commoda auxit: praecipue Vestalium virginum. Quinque in demortuae locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent; adiuravit, si cuiusquam neptium suarum competeret aetas, oblaturum se fuisse eam. Nonnulla etiam ex antiquis caerimoniis, paulatim abolita, restituit: ut Salutis augurium, Diale flaminium, sacrum Lupercale, ludos seculares et compitalicios. Lupercalibus vetuit currere imberbes: item, secularibus ludis iuvenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. Compitales Lares ornari bis anno iussit, vernis floribus et aestivis. Proximum a diis immortalibus honorem memoriae ducum praestitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque et opera cuiusque, manentibus titulis, re-

tifices anno citius intercalaverant, computato anno superiori intercalari, decepti ambiguitate loquendi. ERN.

Obtigissent] Vide Macrob. l. c. ad c. 17. ERN.

In sortem darent] Ouden-dorpius probat lectionem Mf. Hulf. *daret*, sc. Augustus; i. e. ne inberet filias suas in sortem mittere. Non male quidem: sed *ambire* tamen et sic est pro

rogare, et *ne darent*, ne cogerentur, vel inberentur dare. ERN. *Daret* tamen melius videtur, ob ipsam propriam significationem formulae. Sic et Longol.

Salutis augurium] Fuir, quum dii consulebantur, an salutem populi Rom. ab ipsis petere liceret. Agebatur vero id augurium eo die, quo nullus esset motus militaris, nec

stituit: et statuas omnium triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicavit, professus edicto, *commentum id se, ut illorum velut ad exemplar et ipse, dum viveret, et insequentium actatum principes exigerentur a civibus.* Pompeii quoque statuam, contra theatri eius regiam, marmoreo lano superposuit, translata e curia, in qua C. Caesar fuerat occisus.

32 Pleraque pessimi exempli correxit, quae in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaeque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam exstiterant. Nam et grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa: et rapti per agros viatores, sine discrimine liberi servique, ergastulis possessorum supprimebantur: et plurimae

contra hostem, neque ab hoste. Vide Dion. Cass. 37. 24. et quos ibi laudat Fabric.

Professus edicto] Edicto, quo forum illud situm publicavit, c. 29. *Est bene delevit Oudend.*, et totum hoc cum praecedentibus coniunxit. Eas.

Theatri eius regiam] Latine dixit, quae alias, Graeco verbo, solet appellari *basilica*. Vide Exem. 3. Eas.

Supposuit] Multi codd. habent *superposuit*: quod non est contemnendum, recepitque Oudendorpius. Nam longe utilitatis reperimus, statuas in arcubus poni, ut illam Veris apud Cic. Verr. 2. 65., quam sub arcubus. Sed tamen et

statuae sub arcu positae reperuntur in monumentis antiquis. Eas. In quibus? Lectionem a nobis receptam probabat etiam Ruhnkenius.

Cap. 30. *Pleraque*] Mihi magis placeret lectio Mf. *lyser. pluraque*: ut illud *que*, transitum faciens ab initio, quum non capereat librarii, scripserint, *pleraque*: quomodo alibi etiam peccatum est, ut ostendimus ad Neronem; nisi *pleraque* esset *permulta*, ut *Tiber. ostr.* pluribusque locis. Eas. Unice verum est *pleraque*: parum enim apta h. l. esset particula transitivis. Conf. ad Caes. c. 37.

Supprimebantur] Id etiam

factiones, titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit; ergastula recognovit; collegia, praeter antiqua et legitima, dissolvit; tabulas veterum aerarii debitorum, vel praecipuam calumniandi materiam, exussit; loca in Urbe publica iuris ambigui possessoribus adiudicavit. Diuturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaereretur, nomina abolevit: conditione proposita, ut, si quem quis repetere vellet, par periculum poenae subiret. Ne quod autem maleficium negotiumve impunitate vel mora elaboreretur, triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupa-

ante bella civilia factum, docet exemplum apud Ciceronem pro Cluent. c. 7. EBN. *Supprimere* est celare dolo malo, ne ad dominos redire possent: unde talis occultator in Digg. dicitur *suppressor*. Cf. Tib. c. 8.

Collegia] Atqui iam sublata a Caesare, ut Suetonius tradit c. 42. Sed post mortem eius a seditionis inflaurata erant per turbas publicas. EBN.

Exussit] Disputatur, utrum *excussit*, an *exussit* legendum: hanc lectionem iuvat Dio, qui exultas tabulas tradit. Et quia de veteribus tantum debitoribus dicit. probabilis mihi est, exultas esse. Simile quid de Aureliano tradit Vopiscus c. 39. Itaque nunc id praetuli.

Sed *excussit* Burmannus servavit, quia quum alii codd., tum Memmianus sic habent. EBN. Nimirum ne optimi quidem codd. vitis immunes sunt. *Excussit* et Guelf. 1. habet.

Loca — publica] Habita vulgo adhuc publica, de quibus tamen ambigebatur, an essent populi propria.

Nomina abolevit] E catalogo s. tabulis reorum, in quae delata nomina recipiebantur. EBN.

Honorariis ludis] Quales fuerint, ambigitur. Quia certum dierum numerum iis ademit, ludi statim et solemnes intelligantur, necesse est. Qui autem fuerint, non pro certo dicam. Fortasse, ut *honorarium* opponitur *iusto*, et *legitimo*,

bantur, actui rerum accommodavit. Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quae ducenariorum vocaretur, indicaretque de levioribus summis. Iudices a vicefimo aetatis anno allegit: id est, quinqueennio maturius, quam solebant. Ac plerisque iudicandi munus detrectantibus vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset: et ut solitae agi Novembri ac Decembri mensese res omitterentur.

33 Ipse ius dixit asidue, et in noctem nonnumquam: si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cu-

sic honorarii ludi sunt, qui non antiquis legibus constituti, sed recentioribus temporibus accesserant, ad honorandam memoriam virorum bene meritorum. ERS. Satis probabilia, opinor, attulit Casaub. ad h. l. Conf. Quernei Egreg. c. 8. Hi sunt ludi illi, quos Tac. Agric. c. 6. dicit *inania honoris*, sub Caesaribus grave onus divitum. Similes erant ludi pontificales c. 44.

Actui rerum] H. l. iudiciis et causis agendis, ut contextus facile docet. Aliis locis aliter accipitur. Vide ad Claud. c. 15. ERS.

Ducenariorum] Quod census, qui in iudice spectabatur legendo, eorum esset ducena festertia, maior multo in ceteris iudiciis; nempe idem, qui Senatorum et Equitum, e quibus legebantur. Aliter di-

cuntur *procuratores ducenarii*, Claud. c. 24., nempe a stipendio, quod merebant: quod erant ducena festertia. Haec hodie vel in Lexicis reperiuntur. ERS. Conf. Periz. de L. Vocon. p. 195.

Vicefimo] Vulgo olim legebatur *tricefimo*. Quam lectionem res et necessitas inflit mutare, recepitque etiam Burmannus *vicefimo*, non audiens hic codices et editiones. Recte. Nam legitima aetas ante fuit annus vicefimus quintus. ERS.

Id est — solebant] Pro nota glossatoris habet Oudendorp. Sed eruditior nota est, quam pro ingenio glossatoris. Verba *id est* deleri facile patiar. Post *Ac* bene pro *At* editum est. ERS.

Cap. 35. *Ius dixit*] Quomodo h. l. capiendum sit, vide in Exc. ad Caesaris c. 45. ERS.

bans. Dixit autem ius non diligentia modo summa, sed et lenitate: siquidem manifesti parricidii reum, ne culeo influeretur, quod non nisi confessi afficiuntur hac poena, ita fertur interrogasse: *Certe patrem tuum non occidisti?* Et quum de salio testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas, damnatoriam et absolutoriam, simul cognoscentibus dedit; sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum vel errore inductos constitisset. Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum Praefecto delegabat Urbis; at provincialium consularibus viris, quos singulos cuiusque provinciae negotiis praeposisset.

Leges retractavit, et quasdam ex integro 34
sanxit: ut sumptuariam, de adulteriis et de pu-

Manifesti parricidii reum]
Guelf. 1. et pauci alii, *manifestum*, quod tamen rectius puto.

Praefecto urbano] Praefecto Urbis legendum, receptumque, Praefectori urbano natum esse e compendiarie scriptura PR. URB., recte contendunt Viri docti, Lipsius, Casaubonus, et alii. Postulat enim omnis historia Augusti. Itaque non dubitavi reponere, eodem, ut opinor, iure, quo paullo ante receptum est *vice-simo*. Inconstantiam Virorum doctorum nolimus imitari. *Delegabat* vulgato praefert Oudendorpius: non placet. EBN.

Quos singulos] Non video,

quid velit *70* singulos. Suspiceret fuisse *singulis annis*, si non ante iam *quotannis* esset: nisi forte id a mala manu venit. Quorsum enim *quotannis* Praefecto Urbis mandetur ea res, quae, ex instituto Augusti, pars praefecturae fuit. EBN. Aliud est, delegare *quotannis*; aliud, in *perpetuum*, ut recte animadvertit Oudendorp. Mox id dicitur, quod alias est, *singulos singulis provinciis*; ut c. 46. f. Praeterea cortexi *delegabat* pro *delegavit*, ex meis quoque codd. omnibus.

Cap. 54. *De adulteriis et de pudicitia]* Delevi et ante *de adulteriis*. Alterum et ser-

dicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc quum aliquanto severius quam ceteras emendasset, prae tumultu reculantium perferre non potuit: nisi adempta demum lenitate parte poenarum; et vacatione triennii data, auctisque praemiis. Sic quoque abolitionem eius, publico spectaculo pertinaciter postulante Equite, accitos Germanici liberos, receptosque partim ad se, partim in patris gremium, ostentavit; manu vultuque significans, ne gravarentur imitari juvenis exemplum. Quumque etiam immaturitate sponsarum et matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coartavit; divitiis modum inposuit.

55 Senatorum affluentem numerum deformi et incondita turba, (erant enim super mille,

vandum, quia coniungit legem de publicis cum lege de adulteris, propter similitudinem argumenti. Eas.

Severius — emendasset] Heineccius ad Leg. Papiam Popp. p. 46. putat legendum, *severius mandasset*: quia lex non prius lata fuisset: Augustum potentiae securum, mandasse legem, non rogasse. Hoc est sapere. Inimicis emendata fuit. Suetonius dicitur dicit, leges quasdam ab Augusto retractatas, et ex integro sancitas esse: in hisque numerat legem de maritandis ordinibus: eamque ceteris severius emendatam. Porro *mandare legem* Latini non dicunt. Quando autem

prius lata sit illa lex, quam adeo severo emendavit, non liceat hic disputare. Eas.

Postulante Equite] H. a. ordine Equitum. Sic vulgo saepe loquebantur. Si de uno sermo esset, adderetur *quodam*. Cf. Caes. c. 70.

Immaturitate sponsarum] Hoc ex lege Papia ductum putat Gothofredus ad Cod. Theod. l. de sponsalibus (L. 5. t. 5. n. 4.) Atqui haec illa posterior est lege Pedia. Sed ille ad repertam legem refert, quam *posteriorem* appellat. Eas.

Cap. 55. *Deformi — turba*] Hominum ob malos mores notatorum k notandorum:

et quidam indignissimi, et post necem Caesaris per gratiam et praemium allecti, quos Orcinos vulgus vocabat,) ad modum pristinum et splendorem redegit, duabus lectionibus: prima ipsorum arbitrata, qua vir virum legit: secunda suo et Agrippae; quo tempore exillimatur lorica sub veste munitus ferroque cinctus praesedit, decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus. Cordus Cremutius scribit, ne admissum quidem tunc quemquam Senatorum, nisi solum et praetentato sinu. Quosdam ad excusandi se verecundiam compulsi: servavitque etiam excusantibus insigne vestis, et spectandi in orchestra; epulandique publice ius. Quo autem lecti proba-

ut alibi *turpis* dicitur vel *famosus*. Vide Intpp. ad Ovid. Am. 3, 14, 6.

Orcinos] Sive, ut alii e Memmiano placet, *orcivos*. Plutarchus in Antonio *Χαρωιτης* vocat. Ductum nomen a *libertis orcinis*, quos vocabant, qui testamento manumissi essent. Sic *Senatores orcini* dicti, quos Antonius, velut e commentariis Caesaris, legit. Toupinus ad Suid. T. III. p. 318. mirifice corrigit *Porcinos*. EAN.

Qua vir virum] Sic reposuimus ex Mf. Lyf. pro vulgata *quo*. Sic infra c. 54. *quam vir virum*. EAN. Equidem nihil mutassem. Certe codd. parum fidei habent in tali re. *Arbitratu* quisque suo vir vi-

rum *legere* solebat in delectu militari. unde ducta res.

Excusantibus] Supplent *se*, *perperam*. *Excusatis*, quod vel sine Mf. praeferrendum esset, nostri praesent plerique. Sic Tac. Ann. 11. 25. *Senatus motos dicit et excusatos*. Ius servari non potest alicui, *dum excusati*, sed *quum excusavit*. Sed ortum vitium ex falsa correctione *τοῦ excusantis*, ut est in Quell. 1.

Epulandi publice ius] Non tam de coenis angularibus, Pontificum etc. cepit cum Torrentio, quam de coenis triumphalibus, funebribus, in quibus Senatores separatim epulabantur. EAN. *Coena publica* fuit Senatorum in Capitolio, *Dialis* dicta. Vide Gell. 12, 8

tique et religiosius et minore molestia senatoria munera fungerentur, sanxit, ut prius quam consideret quisque, thure ac mero supplicaret apud aram eius dei, in cuius templo coiretur: et ne plus quam bis in mense legitimus Senatus ageretur, Kalendis et Idibus: neve Septembri Octobrive mense ullos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent: sibi que instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. Sententias de maiore negotio non more atque ordine, sed prout libuisset, perrogabat: ut periunde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quam assentiendum esset.

36 Auctor et aliarum rerum fuit: in quibus, ne acta Senatus publicarentur: ne magistratus deposito honore statim in provincias mitterentur: ut Proconsulibus ad mulos et tabernacula, quae publice locari solebant, certa pecunia constitueretur: ut cura aerarii a Quaelectoribus

Dion. Cass. 43. 52., ubi vide Intpp.

Senatoria munera] Mf. Laf. *senatoriū munere*. Sic libri etiam variant c. 45. in *vicem suam*. Ems.

Non more atque ordine] H. e. non, ut primum Consulibus designatos, consulares deinde etc., nec, ut, quo ordine primum rogasset, eo per totum annum rogaret: hanc enim morem et ordinem fuisse, laus constat. Ems.

Assentiendum] Quod licebat facere verbo his, qui non priori loco interrogarentur. Ems.

Cap. 36. *Proconsulibus*] Praecipuum magistratum posuit pro omnibus, ut post, *mulos et tabernacula* pro universa suppellectili, quae dabatur in provincias ituris, ut nominatim e Cic. Agrar. 2. aliisque locis. Nisi vero res ad Proconsules unice pertinet, quia Legati Caesaris viaticum e silco acciperent fortasse. Ems.

urbanis ad praetorios Praetoresve transiret: ut centumviralem hastiam, quam quaesitura functi consueverant cogere, Decemviri cogere.

Quoque plures partem administrandae rei publicae caperent, nova officia excogitavit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, alvei Tiberis, frumenti populo dividendi, praefecturam Urbis, triumviratum legendi Senatus, et alterum recognoscendi turmas Equitum, quotiescumque opus esset. Censores, creati de-
37
ditos longo intervallo, creavit: numerum Praetorum auxit. Exegit etiam, ut, quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, satis maiestatem eius imminui, quod honorem quum non solas, sed cum altero gereret.

Nec parcius in bellica virtute honoranda, super triginta ducibus iustos triumphos, et ali-
38
quanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. Liberis Senatorum, quo celerius reipublicae adhaerescerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, et curiae inter-

Centumv. hastiam — cogere] I. e. convocarent, adeoque praesiderent, ut dicitur *cogere concilium, Senatum* etc. Nam *centumviralis hasta* est pro ipso iudicio, cuius insigne erat hasta publica.

Cap. 57. *Gereret*] Lectio *ageret*, quam Burmannus non improbat, est in Ms. Lys. Ern. Mendose.

Cap. 38. *Iustos triumphos*] *Intellige*, non legitimos, et e lege propter meritum decre-

tos, sed in quibus iusti triumpho apparatus esset. Ern.

Ornamenta triumphalia] Ut ius laureae gellandae, potior locus in spectaculis, et alia his similia. Vide Panvin. L. V. Fal. p. m. 461. Ern.

Protinus virilem togam] In hoc saepe haesi. Quidam libri *protinus virili toga*, unde Casaubonus corrigit a *virili toga*. Possis et *cum virili toga*. Venit et in mentem: *protinus ut virilem to-*

esse permittit: militiamque auspiciantibus non tribunatum modo legionum, sed et praefecturas aliarum dedit: ac ne quis expertus castrorum esset, binos plerumque laticlavios praeposuit lingulis alis. Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more transvectionis. Sed neque detrahi quemquam in transvehendo ab accusatore passus est; quod fieri solebat: et senio vel aliqua corporis labe insignibus permittit, praemisso in ordine equo, ad respondendum, quoties citarentur, pedibus venire: mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui maiores annorum quinque et triginta retinere eum nollent.

59 Impetratisque a Senatu decem adiutoribus, unumquemque Equitum rationem vitae reddere coegit: atque ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit: plures admonitione, sed varia. Lenissimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarum, quos taciti et ibidem statim legerent. Notavitque aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fenore collocassent.

gam, et latum clavum etc. In hac forma ut facile excidere potuit, quum et *protinus* ut non vulgare esset. ERN. Oudendorp. scribendum putabat *protinus virili a toga et latum cl.*, cui assentitur Rubin. Unus quoque ex notatis codd. habet *virili toga*.

[*Laticlavios*] Equites illustres, et, quam nondum Sena-

tores essent. lati clavi iure donatos. ERN.

[*Reddendi equi gratiam fecit*] H. l. *gratiam facere* est potestatem concedere; non, ut plerumque usurpatur, remittere necessitatem. Sed illius quoque significationis exempla asseruntur ex Plauto et aliis.

Cap. 39. *Poena* — *notavit*] Ad *poenam* intell. *affecit*, nominissima figura zengmatica.

Comitiis tribuniciis, si deessent candidati 40 Senatores, ex Equitibus Romanis creavit: ita ut, potestate transacta, in utro vellent ordine, manerent. Quum autem plerique Equitum, attrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent, metu poenae theatralis; pronuntiavit, non teneri ea, quibus ipsis parentibusve equester census unquam fuisset. Populi recensum vicatim egit: ac, ne plebs frumentationum causa frequentius ab negotiis avocaretur, ter in annum quaternum mensium tesseras dare destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cuiusque mensis acciperet. Comitiorum quoque pristinum ius reduxit: ac multiplici poena coercito ambitu, Fabianis et Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula millia nummum a se dividebat. Magni

Cap. 40. *Senatores*] Quibus tum solis ius petendi tribunatus. Vide c. 10. ERN.

Sui cuiusque mensis] Scil. tesseras frumentarias. Cf. ad Caes. c. 79. Cave corrigas *suam cuiusque m.* Nam quaternorum mensium tesserae opponuntur cuiusque mensis tesseris; ut potius intelligendum sit *suam* seu *suas cuiusque m.* Sed genitivus *cuiusque* in tali structura pendet a pronomine *sui*, quemadmodum nominates loquuntur, *eines jeden sein Monat*. Conf. ad c. 66. Neque id. in concursu geniti-

vorum offendere debet. Ceterumymbola ista ex ligno vel plumbo erant, quibus acceptis plebs ad horrea publica ibat frumentum petitura. Vide Lips. Elect. 1, 3. et Schott. N. Cic. 2, 6.

Comitiorum q. pristinum ius reduxit] Nempe, quale Iulius Caesar instituerat. Dudum docuere Viri docti. ERN. *Pristinum* dixit, ut modo *veterem consuetudinem*, id quod ante novissima bella civilia obtinuerat.

Fabianis et Scaptiensibus] Duas tribus habuit, quia duos

praeterea existimans, sincerum, atque ab omni collatione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum, et civitatem Romanam parcissime dedit, et manumittendi modum terminavit. Tiberio pro cliente Graeco petenti rescripsit: *Non aliter se daturum, quam si praesens sibi persuasisset, quam iustas petendi causas haberet.* Et Liviae pro quodam tributario Gallo roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit, affirmans, *Se facilius passurum, fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romanae vulgari honorem.* Servos non contentus multis difficultatibus a libertate et multo pluribus a libertate iusta removisse: quum et de numero et de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset, hoc quoque adiecit, ne vinctus unquam tortusve quis ullo libertatis genere civitatem adipisceretur. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pollatorum turba indignabundus et clamitans *En!*

Romanos rerum dominos, gentemque togatam,
negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac

patres. Conf. c. 56. ERN. In Scaptia natus erat; in Fabiam erat adoptatus.

Libertate iusta] H. e. quae ius civitatis haberet, quae libertas optimo iure dicitur, accipiturque vindicta, censu, et testamento. A M. Lyet. verba, *et multo pluribus a libertate*, abstant, item aliis que

busdam, solito errore librarium, media inter idem verbum bis positum transsilientium. ERN.

En, ait] Posterius verbum, a Gron. abiectum, mei quoque omnes codd. omittunt. Itaque post verbum mox maiorem distinctionem fustuli. Vitium iam iudicavit Perizonius.

paterentur in foro circove, nisi positus lacer-
nis, togatum consistere.

Liberalitatem omnibus ordinibus per oc- 41
casiones frequenter exhibuit. Nam et invecta
Urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam
copiam nummariæ rei effecit, ut senore di-
minuto plurimum agrorum pretiis accesserit.
Et postea, quoties ex damnatorum bonis pe-
cunia superflueret, usum eius gratuitum iis,
qui cavere in duplum possent, ad certum tem-
pus indulgit. Senatorum censum ampliavit; ac
pro octingentorum millium summa duodecies
lestertio taxavit, supplevitque non habentibus.
Congiaria populo frequenter dedit, sed diver-
sæ fere summae: modo quadringenos, modo
trecenos; nonnumquam ducenos quinquagenos-
que nummos. Ac ne minores quidem pueros
praeteriit, quamvis nonnisi ab undecimo ae-
tatis anno accipere consueffent. Frumentum
quoque in annonæ difficultatibus sæpe levissi-
mo, interdum nullo pretio, viritim admensus
est, telferasque nummarias duplicavit.

Sed ut salubrem magis quam ambitiosum 42
principem scires, querentem de inopia et ca-

Foro circove] Nam his duo-
bus locis homines convenire,
circularique solebant, ut Tor-
rentius pluribus demonstrat.
Similiter *forum et circus* iun-
guntur ap. Horat. Sat. 1, 6. ERN.
Et apud alios sæpe. Hic ta-
men longe praestiat *circave*. ut
est in Memm. paucisque aliis,
etiam meo, quam eodem allu-
dat Guelf. 1. *curiave*. Palla-

tos enim ne ludis quidem pro-
hibuit Augustus, nedum circo;
nec in circo conciones habe-
bantur, ut bene vidit Oudend.

Cap. 41. *Duodecies*] Dio
habet *decies*. Utrumque con-
ciliat, et de diversis temporibus
intelligendum docet Perizonius
de lege Voconia p. 174. ERN.

Cap. 42. *Salubrem magis*] H. e. qui magis ea faciat, quae

ritate vini populum severissima coercuit voce: *Satis provisum a genero suo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines sitirent.* Eidem populo, promissum quidem congiarium reposcenti, *Bonae se fidei esse,* respondit: non promissum autem flagitanti, turpitudinem et impudentiam edicto exprobravit: affirmavitque, non daturum se, quamvis dare destinarat. Nec minore gravitate atque constantia; quum proposito congiario multos manumissos intertosque civium numero comperisset, negavit, accepturos, quibus promissum non esset: ceterisque minus, quam promiserat, dedit; ut destinata summa sufficeret. Magna vero quondam sterilitate, ac difficili remedio, quum venalicias et lanifiarum familias, peregrinosque omnes, exceptis medicis et praeceptoribus, partemque servitorum, Urbe expulisset: ut tandem annona convaluit, *impetum se cepisse,* scribit, *frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agro-*

publice utilia sunt, quam, quae populo grata. Eux.

Coercuit voce] Sic Memm. et alii multi, etiam nostri. Glossae sunt in aliis, *oratione, hortatione.*

Reposcenti] Quod Burmannus particulam *re* vehementiam indicare docet, argutius est, quam verius. Argenteae aetatis est consuetudo, aurcae extremis iam coepta, illa composita cujus particula *re* pro simplicibus ponere. Apud Horatium quidem plura exempla.

Sed de hoc infra pluribus ad c. 78. Eux. Conf. Duker. ad Flor. 2. 15. p. 392. et Ruhnk. ad Rutil. p. 37. At non omnibus verbis communis ille usus putari debet, ne apud poetas quidem.

Magna — quondam] Codd. Lysler. Periz. et edd. antiquae *quadam.* Id alicui magis placeat. Sic Caes. c. 77. recte *quondam* levatum, non *quondam*; et est pronomen illud valde familiare Suetonio. Sed tamen et alibi *quondam* sic ponit-

rum cessaret: neque tamen perseverasse; quia certum haberet, post se per ambitionem quandoque restitui. Atque ita posthac rem temperavit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi rationem duceret.

Spectaculorum et assiduitate et varietate, 43
atque magnificentia, omnes antecessit. Fecisse ludos se, ait, suo nomine quater, pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non suffi-

tur. ERN. *Quondam est in meis Mss. omnibus, item plerisque aliorum. Pronomen h. l. inepte abundaret, item Domit. c. 7.*

Posse per — restitui] Mf. Vindob. *post se*, quod merito placet Oudendorpio. *Posse* non convenit verbis *certum haberet*. Fraudem fecit *restitui* pro futuro, cuius et alia exempla sunt, praefertim in passivo. ERN. Ita mihi certa videbatur Vindob. lectio, ut in textu repone-
re non dubitarem.

Negotiantium] Non omnes negotiatores intelligendi cum Casaubono, sed tantum *fragmentarii*, quorum saepe mentio apud veteres. Add. Tacit. Ann. 2, 87. ERN. Paulo ante ex uno duobusve codd. correxi *posthac* pro vulg. *post haec rem*, ubi Viros doctos recte offendit adverbium *post* sic accusativo praepositum.

Rationem deduceret] Defendit Gronovius Obs. 2, 10. *deducere* dici pro *ducere*. Sed

exempla non satis similia sunt huic. Credo, etiam recte dici, *rationem deducere*, simpliciter, ita, ut *carmen deducere*, et alia. Nec dubito, *deducere* interdum dici pro *ducere*. Bis apud nostrum est, *thensas deducere* pro *ducere*. Sed hoc non quaeritur, opinor: verum, an dici possit: *rationem deducere alicuius*; quod nego, omninoque puto legendum: *duceret*. Etiam in Vespas. c. 1. pro *uxore ducta* codex Copefianus habet *deducta*. Ibid. c. 4. *deditio*. pro *ditio*. Probavit Oudendorpius. ERN. Et Ruhnkenius. Incredible est, in uno quodam exemplo scriptorem recedere a constantissimo usu loquendi.

Cap. 43. *Aut*] Haec haud dubie ducta sunt, ita ut sequentia de muneribus et nau-machia, e movimento, quod hodie Ancyranum vocamus. ERN. Ad *quater* intell. iam *victes*, ut in ipse Lapide, quem vide

cerent, ter et vicies. Fecitque nonnumquam vicatim, ac pluribus scenis per omnium linguarum histriones: [munera] non in foro modo, nec in amphitheatro, sed in circo et in septis; et aliquando nihil præter venationem

tab. 4. Certè nullo modo verisimile est, quater omnino scenicos ludos ab Aug. factos esse, quod Oudendorpio placere reperio, quum Lipsius olim et Calaub. acutius vidissent.

Non in foro modo] Miror, corruptionem huius loci neminem Interpretum, aut doctorum Virorum, quod ego quidem sciam, animadvertisse. Nempe omissum est absque dubio verbum *munera*. Etenim ludi scenici, de quibus ante sermo, non in foro, nec amphitheatro, nec septis edebantur; sed gladiatorii, vide Tiber. c. 7. quæ proprie *munera*. Etiam verba, *aliquando nihil præter venationem*, hoc desiderant. Venatio est pars, et genus muneris. Accedit monumenti Ancyranæ auctoritas: *Munus gladiatorium* (sic Paulus Lucas legit in illo monumento, tantum detricta prima syllaba *mu*) *dedi meo nomine, et quinquiens filiorum meorum et nepotum nomine: quibus muneribus pugnaverunt — — — post lacunam: Venationes bestiarum Africanarum meo nomine, aut in foro, aut in amphitheatris*

etc. Adde locum similem in Cæsare c. 59., ubi primo loco sunt *munera*. Itaque non dubitavi in textum recipere; nec quisquam poterit reprehendere: adeo certa et evidens emendatio est. Secutus est exemplum nostrum Oudendorpius. Eux. Eandem coniecturam sibi quoque in mentem venisse affirmat Oudendorpius; multoque ante prodita erat ex Perizonii lectionibus academicis. Ac ducunt ad eam plures loci eiusdem generis, ut Tiber. c. 7. Calig. c. 18. Ner. 11. etc., atque ipsa res et consuetudo loquendi, contra quam *ludi* vulgo male dicuntur de spectaculis. Nihil tamen incertius est, quam unam tantum vocem *munera* deesse: immo gravius et vetustum ulcus hic videtur latere, hodie nullo ingenio sanabile. Quippe in vulgata lectione loci conspiciant plurimi codic., nisi quod Meun. præbebat hæc: *sed et in circo in septis nihil unquam præter venationes edidit athletasque exstr.* etc. Nostri autem, et alii multi, *athletas quoque.*

Nihil præter venationem

edidit; athletasque exstructis in campo Martio sedilibus ligneis; item navale proelium circa Tiberim cavato solo: in quo nunc Caesarum nemus est. Quibus diebus custodes in Urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In circo aurigas cursoresque et confectores serarum, et nonnumquam ex nobilissima inventute, produxit. Sed et Troiae lusum edidit frequentissime, maiorum minorumque puerorum delectu: prisci decorique moris existimans, clarae stirpis indo-

edidit] Lectio altera, quae nec Burmanno displicebat, atque etiam in Mf. Lys. reperitur: *dedit* h. l. aprior est e vulgari lectione. Sermo est enim de liberalitate: et sequentia, *athletas quoque*, requirunt *dedit* magis, quam *edidit*. Sed restituto τῶν munera, *edidit* eo referendum iurimur: quamquam et de his *dare* dicitur Tiber. c. 7., nisi malis ad *fecit* referre *munera*. ERN. Verum videtur *edidit*; et falsa sunt, quae de discrimine utriusque verbi notantur. Cap. 45. est *gladiatores edere*, sicut h. l. *athletas*. Iam hoc omnino dicit Auctor: quatuor locis munera edidisse Augustum, aliquando tamen pro munere nihil praeter venationem, aut athletas, aut naumachiam. Ceterum corr. fortasse, *sed aliquando*.

In quo nunc Caesarum nemus est] Totidem verbis hoc

est in monumento Ancyrano. Casaubono videtur τὸ nunc male inde repetitum, quod Suetonii temporibus Caesarum nemus non amplius exstabat. Vide Galb. c. 1. Plin. 15. 30. Sed, opinor, nomen restabat, re sublata, ut ibidem: *ut hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur*, quoniam illae gallinae, e quibus nomen acceperat, interissent. Sane non videtur Suetonii, tam diligens scriptor, in hac tam nota re ita negligens fuisse. Similiter *lacus Curtius* non amplius erat, et tamen adhuc locus, ubi fuerat, sic nominatur c. 57. ERN.

Confectores serarum] Ἀντιθέτας, occisores, Glossae interpretantur. De his vide Scallig. ad Manil. Astron. p. 236. et Valesium ad Euseb. Hist. Eccl. 4. 15. ERN.

Matorum minorumve puerorum] Minores sunt annorum 14, inde maiores usque ad

lem sic notescere. In hoc ludicro C. Nonium Alprenatem, lapsu debilitatum, aureo torque donavit: passusque est, ipsum posterosque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Asinio Pollione oratore graviter invidioseque in curia questo Aefernini nepotis sui casum, qui et ipse crus fregerat. Ad scenicas quoque et gladiatorias operas, etiam Equitibus Romanis aliquando usus est: verum prius quam Senatus consulto interdiceretur. Postea nihil saue, praeterquam adolescentulum Lucium honeste natum, exhibuit: tantum ut ostenderet, quod erat bipedali minor, librarum septemdecim ac vocis immensae. Quodam autem muneris die, Parthorum obsides, tunc primum missos, per mediam arenam ad spectaculum induxit; superque se subsellio secundo collocavit. Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid invisitatum, dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare: ut rhinocerotem apud septa; tigrim in scena; anguem quinquaginta

a. 18. Illo anno finiebatur *pubertas*, hoc *plena pubertas*, imprimis apud Ictos veteres.

Debilitatus] Est, qui pedem confregit, ut sequentia docent. ERN.

Effregerat] Cod. Memmianus optimus habet *fregerat*; quod usitatus. Mihi *effregerat* suspectum factum est, quia saepe reperi libentarios illam primam syllabam verbis simplicibus addidisse, et v. c. imprimis *efficere* pro *facere*, *effugero*

pro *fugere* dedisse. Infra c. 67. idem verbum vitiosum esse, post videbimus. Itaque Oudendorpium imitatus *fregerat* dedi. ERN.

Lucium] Longol. *Licium*, alii *Litium* vel *Lycium*. Placet maximo coniectura Torrentii. *L. Itium*; certe nomen in textu corruptum est. Nec male Guelf. 1. hoc ordine, *L. adolescentem*.

Invisitatum] Sic Longol. cum Memm. olim *invisitatum*,

cubitorum pro comitio. Accidit votivis circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, thesas deduceret: rursus commissione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, evenit, ut laxatis sellae curulis compagibus caderet supinus. Nepotum quoque suorum munere, quum consternatum ruinae metu populum retinere et confirmare nullo modo posset, transiit e loco suo, atque in ea parte confedit, quae suspecta maxime erat.

Spectandi confusissimum ac solutissimum 44 morem correxit ordinavitque, motus iniuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos confessu frequenti nemo receperat. Facto

frequenti confusione: Nam, ut ambiguum vocis *invisus* vitaretur, illud sensum frequentari a scriptoribus coepit.

Thestas deduceret] Vide ad c. 42. Similiter est Vespas. c. 5., ubi tamen de coniectura emendare tentavi, atque etiam hic *duceret* legendum videtur. ERN. Nemini hoc placebit. *Deductionis* vocabulum prope videtur in tali re proprium fuisse.

Cap. 44. *Per celeberrimos ludos*] Qui ludi illi fuerint, non quaeram. Neque est necessarium, ad contextum intelligendum. Verum possint alicui suspecta esse verba, *frequentu confessu*: quibus explicatur epitheton ludorum, *celeberrimos*. Etenim *celeberrimi ludi* sunt, in quibus fre-

quens est spectatorum confensus: ut c. 1. *celeberrima pars oppidi*, et in Vitell. c. 8. *celeberrimus vicus*, Ovid. Amor. 3. 5. 3. *celeberrimus ilice locus*, ut alia loca taceam aliorum scriptorum. Sed magis inclino in eam partem, ut per pleonasmum ab ipso Suetonio addita illa verba sint; ut hoc conspectior iniuria fieret et contumelia Senatori facta. Sic mox c. 46. *quodam modo pro parte aliqua*: ubi tamen facilius concesserim, *quodam modo* esse glossema, ut visum Lipsio. ERN. Ludi possunt esse *celeberrimi*, neque tamen tum maxime, quum quis venit, *frequens confessus*: ut saepe *desertae* sunt partes urbium *celeberrimae*.

Facto igitur decreto] In

igitur decreto patrum, ut quoties quid spectaculi usquam publice ederetur, primus sublielliorum ordo vacaret Senatoribus: Romae legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra confidere; quum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem se crevit a populo: maritus e plebe proprios ordines assignavit: praetextatis cuneum suum, et proximum paedagogis: sanxitque, ne quis pullatorum media caeva sederet. Feminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit solis. Virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, et contra Praetoris tribunal dedit. Athletarum vero spectaculo muliebrem secus omnes adeo submovit, ut

vulgatis libris punctum est post *Senatoribus*. In qua interpolatione imperfecta est sententia: nec est, ad quod referatur τὸ *facto Scto*. Ergo colon esse debet post *Senatoribus*. Sensus est: quum ergo Senatus consulto cavisset, ne talis iniuria usquam posthac accidere Senatori posset, etiam Romae quaedam in spectandi modo mutavit: primum de legatis etc. ERN.

Proprios] Venit in mentem, legere *propiores*, quod honorificentius. Si *proprios* legitur, eandem rem rei dixit, quum uno verbo desungi potuisset. Et inesse debet aliquid honoris, quod in vulgato non est. ERN. Minime probabilis coniectura.

Solis] I. e. separatis a confessu virorum: non promiscue sedentibus. ERN.

Contra Praetoris tribunal] Id erat in podio, hoc est, prima et honoratissima spectaculorum parte, in cuius medio principes sedebant. In tribunali autem, h. e. loco editiori, sellam curulem collocat, honoris causa, quia magistratus est, atque adeo ludis interdum praestit. Vide c. 43. ERN.

Muliebrem secus omnes] Sic Memm., Cuiac. alique veterum codices: unde voluit referri Gronovius ad Liv. 26. 47., probante Graevio, *muliebrem secus omnes*, quod etiam, sicut ipsam hanc dicendi formam, defendit ibi Dra-

Pontificalibus ludis pugilum par postulatam distulerit in infrequentis diei matutinum tempus; edixeritque, *Mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere.*

Ipsæ circenses ex amicorum fere libertorumque coenaculis spectabat, interdum 45

kenborchius, sed ut in eam sententiam inclinet, quæ *muliebre secus* accusativum faciat, qui Graeco more adiunctus sit τῶν omnes, non genitivus. ut placet Gronovio. Itaque dedimus, ut est in libris, et e legibus criticis fieri debet, *muliebre secus*, sed *omne*. ERN. Codd. plerique, *muliebrem sexum omnem*, ex usu polterioris et barbaræ ætatis. Veteres dicebant *omnes muliebre secus*, i. e. κατὰ *secus*, ut accusativus *omne genus* et similia ponuntur. Exempla observationis nunc vulgo traduntur in Lexicis, etiam Schelleri; qui tamen optima quæque, a Forcellino accepta, ineptis iudiciis suis corrumpit. Tu præter Gronovium conf. Ouden-dorp. ad Frontini 1, 2, 6. *Omnes virile secus.*

Pontificalibus ludis] Quos, adito pontificatu M. post Lepidi mortem, edidit. ERN.

Par postulatam] Verbum proprium in ludis gladiatorii, quum populus aliquem depugnantem spectare cupit. Conf. Calig. 30. etc. ERN. Nempe principes ipsi fere peculia-

res gladiatores alebant, ceteris præstantiores arte, ornatu, viribus, quos populus sæpe postulabat, tamquam muneris auctarium et ornamentum; ex quo *postulati* dicti sunt. Vide Lips. Saturn. 2, 16. vel Grut. ad Senec. Ep. 7.

Cap. 45. *Libertorumque coenaculis*] Noli in ipso circo quaerere, ut facit Casaubonus, inductus a Dionysio, quæ in superiori parte circi multas οἰκίσεις fuisse, tradit. Nam, eas dicit fuisse ἐξωθεν, non, aream circi versus. Neque credibile, Cælaris libertos, homines locupletes, ibi habitasse. Meretrices fere aliique eiusmodi viliores homines conducere solebant. Dio Cassius lib. 57. p. 609. idem de Tiberio referens, dicit, eum spectasse ex libertorum alicuius οἰκίσεως, aedibus. Suetonius, autem nominat *coenacula* summam aedium partem, unde in circum prospectus. Aedes autem ita excelsas fuisse, ut in aream circi despici inde posset, indicat Cicero in Agrar. 2, 35., qui Romanas aedes coenaculis suspensas atque sub-

e pulvinari, et quidem cum coniuge ac liberis sedens. Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aberat, petita venia, commendatisque, qui suam vicem praesidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil praeterea agebat; seu vitandi rumoris causa, quo patrem Caesarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum epistolis libellisque legendis, aut referendis vacaret: seu studio spectandi, ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit unquam, et saepe ingenue professus est. Itaque corollaria et praemia in alienis quoque muneribus ac ludis et crebra et grandia de suo offerebat: nullique Graeco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorarit. Spectavit autem studiosissime pugiles, et maxime Latinos; non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum

latas dicit. Conf. infra c. 78. ERN.

E pulvinari] Pulvinar deorum ad spinam s. in spina circi fuisse, dubitari non potest. Sed inde Augustum non spectasse, nec ibi pulvinar hoc fuisse, patet e loco Claudii c. 4., ubi Augustus negat, Claudio spectandum esse e pulvinari, quia expositus esset *in prima fronte spectaculorum*. Prima autem frons spectaculorum est podium. Intelligitur igitur non pulvinar deorum, sed Caesaris, quod in podio erat, ubique, ut postea dicitur, quae fidebat Caesar. ERN.

Aberat] Sic rescripsimus cum Bunnanno: non tam editionibus Basiliensibus et Frelonii moti, quam necessitate. Sensus enim *aberat* manifeste requirit: *aderat* alienissimum est. In tali perspicuitate ac necessitate non opus est librorum auctoritate: multo minus editionum, quarum lectiones unde sint, non constet; quamquam Oudendorpius ait, se *aberat* reperisse in Exc. Cort. ERN.

Honorarit] H. e. praemio adfecerit. Sic Cic. ad Div. 16. 9. *honoris habendus medico*. Vide Clav. Cic. in *honoris*. ERN.

Graecis solebat; sed et catervarios oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Universum denique genus operas aliquas publico spectaculo praebentium, etiam cura sua dignatus est. Athletis et conservavit privilegia, et ampliavit. Gladiatores sine missione edi prohibuit. Coercitionem in histriones, magistratibus in omni tempore et loco lege vetere permissam, ademit, praeterquam ludis et scena. Nec tamen eo minus aut xylisticorum certationes, aut gladiatorum pugnas severissime semper exegit. Nam histrionum licentiam adeo compescuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis caesum relegaverit: Hylan pantominum, querente Praetore, in atrio domus suae, nemine excluso, flagellis verberarit; et Pyladen Urbe atque Italia submoverit, quod spectatorem, a quo exhibebatur, demonstrasset digito, conspicuumque fecisset.

Ad hunc modum Urbe urbanisque rebus administratis, Italiam duodetriginta colonia-

46

Catervarios] Sic *catervae pugilum* Calig. c. 18. Inuit, qui *gregatim dimicant*, ibid. c. 30. ERN.

Praeterquam ludis et scena] Recta haud dubie lectio. *Ludis* refertur ad omni tempore, *scena* ad *τὸ loco*. ERN.

Togatarium] Togatarium actorem, nisi legendum est adeo *togatarum*, ut intelligatur, actorem: quod quibusdam placet, quia verbum *togarius*

non satis videtur analogiae consentire. ERN. Ita iudicavit peritissimus quisque, in his Ruhkenius. Trita est ellipsis in vocabulis, *primarum, secundarum, tertiarum*, quae partim ex libris minus bonis mutabat Casaub., non attingens tamen Calig. c. 57. extr.

Cap. 46. *Duodetriginta coloniarum*] Viginti et tres reptas dicit Bumannus. Viginti et septem congefserat du-

rum numero, deductarum ab se, frequentavit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam inliruxit: etiam iure ac dignatione Urbi quodam modo pro parte aliqua adaequavit; excogitato genere sulfragiorum, quae de magistratibus urbicis Decuriones colonici, in sua quisque colonia, ferrent, et sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles, equestrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cuiusque oppidi ordinabat: at iis, qui e plebe regiones sibi reviventi filios filiasve approbarent, singula numerorum millia pro singulis dividebat.

47

Provincias validiores, et quas annuis magistratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit: ceteras Proconsulibus sortito permisit; et tamen nonnullas commutavit

dum I. A. Fabricius in Augusti Caes. temporum notatione, genere et fragmentis, p. 255. EBN.

Quodam modo] Vide ad c. 44. EBN. Dura sunt verba, lateor; sed accedo tamen Oudendorpio, ex similibus locis ea defendenti.

Decuriones etc.] De hoc loco non vacat, omnia, quae docti Viri scripserunt, asserere. Burmannus *Decuriones colonici* transpositam, et post *ferrent* et ponendum, putat. Non male. Mihi tamen magis placeat, tantum *Decuriones* transponere, ut ordo hic sit: *e. g. s., quae, de magistratibus*

urbicis, colonici, in sua quisque colonia, (non Romae, ut ceteri cives) *ferrent, et Decuriones sub diem cont. o. R. m.* EBN. Quis ita *colonicos* dixit pro *colonis*? Burmanni remedium, ut in re dubia, magis probandum est. Gouff. Tackelli Antiqq. Selectt. 1, 5, 59.

Equestrem militiam] Tribunatus et praefecturas. Supra c. 58. EBN.

Ordinabat] H. e. Tribunos et Praefectos faciebat. Vide ad Vespas. c. 25. EBN. Et Gronov. ad Iulian. 30. 2.

Cap. 47. *Ceteras Proconsulibus*] Eaque provinciae de

interdum; atque ex utroque genere plerasque saepius adiit. Urbium quasdam foederatas, sed ad exitium licentia praecipites, libertate privavit: alias, aut aere alieno laborantes levavit, aut terrae motu subverfas denno condidit, aut merita erga populum Romanum allegantes Latinitate vel civitate donavit. Nec est, ut opinor, provincia, excepta duntaxat Africa et Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompeio, traicere ex Sicilia apparamtem continuae et immodicae tempestates inhiuerunt; nec mox occasio aut caussa traiciendi fuit.

Regna, quibus belli iure potitus est, praeter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, red-

natus et populi dictae. Tironum caussa addam, eos, qui in Caesaris provincias mitterentur, dictos *Legatos Caesaris*, *Legatos pro Praetore*, *Propraetores*, item *Consulares provinciae*. Ceterum, quia saepe necessarium est ad intelligenda loca scriptorum veterum, scire, utrum Caesaris provincia fuerit aliqua, an populi, ut de praesidiis, quales fuerint, iudicari possit, in tironum gratiam, qui Strabonem et Dionem non ad manus habeant, addam earum indiculum in Executu. ERN.

Nec est] Sic plures libri scr., idque pro *Non est* recipimus cum Burmanno. FRN. Sic et nostri codd.

Cap. 48. *Regna*] Sic libri

scr. et edd. praeter paucos, qui habent *Regnorum*, idque recepere Gronovius et Oudendorpius: probavit et Burmannus, sed non in textum recepit. Quia non credibile est, librarios e *Regna* fecisse *Regnorum*, et ipse recepi. Et occurrunt alia quoque exempla huius formae ellipticae, in qua intell. *ca.* ERN. Vulgatam non nisi pauci libri habebant, neque ullus nostrorum, qui cum Memm. et ceteris optimis praebent *regnorum*, i. e. *quibus regnis*. Cuius genitivi *Gtaeci* similia exempla cf. infra c. 53. et Tiber. c. 52. pr.

Praeter pauca] Ut Aegyptum, regnum Bogudis, Paphlagoniam. ERN.

Isdem] Ut Iudaeam He-

didit, aut alienigenis contribuit. Reges socios etiam inter semetiplos necessitudinibus mutuis iunxit; promptissimus affinitatis cuiusque atque amicitiae conciliator et fautor: nec aliter universos, quam membra partesque imperii, curae habuit, rectorem quoque solitus apponere aetate parvis, aut mente lapsis; donec adoleverent aut resipiscerent: ac plurimorum liberos et educavit simul cum suis et instituit.

49 Ex militaribus copiis legiones et auxilia provinciatis distribuit: classem Miseni, et alteram Ravennae, ad tutelam superi et inferi maris, collocavit. Certum numerum partim in Urbis, partim in sui custodiam allegit: dimissa Calagurritanorum manu, quam usque ad devictum Antonium; item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen umquam

rodi, Ioseph. A. Iud. 15, 10. Armeniam Tigrani. c. 9. EBN.

Alienigenis] Ut Mithridati II. Commagenen, apud Dionem lib. 50., qui non videtur e Seleucidis fuisse; Polemoni Pontico Bosphorum, Dio lib. 49. EBN.

Contribuit] Pro attribuit, saepe in tali re habet Livius in historia bellorum Macedonicorum. EBN.

Liberos] Ut Agrippam, Herodis nepotem, Ioseph. A. Iud. 18, 3. EBN.

Cap. 49. *Legiones — provinciatis*] Legiones XXIII aut XXV fuisse, tradit Dio lib. 45. p. 564, ubi narrat, quae sua

aetate. h. e. Alexandri Severi temporibus, superfuerint, ubi fuerint: ad quem locum videndus imprimis Breitingerus in Comment. in antiqua Mon. Tigur. ap. Schelhornium in Amoenit. Litter. Tom. VII. p. 57. 59. qui pro ἐνέξ xxi δέxx recte legendum censet ἐπτα xxi δέxx. Magnam utilitatem habet eius rei accurata cognitio in multis auctorum veterum locis. EBN. Bene contra illam coniecturam disputat Reimarus p. 794.

Miseni — Ravennae] Praeterea praetoriae classes dictae. Aliae duae minores institutaе, *Pontica et Iovianensis*.

plures quam tres cohortes in Urbe esse passus est, easque sine castris: reliquas in hiberna et aestiva circa finitima oppida dimittere asuerat. Quidquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adfirinxit; definitis pro gradu cuiusque, et temporibus militiae, et commodis missionum: ne aut actate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Utque perpetuo ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, aerarium militare cum vectigalibus novis instituit. Et quo celerius, ac sub manum annuntiari cognoscique possiet, quid in provincia quaque gereretur, iuvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula, disposuit: commodius id visum est, ut, qui a loco perferrent litteras, iidem interrogari quoque, si quid res exigeret, possent.

Vide Lips. Magn. R. I, 5.
ERN.

Easque sine castris] Respicit ad institutum Tiberii, qui castris praetoriis habuit. Vide in Tiber. c. 37. ERN.

Tuendos prosequendosque] *Tuendos* refertur ad *stipendia: prosequendos* ad *praemia et commoda missionum*. ERN.

Vectigalibus novis] E poenis legis Papiae Poppaeae, ducentesimis rerum venalium, vicesima hereditatum, aliisque: de quibus copiose Burmannus in libro de Vectigalibus Roman. c. 11. ERN.

Sab manum] Facile: ut ea,

quae manibus tenemus. ERN. Statim dum res gerebatur.

Vehicula disposuit] Haec sunt initia cursus publici sub Caesaribus, de quo accurate disputantem lege Gothofredum ad l. 1. Cod. Theod. de cursu publ. T. II. p. 526. ed. Lips. ERN.

Perferrent — exigerent] Sic Heinsius volebat, atque etiam in codice reperit Pulmannus: idque temporum consecutio postulat, si legitur *possent*. Sed si probetur *possint*, quod est in quibusdam libris, ut Suetonius ad sua tempora respiciat, vulgatum, h. e. *perferant et exigant*, servari potest. Me-

50 In diplomatibus, libellisque et epistolis signandis, initio Sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri: novissime sua, Dioscoridis manu scalpta, qua signare insecuti quoque principes perseverarunt. Ad epistolas omnes horarum quoque momenta, nec diei modo, sed et noctis, quibus datae significarentur, addebat.

51 Clementiae civilitatisque eius multa et magna documenta sunt. Ne enumerem, quot et quos diversarum partium venia et incolumitate donatos, principem etiam in civitate locum tenere passus sit Iunium Novatum et Callium Patavinum, e plebe homines, alterum pecunia, alterum levi exilio punire satis habuit: quum ille Agrippae iuvenis nomine asperrimam de se epistolam in vulgus edidisset: hic convivio pleno

lius tamen possent, quia perfecta praecedunt. Itaque et ceteram lectionem huic accommodavimus. Pro *exigerent* etiam scribendum *exigeret*. Tum in *a loco* est intelligendum rei gestae, cuius nuntiandae causa mihi cum litteris essent. Eux. Meliores editt. sic exhibent: *Commodius il visum est, ut, qui a loco perferunt litteras, iidem int. quoque, si quid res exigant, possint*: quasi de aetate Scriptoris. Mihi totum hoc non una de causa institutum videtur.

Cap. 50. *Scalpta*] Sic respondimus pro *scalpta*. Gemmis enim signabant: cae autem *scalpantur*, non *scalpantur*.

Saepe autem in tali verba ista commutata. Vide ad Ner. c. 46. Geminas tres huius Dioscoridis, duas Augusti, unam Maecenatis exhibet Stotchius in *Gemmis* n. 25. 26. 27. Eux. In nostris quoque Mss. est *scalpta*, ut in reliquis omnibus. Alibi in his vocibus et omni earum familia adeo variant librarii, ut ex eorum scriptura nihil certi de discrimine constitui liceat. Diomedes autem t. p. 574. Putsch. Idem abrogant Viri docti, in varias ipsi sententias euntes, quum nulla satis firmo fundamento nititur, minime illa, quae gemmis assignat *scalpturam*, ceteris lapidibus *sculpturam*. Vide Calaub. ad Galb. c. 19.

proclamasset, *Neque votum sibi neque animum deesse confodiendi eum.* Quadam vero cognitione, quum Aemilio Aeliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime obiiceretur, quod male opinari de Caesare soleret; conversus ad accusatorem, commotoque similis: *Velim, inquit, hoc mihi probes: faciam, sciat Aelianus, et me linguam habere: plura enim de eo loquar.* Nec quidquam ultra, aut statim aut postea, inquisit. Tiberio quoque de eadem re, sed violentius apud se per epistolam conquerenti, ita rescripsit: *Aetati tuae, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, et nimium indignari quemquam esse, qui de me male loquatur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit.*

52
 Templam, quamvis sciret, etiam Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romaeque nomine recepit: nam in Urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore. Atque etiam argenteas statuas, olim sibi positas, conflavit omnes: exque iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit. Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore, deprecatus est.

Cap. 52. *Argenteas — cortinas*] *Aureas* intelligere possis inauratas, si ex ipsis staturis factae. Sic enim Latini dicunt non raro. Sed proprie intelligendum, ut illud *ex iis* non de materia capias, sed de pretio. Clarum est e monumento Ancyrauo, ubi est, *ex qua*

pecunia. ERN. Sed leg. *ex quis*, auctoritate plerorumque codd.

Dictaturam etc.] Quia a morte Caesaris, SCto in perpetuum sublata, et abusu Sullae et Caesaris invidiosa facta erat, ut tyrannis sub ea latere videretur. ERN.

55 Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit. Quum spectante eo ludos, pronuntiatum esset in mimo: *O dominum aequum et bonum!* et universi, quasi de ipso dictum, exultantes comprobassent: et statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, et insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel ioco, passus est: atque huiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non temere Urbe oppidove ullo egressus, aut ququam ingressus est, nisi vespere aut noctu; ne quem officii causa inquietaret. In consulatione pedibus fere, extra consulationem saepe ad aperta sella, per publicum incessit. Promiscuis salutationibus admittebat et plebem; tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephantum stipem. Die Senatus numquam patres nisi in curia salutavit, et quidem sedentes, ac nominatim su-

Cap. 53. *Domini*] Non mirum, id nomen abhorreere eum, qui tyranni suspicionem effugere velit. Nam *domini* nomen Latinis antiquis eandem, quam regis et tyranni vim habebat: etiam si tum in blanditiis usurpabatur. EAN.

Ad aperta] Recte hanc lectionem alteri *ad aperta* praetulerunt; illud enim civilitatem indicabat, non hoc. Vide etiam Lips. Elect. I. 19. EAN. Et impi. S. Heffer. de Re vehic.

2, 4. seq. Scilicet sella ex omni parte aperta supplicanti- bus adeundi eius prope eandem copiam praebere, quam quum pedibus incederet. Paulo autem scripti *vespera* pro *vespere* ex Menin., Long. et aliis quam plurimis.

Numquam — *salutavit* etc.] Civitas in eo, ut vidit Bumannus, quod non palus eius domum suam venire salutandi causa, quod aliis diebus fieret. EAN.

gulos, nullo submonente; etiam discedens eodem modo sedentibus singulis valere dicebat. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiusque solemnes frequentare desiit, quam grandior iam natu, et in turba quondam sponfaliorum dié vexatus. Gallum Terrinium Senatorem, minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, et ob id inedia mori destinantem, praelens consolando revocavit ad vitam.

In Senatu verba facienti dictum est, *Non 54 intellexi: et ab alio, Contradicerem tibi, si locum haberem.* Interdum ob immodicas disceptantium altercationes e curia per iram se

Submonente] Sine nomenclatore, qui subiiceret nomina, et insuffurraret: quod indicio erat, ipsum nosse omnes, etiam de nomine: idque inprimis blandum et civile putabatur. ERN.

Et discedens — dicebat] Rescripsi eodem modo pro eo modo, ut habent Mss. quidam. Quidam etiam delent *singulis*, unde eiecit Oudend. Puto et *sedentibus* delendum, quod non minus supervacuum est, quam *singulis*. Omnia, ut et *nominatim*, insunt in verbis, eodem modo. Mox edidi nunc *mutuo*, quia in omnibus scriptis libris est. ERN. Satis erat, cum Oudend. abiicere *singulis*, quod unum omitunt plerique libri aliorum, et omnes nostri. *Sedentibus* ἐννεγεγεῖζε causa adiectum puta.

Grandi iam natu] Sic e

libris scriptis Gronovius, Graevius et Burmannus elidere, pro vulgato, *grandior iam natu*, quod Oudendorpius revocavit. *Grandi natu* bene Latine dicitur. Aliis locis Suetonius dicit *grandis natu*: nec tamen necesse est, omnibus locis eadem forma usum esse. ERN. Nosram lectionem inetur Memm. et alii Mss., in quibus sunt et ii, qui habent *grandi iam ornatu*, ut omnes nostri, ex traiectione aut falsa correctione.

Cap. 54. *Contradicerem tibi*] Puto *tibi* delendum: nec enim bene Latinum est *contradicere alicui*: debeturque libris. ERN. Sane aevō Ciceronis divisim scribebatur *contra dicere*, et quidem saepe, *contra* aliquem *dicere*. Sed aetas Suetonii unice usurpabat *contradicere alicui*. Ita

proprietenti quidam ingesserunt, *Licere oportere Senatoribus de republica loqui*. Antifilius Labeo, Senatus lectione, quum vir virum legeret, M. Lepidum, hostem olim eius, et tunc exulantem, legit: interrogatusque ab eo, an essent alii digniores, *Suum quemque iudicium habere*, respondit. Nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit.

55 Etiam sparsos de se in curia famosos libellos nec expavit, nec magna cura redarguit: ac, ne requisitis quidem auctoribus, id modo censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad insaniam cuiuspiam sub alieno nomine edant.

56 Iocis quoque quorundam invidiosis aut petulantibus lacescitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda testamentorum licentia, ne Senatus quidquam constitueret, intercessit.

c. 1. Rhet. Cn. Pompeium, quo facilius Curioni, causam Caesaris defendenti, contradiceret etc.

An essent] Magnopere placet lectio, atque adeo necessaria est, editionis Stephaniae: *annon*. Sic videbatur et Scriverio et aliis. Nec dubitavi recipere: nam vulgatum plane non convenit rei, nec ironia satisfacit. EUN. Non paruit hypotheta, cui fortasse nota erat haec veterum scriptorum negligentia. De qua vide Heusingg. ad Cic. de Off. 1, 15 et 3, 17.

Fraudi] Burmannus dubitat, an satis verum sit; Labeo-

nem enim consulatu privatum esse: laudatque Bertrandum, in Viris ICtorum. Sed id est arguari. Nam hactenus tantum privavit, quatenus eum non ad consulatum produxit. Vide Tacit. Ann. 3, 75. Sed adeo late *to fraudi esse* hic non patet. EUN.

Cap. 55. *Edant*] Ursinus e Cod. Vat. *ederent*: probatque Gruterus. Sed rectum est *edant*: pendet enim a *cognoscendam*, non ab *cessit*. EUN.

Cap. 56. *Testamentorum licentia*] Quae in eo celebrata, quod testatores eos, quos odissent, acerbè perstringerent. Vini docti laudantur Lysium

Quoties magistratum comitiis interesset, tribus, cum candidatis suis circuibat, supplicabatque more solemniter. Ferebat et ipse suffragium, in tribubus, ut unus e populo. Testem se in iudiciis et interrogari, et refelli, aequissimo animo patiebatur. Forum angustius fecit, non ausus extorquere possessoribus proximas domos. Numquam filios suos populo commendavit, ut non adiceret, *Si merebuntur*. Eisdem, praetextatis adhuc, asurrectum ab universis in theatro, et a stantibus plausum, gravissime questus est. Amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari iure essent, quo ceteri, legibusque iudicialibus aequae tenerentur. Quum Alprenas Nonius, artius ei iunctus, causam veneficii accusante Cassio Severo diceret: consuluit Senatam, quid officii sui putaret: *Cunctari enim se, ne, si superesset, eriperet legibus reum: sin deesset, destituere, ac praedamnare amicum existimaretur*. Et, consentientibus universis, sedit in subselliis per

ad Tac. Ann. 6, 38., quem vide. Mox quidam libri, *ne quidquam constitueretur*, quod Gronovius et Oudendorpius receperunt. Nihil interest. ERN. *Angustius fecit*], Nempe, quod ipse aedificavit. ERN.

Legibus iudicialibus] Nove dictum. Nam *leges iudiciales* olim dictae, quae ad iudices, totumque iudiciorum modum, pertinebant, ut docent exempla apud Ciceronem. Hoc loco autem intelligendae sunt leges de criminibus, propter

quae quis in iudicium vocari potest. Ut leges iudiciales, sensu antiquo, ad iudicia publica tantum pertinent; nam privatae causae non ab decuriis iudicium cognoscebantur: sic h. l. ad causas tantum publicas, de quibus in publicis iudiciis quaerebatur. ERN.

Superesset] I. e. adesset: antiquo. Sic *superficies* de praesenti apud Cic. Muren. c. 12. Sic est *superesse* etiam Oth. c. 6., Tit. c. 1., ubi vide. ERN.

In subselliis] Intellige rei,

aliquot horas; verum tacitus, ac ne laudatione quidem iudiciali data. Affuit et clientibus: sicut Scutario cuidam, evocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarum. Unum omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit, exorato coram iudicibus accusatore, Castricium, per quem de coniuratione Murenæ cognoverat.

57 Pro quibus meritis quantopere dilectus sit, facile est existimare. Omitto Senatus consulta, quæ possunt videri vel necessitate expressa vel verecundia: Equites Romani natalem eius spon- te atque consensu, biduo semper celebrarunt. Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute eius stipem iaciebant: item Kalendis Ianuariis strenam in Capitolio, etiam absenti: ex qua summa pretiosissima deorum simulacra mercatus vicatim dedicabat: ut Apollinem Sandaliarium, et Iovem Tragoedum, aliaque. In restitutionem Palatinae domus, incendio absum-

ubi patroni eius et advocati sedent: ERN.

Scutario] Contextus facile docet, esse nomen proprium: quod et in Inscriptionibus antiquis occurrit. A M. Lys. abest cuidam. Eus.

Cap. 57. Facile est existimare] Sic quidam libri scripti habent, vel extimare, quod idem est. Acstimare, quod edit. habent, non aptum est h. l., ubi sensus requirit verbum iudicandi. ERN. Max Neman. et alii. in quibus nostri omnes, quia; rectius.

Sandaliarium] Omnino probo lectionem librorum quorundam *sandalium*, i. e. sandaliis indutum. Quid enim est *Apollo Sandaliarius*, i. e. sandaliorum artifex? Defendit vulgatum Oudendorpius e verbo *vicatim*: unde putat intelligi a genere hominum, quod ibi esset, dictum. Mirifice. Ergo et *Iupiter Tragoedus* a tragoedis dicitur? Immo, quia tragico habitu erat. Ergo sic et *Apollo* a sandaliis *sandalium* dicitur. Eus. Oudendorpio tamen adimplatur Rubin-

ptae, veterani, decuriae, tribus, atque etiam lingillatim e cetero genere hominum, libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt: delibante tantummodo eo summarum acervos, neque ex quoquam plus denario auferente. Revertentem ex provincia non solum faustis ominibus, sed et modulatis carminibus prosequabantur. Observatum etiam est, ne, quoties introiret Urbem, supplicium de quoquam sumeretur.

Patris patriae cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt ei. Prima plebs, legatione Antium missa: dein, quia non recipiebat, ineunti Romae spectacula frequens et laureata: mox in curia Senatus: neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messallam. Is mandantibus cunctis: *Quod bonum, inquit, faustumque sit tibi, domuique tuae, Caesar Auguste: sic enim nos perpetuam felicitatem reipublicae, et laeta huic precari existimamus: Senatus te, consen-* 58

ken. merito. *Sandaliarius* fuit vicus quidam, et alius *Tragoedus*: inde nomina vulgo accipiebant statuae, *vicatim* publicatae. Nihil usitatus.

Decuriae] Quia de plebeis sermo, intelligenda collegia scribarum, lictorum, viatorum, aliarumque operarum publicarum, quibus magistratus utebantur. Apud Muratorium Inscr. p. 581, 1. sunt *viatorum decuriae*, ibid. *praconum* p. 974, 7. IIII. . lictorum. Sed de his decuriis iam lauda-

tus ad h. l. a Graevio Valef. ad Ann. 28, 6. ERN. *Tribus* simpliciter dici pro *plebe* s. infimo ordine civium, notabile est. Sic infra c. 101. Conf. Duk. ad Flor. 2, 6. p. 298.

Cap. 58. *Laeta huic*] Oudendorpius putat, excidisse *Urbi*. Verum puto: nam ad *republicam* referri commode non potest. ERN. Periz. totum *Laeta huic* mutabat in *Senatus*. Certe pronomen *huic* offendit, etsi *Urbi* impense placet.

tiens cum populo Romano, consalutat PATRIAE PATREM. Cui lacrimans respondit Augustus his verbis: ipsa enim, sicut Messallae, polui: Compos factus votorum meorum, Patres Conscripti, quid habeo aliud deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum vitae finem mihi perferre liceat.

59 Medico Antonio Musae, cuius opera ex ancipiti morbo convaluerat, statuum aere colato iuxta signum Aesculapii statuerunt. Nonnulli patrum familiarum testamento caverunt, ut ab heredibus suis, praelato titulo victimae, in Capitolium ducerentur, votumque pro se solveretur, QUOD SUPERSTITEM AUGUSTUM RELIQUISSENT. Quaedam Italiae civitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. Provinciarum pleraeque super templa et aras, ludos quoque quinquennales paene oppidatim constituerunt.

60 Reges amici atque socii, et singuli in suo quisque regno, Caesareas urbes condiderunt; et cuncti simul aedem Iovis Olympii, Athenis

Cap. 59. *Praelato victimae titulo*] Vitiosum ordinem verborum mutavi cum Oudendorpio, ex Mss. plerisque omnibus.

Cap. 60. *Quisque*] In hoc verbo arguitur Calaubonus, duas tantum Caesareas, Herodis et Iubae, memorari ab Eutropio, dicens: quasi *quisque* nimium sit. Sed non de omnibus regibus amicis et so-

ciis loquitur. Suetonius dicere vult. reges socios cum honore affecisse, et quidem nonnullos separatim, *in suo regno*, quibus verbis, more Latino, *quod quisque* eleganter addit; communiter deinde, Iovis Olympii templo perficiendo. Sic et illud quod sequitur, non de omnibus, sed de nonnullis dicitur, ut ex Eutropio 8, 10. patet. EBN.

antiquitus inchoatam, perficere communi sumptu destinaverunt, Genioque eius dedicare: ac laepe regnis relictis, non Romae modo, sed provincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium praestiterunt.

Quoniam, qualis in imperiis ac magistratibus, regendaque per terrarum orbem pace belloque republica fuerit, exposui: referam nunc interiorem ac familiarem eius vitam, quibusque moribus atque fortuna domi et inter suos egerit, a iuventa usque ad supremum vitae diem. Matrem amisit in primo consulari, sororem Octaviam quinquagesimum et quartum agens aetatis annum. Utrique, quam praecipua officia vivae praestitisset, etiam defunctae honores maximos tribuit. 61

Sponsam habuerat adolescens, P. Servilii Isaurici filiam: sed reconciliatus post primam discordiam Antonio, expositantibus utriusque militibus, ut et necessitudine aliqua iungerentur, privignam eius Claudiam, Fulviae ex P. Clodio filiam, duxit uxorem, vix dum nubilem: ac similitate cum Fulvia socru exorta, dimisit intactam adhuc et virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam ante 62

Inchoatam] Ab Antiocho Epiphane Liv. 41, 20. ERN. Constat, antiquissimum id templum fuisse, cuius iam Thucydides meminere, inchoatum imprimis a Pisistratidis, post multa saecula perfectum ab Hadriano.

Cap. 61. *Per terrarum or-*

hem] Haec verba suspecta sunt Burmanno. Habent sane aliquid, quod possit offendere: sed si conferas cum c. 48., non sine causa addita videas. ERN.

Cap. 62. *Isaurici*] Eius, qui Caesaris collega in secundo consulari fuit a. U. DCCVI. ERN.

duobus consularibus, et ex altero etiam matrem. Cum hac etiam divortium fecit, pertaesus, ut scribit, morum perversitatem eius: ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis, et quidem praegnantem, abduxit, dilexitque, et probavit unice ac perseveranter.

63 Ex Scribonia Iuliam, ex Livia nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus eli editus. Iuliam primum Marcello, Octaviae, sororis suae, filio, tantum quod pueritiam egresso; deinde, ut is obiit, M. Agrippae nuptum dedit: exorata sorore, ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcëllarum habebat, et ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, multis, ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis conditionibus, Tiberium privignum suum legit: coegitque praegnantem uxorem, et ex qua iam pater erat, dimittere. M. Antonius scribit, *Primum cum Antonio, filio suo, despondisse Iuliam: dein Cotisoni, Getarum regi: quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petisset.*

64 Nepotes ex Agrippa et Iulia tres habuit, Caium, Lucium et Agrippam: neptes duas, Iuliam et Agrippinam. Iuliam L. Paulo, Censoris filio, Agrippinam Germanico, sororis suae nepoti, collocavit. Caium et Lucium adoptavit, domi per assem et libram emptos a patre

Cap. 64. Domi] Dubitant Interpretes, utrum domi capiendum dicant, pro in domum, an sic, ut adoptio, quae alias in foro, lege curiata, fieret, ut mox c. 65., extra ordinem,

domi Caesaris, facta sit: quod Torrentius propterea, ait, fieri potuisse, quia pater Agrippa potuerit, sine consensu populi, h. e. sine lege curiata, emancipare Augusto filios. Hoc

Agrippa: tenerosque adhuc ad curam reipublicae admovit: et Consules designatos circum provincias exercitusque dimisit. Filiam et nepotes ita instituit, ut etiam lanificio assuesceret; vetaretque loqui, aut agere quidquam, nisi propalam, et quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorum quidem coetu adeo prohibuit, ut L. Vinicio, claro decoroque iuveni, scripserit quondam, *Parum modeste fecisse eum, quod filiam suam Baias salutatum venisset.* Nepotes, et litteras et notare aliaque rudimenta, per se plerumque, docuit: ac nihil aequè elaboravit, quam ut imitarentur chirographum suum. Neque coenavit una, nisi ut in imo lecto assiderent: neque iter fecit, nisi ut vehiculo anteirent, aut circa adaequarent.

Sed laetum eum atque fidentem et fo- 65

verum est. Cannegieterus Obs. Iur. civ. p. 224. putat, domi adoptasse, quia ipse iurisdictionem habuerit. Non bene. Ius dixit Augustus, sed in foro, et in-causis, quae non essent iuris ordinarii, cuius est adoptio talis. ERN.

Natare] Lipsius *notare* legit, probante recte Burmanno: non, quo non et *natare* sit inter pueritiae Romanae rudimenta: vide Calig. c. 54. extr., sed quod abhorrens videtur, Augustum cum liberis natasse in Tiberi. ERN. Praesertim quum esset imbecillo corpore: vide c. 80. Neque adeo crediderim, sic absolute rudimen-

ta referri posse ad natationem. Maxime vero suspectum facit verbum locus inter *litteras et artem imitandi chirographi.* Dedi igitur *notare.*

Nihil aequè laboravit] Mirror, Gronovium et Oudendorpium recepisse e libris aliquibus, *elaboravit*, quod est alienissimum, nec exemplum allatum est, huic simile. *Laborare* h. l. est curare: hoc fuit Augusti, *elaborare* fuit nepotum. ERN. De eiusmodi discrimine non cogitarant eruditi. Nostri quoque Nil. habent *elaboravit*, i. e. studuit.

Ino lecto] Explicat Suetonius Claud. c. 52. ERN.

bole et disciplina domus, Fortuna destituit. Iulias, filiam et neptem, omnibus probris contaminatas relegavit. Caium et Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos, Caio in Lycia, Lucio Massiliae, defunctis. Tertium nepotem, Agrippam, simulque privignum, Tiberium, adoptavit in foro lege curiata. Ex quibus Agrippam brevi ob ingenium sordidum ac ferox abdicavit, sepelivitque Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem, quam dedecora suorum tulit. Nam Caii Luciique casu non adeo fractus, de filia absens, ac libello per Quaestorem recitato, notum Senatui fecit; abstinuitque congressu hominum diu prae pudore; etiam de necanda deliberavit. Certe quum sub idem tempus una ex consociis liberta, Phoebe nomine, suspendio vitam sinisset: *Maluisse se*, ait, *Phoebes patrem fuisse*. Relegatae usum vini, omnemque delictiorem cultum ademit: neque adiri a quopiam libero servove, nisi se consulto, permisit; et ita ut certior fieret, qua is aetate, qua statura, quo colore es-

Cap. 65. *Sordidum*] Alii *scordalum*, alii *horridum* malint. Utrumque sine causa: nam *scordalum* est ferox, neque aliud *horridum* de ingenio; *sordidum ingenium* est, quod non aequat magnitudinem generis, nihil nobile aut generosum, cogitat, sed consuetudines, libidines, convivia etc. sordida persequitur. Atque sordidis huiusmodi ingeniiis nihil est ferocius. ERN,

Scordalum, coniecturam Salmasii, probabat Ruhnkenius, ut vocem hac Latinitatis aetate usitatissimam, pro feroci et clamore in computationibus.

Per Quaestorem recitato] Notent tirones, officium Quaestoris, sub Imperatoribus, adempta aerarii cura, recitare, principis vice, orationes in Senatu; cuius in hac historia, et legibus Iuris civilis, passim mentio. ERN.

set, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula in continentem, lenioribusque paullo conditionibus, transtulit eam. Nam, ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit, deprecanti saepe populo Romano, et pertinacius instanti, *tales filias talesque coniuges*, pro concione imprecatus. Ex nepte Iulia, post damnationem, editum infantem agnosci alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiosem, in insulam transportavit, sepisitque insuper custodia militum. Cavet etiam Senatus consulto, ut eodem loci in perpetuum contineretur; atque ad omnem et eius et Iuliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat:

Αἴψ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι!

nec aliter eos appellare, quam tres vomicas aut tria carcinomata sua.

Amicitias neque facile admittit, et constantissime retinuit; non tantum virtutes ac merita

Quibus corporis notis etc.] Mirum est, quomodo se torqueant in causa huius rei indaganda Interpretes. Simplicissimum est dicere: id factum, ut coniectura capi posset, an verendum, ne eius amore caperetur Iulia, nec ne. Huius certe rei causa aetatem, staturam, colorem, scire volebat. Eax. Simplicius putabat Graevius id factum esse, ut, quum nosset eos, qui filiam ante adissent, rescire etiam

posset, iidemne redirent, an alii sub nominibus eorum.

Eam] Hoc verbum me semper offendit, velut ortum forte e consequente *nam*. Sed supra iam vidimus, Suetonium solere hoc pronomen ponere, ubi elegantior ratio scribendi omittere iubet. Eax. Similiter supra c. 31. 58. *eam* et *ci* posita extremo loco, ac saepius.

Eos] Sic pro vulgato *illos* edidi cum Burmanno; quod Latinus est, quam *illos*. Mf.

cuisque digne profectus, sed vitia quoque et delicta, duntaxat modica, perpessus. Neque enim temere, ex omni numero, in amicitia eius afflictis reperientur, praeter Salvidienum Rufum, quem ad consulatum usque, et Cornelium Gallum, quem ad praefecturam Aegypti, ex infima utrumque fortuna, provexerat. Quorum alterum, res novas molientem, damnandum Senatui tradidit: alteri, ob ingratum et malevolum animum, domo et provinciis suis interdixit. Sed Gallo quoque et accusatorum denuntiationibus et Senatus consultis ad necem compulso, laudavit quidem pietatem tantopere pro se indignantium: ceterum et illacrimavit, et vicem suam conquestus est, *quod sibi soli non liceret, amicis, quatenus vellet, irasci*. Reliqui potentia atque opibus ad finem vitae sui cuiusque ordinis principes floruerunt: quamquam et offensis intervenientibus. Desideravit enim nonnumquam, ne de pluribus referam, et M. Agrippae patientiam, et Maecenatis taciturnitatem: quum ille ex levi frigoris suspitione, et quod Marcellus sibi anteferretur, Mytilenas se, relictis omnibus,

Lyl. habet *cas*: sed quia de tribus dictum esse docent sequentia, id locum habere non potest. Eux.

Cap. 66. *Duntaxat*] Recte Calaubonus et Gronovius interpretantur, *scilicet, certe*. Eux.

Provinciis suis] Non igitur omni imperio Rom., sed iis tantum provinciis, quibus ipse per Legatos praecesset. Eux.

Sui cuiusque ordinis principes] Recepti cuiusque e M. Lyl., quod et in aliis reperitum est: nam id est elegantius, quam vulgatum, *sui quisque ordinis principes*. Eux. Conf. ad c. 40.

Rigoris suspitione] Lipsius et Muretus *frigoris*: quod unice probandum. *Rigor* quid sit, explicat quidem Calaubonus, quod facile est, sed ita Lati-

contulisset; hic secretum de comperta Murenae coniuratione uxori Terentiae prodidisset. Exegit et ipse invicem ab amicis benevolentiam mutuan, tam a defunctis, quam a vivis. Nam, quamvis minime appeteret hereditates, ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quidquam iustinuerit, amicorum tamen suprema iudicia morosissime pensitavit: neque dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem verborum; neque gaudio, si grate pieque quis se prosecutus fuisset. Legata, vel partes hereditatum, a quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut, si pupillari aetate essent, die virilis togae, vel nuptiarum, cum incremento restituere consueverat.

Patronus dominusque non minus severus, 67 quam facilis et clemens, multos libertorum in honore et usu maximo habuit; ut Licinium, Enceladum, aliosque. Cosmum, servum, gravissime de se opinantem, non ultra quam compedibus coercuit. Diomedem, dispensatorem, a quo, simul ambulante, incurrenti repente fero apro per metum obiectus est, maluit timi-

ne dici *rigorem*, ea quaestio est, id erat docendum. EAN.

Amicorum suprema iudicia] I. e. hereditates et legata cum elogio. Locus classicus de hac opinione et more Rom. est apud Cic. Phil. 2, 16. EAN.

Liberis eorum concedere] Ut liberis Herodis apud Iosephum Antt. Iudd. 17, 11. extr. EAN.

Cap. 67. *Licinium*] Oulendorpius optime emendavit, *Licinium, Eunum, Celadum*.

Fero apro] Suspectum adiectivum Burmannus recte defendit. Non tamen probationem eius, quod periculum eo augetur: nam omnes apri, feri intelliguntur. Sed mos est Latinorum et Graccorum, hoc epitheton apro adde-

ditatis arguere, quam noxae: remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in iocum vertit. Idem Proculum ex acceptissimis libertis mori coegit, compertum adulterare matronas: Thallo, a manu, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura fregit. Paedagogum ministrosque Caii filii, per occasionem valetudinis mortisque eius superbe avareque in provincia grassatos, oneratis gravi pondere cervicibus, praecipitavit in flumen.

68 Prima iuventa variorum dedecorum infamiam subiit. Sex. Pompeius ut effeminatum infectatus est: M. Antonius adoptionem avunculi sūpro meritum: item Lucius, Marci frater, quasi pudicitiam delibatam a Caesare, A. etiam Hirtio in Hispania CCC millibus num-

re. Ex Ovidio exempla attulit V. C. Callimachus etiam H. in Dian. *χλούκας κἀπρος*, et sic etiam Homerus. Ipse quoque Davides sic in Psalino 74. *ΕΑΣ*. Talia etiam quotidiano sermone cumulantur, quavis in lingua; ut nihil opus sit Psalimis.

Crura effregit] E Memmiano codice Gronovius edidit *ei fregit*, eamque de usu huius pronomini redundantis observationem, a multis illustratam, veram esse, ait Burmannus. Sed in hoc tamen loco durum videtur. Nam primo non omnia exempla, quae vulgo afferuntur, satis quadrant: dein in iis, quae idonea vide-

antur, pronomem *is* fere respondet praecedenti pronomini relativo. Itaque si ad talia exempla vellemus hunc locum exigere, deberet esse: *Thallo a manu, qui — acceperat, ei effregit crura*. Gronovium imitatus est Oudendorpius. *Effregit* iam supra repudiavimus. Itaque et ipsi *fregit* edidimus, sed sine *ei*. Optimum sonet, legere *suffregit*, quod est verbum proprium in hac re apud Ciceronem, ut recte vidit Oudendorpius, si modo tibi iuvarent. *ΕΑΣ*.

Cap. 68. *Effeminatum*] H. l. muliebria patientem significat, ut e sequentibus facile intelligitur. *ΕΑΣ*.

mum substraverit; solitusque sit crura suburere nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret. Sed et populus quondam universus ludorum die, et accepit in contumeliam eius, et assensu maximo comprobavit versum, in scena pronuntiatum, de Gallo matris deum tympanizante,

Viden', ut cinaedus orbem digito temperat?

Adulteria quidem exercuisse, ne amici 69 quidem negant: excusantes sane, non libidine, sed ratione commissa; quo facilius consilia adversariorum, per cuiusque mulieres exquiret. M. Antonius super festinatas Liviae nu-

Viden'] Primo retinui *temperat*, quod omnes, usque ad Casaubonianam, habent. Nam si *temperet* ponatur, quod a recentioribus editum est, admirantis interrogatio est, cui τὸ *viden'* non satis respondet, nisi addatur *ut*: sed tamen et sic mihi id verbum deesse, legendumque visum est:

Viden', cinaedus orbem digito ut temperat?

idque verbulum facile potuit excidere, si littera *t* semel scribendo exprimeretur. Sed et in Mss. reperitur, ut Lys. et aliis: verum ab initio, *ut cinaedus*: quod, quia etiam magis consuetudini convenit, secutus nunc sum. *Orbem*, mirandum est, Viros doctos tam varie explicasse: recte Burmannus *tympanum* intelligi dicit: sed nos declarabimus, quare *tympanum orbem* dicat, eumque di-

gito temperari. Nempe *tympana* Gallorum, quos hic *cinaedos* poeta vocat, omninoque veterum, erant dissimilia nostris. Erant enim circuli, vel lignei, vel aenei, et quidem latii, inducta quaqua versus pelle, et oram ambientibus circulis, seu tintinnabulis aeneis. Ita efficiebatur orbis pelliceus, cuius speciem apud Boissardum, aliosque, in monumentis antiquis videre licet. Vide Vossium ad Catull. p. 161. Erant tamen et leviora saltatricum et baccharum, ab altera tantum parte tecta, ut videre licet in picturis Herculanensibus tab. XX., ubi et videndi Viri docti ad tab. XXI. Hunc orbem sinistra manu tenentes passabant dextra, vel digito dextrae, interdum etiam bacillis. Unde facile sensus versus intelligitur. ERM.

ptias obiecit, et feminam consularem e triclinio, viro coram, in cubiculum abductam, rursus in convivium, rubentibus auriculis, incomptiere capillo, reductam; et dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset nimiam potentiam pellicis; et condiciones quaesitas per amicos, qui matres familias et adultas aetate virgines denudarent atque perspicerent, tanquam Thoranio mangone vendente. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter adhuc, nec dum plane inimicus, aut hostis: *Quid te mutavit? quod reginam in eo? uxor mea est. Nunc coepi, an abhinc annos novem? tu deinde solam Drusillam inis? ita valeas, uti tu, hanc epistolam quum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Rufillam, aut Salviam Titisceniam, aut omnes. Anne refert, ubi, et in quam arrigas?*

70

Coena quoque eius secretior in fabulis fuit, quae vulgo δωδεκάθεος vocabatur: in qua deorum deorumque habitu discubuisse convivas, et ipsum pro Apolline ornatum, non Antonii modo epistolae, singulorum nomina amarissime enumerantis, exprobrant, sed et sine auctore notissimi versus:

*Quum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexque deos vidit Mallia, sexque deas:*

[Cap. 69. *Viro coram*] Sicuti scribit Burmannus, relicto vulgato: *viri coram*. Vide Calig. c. 36. Eux.

[Cap. 70. δωδεκάθεος vocabatur] A minoribus illis XII diis. δωδεκα θεοις.

[*Quum primum etc.*] Va-

rio primus verus huius epigrammatis ab Interpretibus et tentatur, et explicatur, atque ita, ut appareat, esse laborabile, nec sibi et ipse satis fessis. Itaque etiam Burmannus meliora coniectores expectabat. Ego sic de hoc lo-

*Impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,
Dum nova divorum coenat adulteria:
Omnia se a terris tunc numina declinarunt:
Fugit et auratos Iuppiter ipse toros.*

Auxit coenae rumorem summa tunc in civitate
penuria ac fames. Acclamatumque est posiri-

co existimo: *Malliam*, in ver-
lu secundo, putant esse uxore
rem choragi, cui ista coena
locata erat; quod probō. Hoc
constituito, primus versus de-
bebat sic esse: *Ut primum istorum
mensam conduxit choragus.* Sed per hypallagen,
poetis satis frequentem, con-
structionem auctor invertit, et
dixit: *mensa conduxit chora-
gum.* Talein hypallagen h. l.
admittendam esse, manifeste
docet versus secundus, de cho-
ragi uxore. Si hanc hypal-
lagen non admittas, et cum
Gasaubono explices, ut pri-
mum isti pacti sunt cum chora-
go; existet interpretatio, quam
verbum *conducere* non admit-
tit. Est enim redemptoris, h.
e. choragi. Choragus conducit
mensam, non autem isti con-
ducunt choragum, sed mentam
chorago locant. Sed, illa hy-
pallage probata, omnis difficul-
tas tollitur. Nic. Heinsius ad
Tacit. Ann. 14, 21. pro *primum
istorum* legi vult *primum
istorum* vel *histrorum*
pro histrionum. Item in Ad-
versariis p. 755. item alia,
eadem, quae Graevius ad h. l.,

qui ab eo videtur accepisse,
probat Burmannus Anthol. T.
l. p. 224. *Isti* dicitur in ma-
lam partem, ut apud Cicero-
nem saepe. Et erant vulgo
noti. Eax. Ista hypallage,
ut par erat, repudiata, inge-
nue fatetur Ruhken. nullam
ex hoc versu sententiam elici
posse. Neque admodum placet
nobis Heintii coniectura,
quae rota sic habet, *Quum
mimum histrorum* (i. e.
mimicos histriones) *conduxit*
(vel *condixit*) *mensa chora-
gi*: nec satis constat, inte-
grumne an mutilatum sit car-
men.

Mendacia ludit] Per lu-
dum mentitur Phoebum, et
habitu specieque simulat. Du-
ctum est a Graecis. Epict. 55.
παίζω παλαστής sic dixit,
et alia, s. porius Arrianus. Eax.

*Nova divorum coenat adul-
teria*] I. e. adulteria deorum,
novo more, in coena exprimit,
et imitatur. Eax.

Ipse thronos] Recte defen-
dit Burmannus, intelligitque
auream eius sedem in Capito-
lio. Quidam maluerunt *toros*, in
his Graevius. Eax. Et On-

die, *omne frumentum deos comedisse: et, Caesarem esse plane Apollinem, sed Tortorem.* Quo cognomine is deus quadam in parte Urbis colebatur. Notatus est et ut pretiosae supellectilis, Corinthiorumque praecipuus, et aleae indulgens. Nam et proscriptionis tempore ad statuum eius adscriptum est:

Pater argentarius, ego Corintharius:

quum existimaretur, quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos. Et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est:

*Postquam his classe victus naves perdidit,
Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.*

71 Ex quibus sive criminibus sive maledictis infamiam impudicitiae facillime resutavit et praesentis et posteræ vitae castitate. Item lautiliarum invidiam, quum et Alexandria capta nihil sibi praeter unum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuerit, et mox vasa aurea assiduissimi usus conflaverit omnia. Circa libidines haesit: postea quoque,

dend. et Ruhnk. H. e. pulvinaria, quorum apta mentio est in convivio; ac *thronum* Latine nemo usurpasse videtur ante Plin. 35, p.

Sed Tortorem] Scil. Marfyae. Vide Böttigerum de hoc cognomine acute disputantem in Museo Attico I. p. 357.

Cap. 71. *Murrhinum calicem*] Murrhina qualia fuerint, incertum est, nec quidquam certi effectum disputa-

tionibus eruditorum, etiam nuperis *Mariette, Caylus, Cuperi, Scheuchzeri, et aliorum.* Vide et Rezzonici Disquisit. Plin. T. II. p. 213. *Err.* *Christi* nomen in altera editione inducere non debet optimus Ernellius. Recentiorum disputationes in omnium manibus versantur: sed ne nunc quidem quidquam certi.

Haesit] E circo et a metis ductam metaphoram puto, non

ut ferunt, ad vitiandas virgines promptior, quae sibi undique, etiam ab uxore, conquirerentur. Aleae ruinorem nullo modo expavit; lusitque simpliciter et palam oblectamenti causa, etiam senex: ac, praeterquam Decembri mente, aliis quoque festis profestisque diebus. Nec id dubium est. Autographa quadam epistola: *Coenavi, ait, mi Tiberi, cum iisdem. Accesserunt convivae, Vinicius et Silius pater. Inter coenam lusimus* γερουτικῶς, *et heri et hodie. Talis enim iactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem iecerat. Et rursus aliis litteris: Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis iucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forunque aleatorium calfecimus. Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum: sed ex magnis detrimentis praeter spem paullatim retractus est. Ego perdididi viginti millia nummum, meo*

a re nautica, ut Casaubono placet. ERN. Vanus est, opinor, hic disensus: ad multas res transfertur *propria* significatio verbi *haerere*. Notanda potius erat vox *libidines*, opp. *impudicitiae*, propter singularem usum Romanum: quippe haec est *πα.δεραστία*; illae, intemperantes amores mulierum.

Decembri mense] Quo in Saturnalibus exulatus alea ludebatur. ERN.

Silius] Sic Mss. quidam pro *Silvius*: idque et Viris doctissimis placuit, recepit et Oudendorpius. Silvii tum nulli clari, qui familiares esse potuerint Augusto. ERN.

Forum aleatorium] Tabulam aleatoriam, non ἀγορῶν intelligi, quod miror non vidisse Casaubonum, recte docet Salmasius, probant Gronovius, Burmannus: et quis non hodie? Sensus igitur est, acriter et cupide aleam lusimus. ERN.

nomine: sed quum effuse in lusu liberalis fuisset, ut soleo plerumque. Nam si, quas manus remisit cuique, exegisset, aut retinuissem, quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad caelestem gloriam effereci. Scribit ad filiam: *Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se inter coenam, vel talis, vel par impar, ludere.*

72 In ceteris partibus vitae continentissimum fuisse constat, ac sine suspitione ullius vitii. Habitavit primo iuxta Romanum forum supra Scalas anularias, in domo, quae Calvi oratoris fuerat: postea in Palatio: sed nihilominus aedibus modicis Hortensianis, et neque laxitate neque cultu conspicuis; ut in quibus porticus breves essent Albanarum columuarum, et sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia. Ac per annos amplius quadraginta eodem cu-

Calfacere est assidue terere. Sic enim *calere* dicuntur, quae studiose aguntur; contra *figere*, quae minus.

Manus] Alii infelicem iactum exponunt, alii pecuniam, quae post talem iactum mittitur. *Manum* proprie esse iactum, satis Valesius aliique docent: sed quicumque, et felix, et infelix: ut in pictoria, et aliis artibus, *manus* dicuntur quaecumque opera artificum: ratio iactus, adiecto diminui verbo, intelligitur. Ceterum h. l. *manus* ponitur,

per metonymiam, pro pecunia, quae post infelicem iactum danda est: postulante verbo *remittendi*, multoque magis *exigendi*, quae sunt pecuniaria verba. FAX.

Cap. -2. *Romanum forum*] Est antiquum et primum, quod et simpliciter *forum* dicitur: unde Torrentius *Romanum* sublatum malebat: sine causa; nam saepe additur, post instituta nova ab Imperatoribus fora. FAX.

Scalas anularias] Interpretantur, ad quas auritabri,

biculo hieme et aestate mansit: quamvis parum salubrem valetudini suae Urbem hieme experiretur, assidueque in Urbe hiemaret. Si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas et *τρυόφρον* vocabat: huc transibat, aut in alicuius libertorum suburbanum: aeger autem in domo Maecenatis cu-

qui *anularii* dicuntur, anulos venderent: eadem analogia, qua *vicus sandaliarius* dicitur, ubi sandalarii habitabant, vel sandalia venafia habebant. ERN.

In Urbe hiemaret] Locus difficilis et vix sine vitio. Si *hiemaret* est *hiemem exigeret*, pertinet eo. quod qui in Urbe semper erant, cubacula mutabant: alia enim aestiva, alia hiberna vulgo lautiores habebant. Vide Columell. 1, 6. init. Sed exoritur frigida tautologia: nam iam dixit, eum semper in Urbe mansisse. Itaque quidam *hiemaret* exposuere, mala tempestas esset: sed et sic *in Urbe* frigide redundat. Inde *in Urbe* tentarunt quidam, legentes *inibi*, quod placebat Oudendorpio. In margine ed. Gryph. notatum erat *mucidae*, sine dubia e M. pro *mucido*, ut corrigebat I. Gronovius. Id ceteris lectionibus et correctionibus praetulerim; etsi *assidueque mucide* non satis placet.

Sed mucidae forte factum e *mucidus*, quo sumpto omnia bene se habent, ut opinor. ERN. Equidem non satis causae videbam mutandi, ultimaque verba, quae ad sententiam primaria videntur, una cum ceteris sic explicabam: *Semper eodem cubiculo usus est aestate et hieme, nisi totas hiemes agebat in Urbe, quam tamen hac anni parte parum salubrem sibi experiebatur.* Atque ita fere etiam Oudendorp., cuius tamen coniectura *inibi* non placet, neque scriptura Longol. et plurium aliorum *extra Urbem*. Huius autem ipsius vocabuli repetitio neminem offendere debebat: immo saepe sibi placent veteres in tali simplicitate.

Syracusas] Addita vox *τρυόφρον* docere videtur, quare *Syracusas* dixerit illam diaetam. Respexit ad Archimedis diaetam, in qua mathematicis vacabat commentationibus: in qua ille ne captae quidem urbis strepitum exau-

babat. Ex secessibus praecipue frequentavit maritima, insulasque Campaniae, aut proxima Urbi oppida, Lanuvium, Praeneste, Tibur: ubi etiam in porticibus Herculis templi perſaepe ius dixit. Ampla et operosa praetoria gravabatur. Et neptis quidem ſuae Iuliae, protuſe ab ea exſtructa, etiam diruit ad ſolum: ſua vero, quamvis modica, non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xyliis et nemoribus excoluit, rebusque vetuſtate ac raritate notabilibus: qualia ſunt Capreis inhumanum belluarum ferarumque membra praegrandia, quae dicuntur *Gigantum oſſa*, et *arma Heroum*.

75 Inſtrumenti eius et ſupellectilis parcimonia apparet etiam nunc, reſiduis lectis atque menſis, quorum pleraque vix privatae elegantiae ſint. Ne toro quidem cubuiſſe aiunt, niſi humili et modice inſtrato. Veſte non temere alia

dierat. Vox τεχνόφουον ſatis conſentit analogiae linguae, ſimileque eſt ἱππόφουον, herba, quae et ἱπποφύεις dicitur. Sed aridit tamen Trilleri coniectura τεχνόφυτον. ERN.

Campaniae] Ad utrumque, *maritima*, et *inſulas*, referendum, recte movet Burmannus: nam Latii et Etruriae maritima parum ſalubria putabantur. ERN.

Praetoria] Sunt villae principales: interdum vero etiam pars ea, quam villarum domini incolunt: atque adeo cubi- cula dominorum ita dicuntur,

ut docuit Perizonius de Praetorio. H. l. de villis capiendae, ſequentia docent. ERN.

Belluarum] Intell. elephantorum, quorum oſſa, et in Italia et Sicilia, eſtodiebantur interdum, ſepultorum ſcilicet, bellis Pyrrhi et Punicis. ERN.

Cap. 75. *Modice*] Nempe parum pretioſa veſte ſtragula, quum alii Attalica, Babylo- nica, purpurea, perſtromata haberent. Nam et Lucretius, ubi de lomniis agit, pueri toro *Babylo- nica* tribuit. ERN.

Veſtie non temere alia quam domeſtica uſus eſt]

quam domestica usus est, ab uxore et sorore et filia neptibusque confecta: togis, neque restrictis neque fufis: clavo, nec lato nec angusto: calciamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur. Et forensia autem et calceos nunquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinosque casus parata.

Convivabatur et assidue, nec unquam nisi 74 recta: non sine magno ordinum hominumque delectu. Valerius Messala tradit, neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo coenae, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem, post proditam Sex. Pompeii classem. Ipse scri-

Certissima est sententia Torrentii, Graevio et Burmanno probata, legendum: *veste non temere alia domestica usus est, quam ab uxore* etc. Sorore primo loco posuit Oudendorpius. Bene. ERN. Atque ex codd., quibus concinunt omnes nostri. Ceterum istam transpositionem probabat et Rubincken., quum *vestem* nemo non pro vestimento acciperet. At si pro *panno* acceperis, ut ponunt Romani; non video, cur *domestica* dici nequeat *domi confecta*. (*Haustuch*) adeoque assentior iis, qui vulgatum priorum verborum ordinem teneant. De re conf. Freinshem. ad Curt. 5, 2, 19.

Fufis] Laxis, et ad talos dependentibus: cuiusmodi togas *vela* Cicero lepide vocat: erantque molliorum hominum. ERN.

Lato — angusto] Verba non sunt hic tumenda significatione ea, qua ordinis, vel senatorii, vel equestris, insignia indicant, sed vulgari, et utrumque de clavo senatorio. Nempe etiam latum clavum alii aliis latiore faciebant, prout vel elegantiores, vel minus essent. ERN.

Forensia] Opponuntur *domesticis*, et sunt ipsae togae. ERN.

Cap. 74. *Recta*] Scilicet coena, opponitur *sportulis*, quas in Papirio pungit Cicero, nosque vocamus vulgo *kalte Küche*. ERN. Conf. Domit. c. 7. pr. *Recta* est iusta, quum ordine discumberent conviviae, appositis in mensa ferculis.

Asserto in ingenuitatem] Hoc est, iure ingenuorum tributo, quod iure Iulianeano vocatur *restituere natales*, de

bit, invitasse se quemdam, in cuius villa maneret, qui speculator suus olim fuisset. Convivia nonnumquam et serius iibat, et maturius relinquerebat: quam convivae et coenare inciperent prius, quam ille discumberet, et permanerent, digressio ce. Coenam tenuis ferulis, aut, quam abundantissime, senis praebebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate. Nam et ad communionem sermonis tacentes, vel summissim fabulantes provocabat, et aut acroamata et histriones, aut etiam triviales ex circo ludios interponebat, ac frequentius aretalogos.

75 Festos et solemnes dies profusissime, nonnumquam tantum ioculariter, celebrabat. Saturnalibus, et si quando alias libuisset, modo munera dividebat, vestem, et aurum, et argentum: modo nummos omnis notae, etiam veteres regios ac peregrinos: interdum nihil praeter cibicia et spongas, et rutabula, et sorpices, atque alia id genus, titulis obscuris et ambiguis. Solebat et inaequalissimarum rerum sortes, et averfas tabularum picturas in convivio venditare, incertoque calu spem mercantium vel frustrari vel explere: ita ut per singulos lectos licitatio fieret, et seu iactura seu lucrum communicaretur.

76 Cibi (nam ne haec quidem omiserim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium

quo est titulus in Cod. utroque, ad quem vide Gothofred. Alio-que etiam aliter usurpatur ista loquendi forma. ERN.

Acroamata] Vido Excurs. ERN.

Aretalogos] Qualis ille apud Plautum miles Pyrgopolinices. Nonnulli philosophos interpretantur. Et sunt sane philosophi et hodie fere aretalogi: soli sapiunt, soli docti sunt, soli

panem, et pisciculos minutos, et cascum bubulum manu pressum, et ficos virides biferas maxime appetebat: vescebaturque et ante coenam, quocumque tempore et loco, quo stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt: *Nos in effedo panem et palmulas gustavimus.* Et iterum: *Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvae duracinae comedi.* Et rursus: *Ne Iudaeus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis ieiunium servat, quam ego hodie servavi: qui in balneo demum post horam primam noctis duas buccas manducavi prius, quam ungi inciperem.* Ex hac inobservantia nonnumquam vel ante initum, vel post dimissum convivium solus coenitabat, quum pleno convivio nihil tangeret.

demonstrare sciunt. Sed hic ita, ut dixi, accipiendum. ERN. Immo tu vide Casaub.

Cap. 76. *Biferas*] E sicu arbore bifera, de qua Viri docti laudant Colum. 10, 403. ERN.

Ex regia] Utrum regia Numae, an regis sacrorum intelligenda, nemo decreverit. ERN. Videtur tamen posterior ratio praeferrenda esse, quoniam tum *regia* sic vulgo dicebatur. Praeterea monendi sunt iuvenes de constructione, *dum redeo, comedi*, pro *redibam*, ut Virg. Georg. 4, 560. sqq., ubi vide I. H. Vossium, indocta de illis versibus iudicia repellentem.

Sabbatis] Accipe. ita ut apud Lucam, in illo $\delta\iota\varsigma$; $\delta\iota\alpha$ $\sigma\alpha\beta\beta\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$. Nam eo die, qui proprie sabbatum dicitur, nulla Iudaeis ieiunia. Est enim dies quieti, etiam corporis, et honestae delectationi, destinatus, in quo religioni fuerit, corpus ieiunantis macerare. Augustinum credidisse Iudaeos sabbato, quod proprie dicitur, ieiunare, quum tanta multitudo Iudaeorum Romae ante oculos esset, incredibile est. ERN. Rectius Casaub. Fit enim per saepe, ut ignoremus ea, quae, etsi prope sub oculis geruntur, exquirere negligimus.

Ex hac inobservantia] Longol. cum aliis multis, *observan-*

77 Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super coenam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. Postea, quoties largissime se invitaret, senos sextantes non excessit, aut, si excessisset, reiciebat. Et maxime delectatus est Raetico, neque temere interdium bibit. Pro potionibus sumebat perfulsum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, vel lactuculae thyrsus, aut recens acidumve pomum succi vinosioris.

78 Post cibum meridianum, ita ut vestitus calceatusque erat, reiectis pedibus paullisper conqueſcebat, opposita ad oculos manu. A

tia, quod placebat Oudendorpio propter insolentiam vocis, nusquam nisi hoc loco lectae. At ipsa haec insolentia fortasse causa fuit erroris; exprimiturque ita sane bene, quod antea dicebatur, *nullam illi nec temporis nec loci observantiam* fuisse in cibo sumendo.

Cap. 77. *Sextantes*] Sunt iidem, qui sextarii, sextae partes congi, sive duodequingagesimae amphorae. ERN.

Reiicibat] Vomitu: more antiquo, etiam Caesaris patris. Vide Cic. Deiotar. c. 7. adde Clav. Cic. in Ind. Gr. v. ἐμειπίζ. ERN.

Recens acidumve] Nostri quoque libri, uti Memm. et alii plerique, habent *aridumve*, quod merito praefert Oudendorpius.

Cap. 78. *Reiectis*] I. e. coniectis velie: neque opus emen-

datione. Nam, ut alias diximus, in idiomatis et characteribus stili, aetate aurea inclinante, et argentea, sunt verba composita ex *re*, pro simplicibus, contra Ciceroniani aevi consuetudinem. Quare miror, Burmannum in hac significatione concedenda difficilem fuisse, hoc argumento, quod nullum aliud huius usus, in hoc verbo, exemplum proferatur: quali id necesse sit, et non analogia sufficiat. Sic noster in Aug. c. 42. *populo congiarium promissum reposcenti*, pro poscenti: ibid. c. 79. *remollitum*, pro mollitum: in Domit. c. 18. *remacruerant*, pro macruerant. Apud Tacit. Ann. 14. 64. est *restringere*, pro stringere: 16. 1. *retrahere*, pro trahere etc. Atque etiam Virgilius Aen. 6, 530. *stagna revifant*, de iis, qui

coena in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. Ibi, donec residua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus, non amplius quam plurimum, quam septem horas dormiebat: ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. Si interruptum somnum recuperare, ut evenit, non posset: lectoribus aut fabulatoribus arcessitis, resumebat, producebatque ultra primam saepe lucem. Nec in tenebris vigilavit unquam, nisi assidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii, vel sacri causa maturius evigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cuiuscumque domesticorum coenaculo manebat. Sic quoque saepe indigens somni, et, dum per vicos deportaretur, et deposita lectica inter aliquas moras condormiebat.

Forma fuit eximia, et per omnes aetatis 79 gradus venustissima; quamquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonfori-

primum eo veniunt: item Aen. 7, 167. *reportat*, est fert, quidquid dicat Burmannus. Ibid. v. 225. *occeanus refusus*, est fufus inter terras etc. Si accipimus sensu usitato pro apertis, nudis: scire velim, quorsum additum sit. EAN. Nempe ob id ipsum, ne quis *contactos stragula vestie* putaret, sicut *facere* solebant moridi-

antes. In voce tam vulgati usus gravissima est ratio Burmanni. Res ipsa loquitur: et monebat similiter Ruhnken. Male Perizon. con. *retractis*; ridicule Schellerus *reiectis*. Cur non potius *refectis*?

Proximo] Ei loco, quo sacri, vel officii causa, eundum erat. Conf. supra c. 45. *in*. EAN.

bus operam daret; ac modo tonderet, modo raderet barbam, eoque ipſo tempore aut legeret aliquid, aut etiam ſcriberet. Vultu erat, vel in ſermone vel tacitus, adeo tranquillo ſerenoque, ut quidam e primoribus Galliarum conſeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inlubitum ac remollitum, quo minus, ut deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationem colloquii propius admiſſus, in præcipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos; quibus etiam exili-mari volebat ineſſe quiddam divini vigoris: gaudebatque, ſi quis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorem ſolis, vultum ſummitteret: ſed in ſenecta ſiniſtro minus vidit. Dentes raros et exiguos et ſcabros: capillum leniter inflexum et ſubſlavum: ſupercilia coniuncta: mediocres aures: naſum et a ſummo eminentiorem, et ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidumque: ſtaturam brevem, (quam tamen Iulius Marathus libertus etiam in memoriam eius quinque pedum et dodrantis fuiſſe

[Cap. 70. *Supercilia coniuncta*] Talem fuiſſe aiunt Morazium Cochitem. Vide Plinarch. in Poplicol. p. 103. Anacreon autem volebat non ebiunctas ſed prope coniunctas, in perfecta pulchritudine. Ante proleto. *Quædæmo pius tenuiter a libris bonis.* quod et nos reprobamus. FAY. — Non ego id ſeciſſem. Sed non multum in oreſt.

[*Deductiorem*] I. e. tenuiorem, et acutiorem, ſed etiam, ut opinor, labra verus leviser

flexo acunine. ERN.

[*Etiam in memoriam eius*] Hæc corrupta eſſe, latentur omnes: ſed nulla adhuc correctura Virorum doctorem latitavit. Simpliſſimum eſt. *et memoria eius*: ut vitulus opus, quod Iulius de Auguſto ſcripſerit, fuerit, *Memoria Auguſti*: quo verbo commentarios de vita alicuius inſerendi ſolitos, docuit nuper Geſnerus in Theſauro. Sed quia in margine ed. Gryph. eſt *et a memoria eius*, et Suetonius

tradit:) sed quae commoditate et aequitate membrorum occuleretur; ut nonnisi ex comparatione adstantis alicuius procerioris intelligi posset.

Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus atque alvum genitivis notis, in modum et ordinem ac numerum stellarum caelestis Urtae: sed et callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoque et vehementi frigidis usu, plurifariam concretis, ad impetiginis formam. Coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat, ut saepe etiam inde claudicaret: sed remedio arenarum atque arundinum confirmabatur. Dextrae quoque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem contractumque frigore vix cornei circuli supplemento scripturae ad-

80

non solet addere titulos librorum, unde aliquid narrat, id praetulerim. Ita et coniecerat Lipsius. ERX. Optime, opinor. Nam *in* abest a pluribus Mss., tum *etiam*, quod per se li. I. non placet, ortum videtur ex corruptis *et a m.* Oudendorpius perperam probabat aliam coniecturam Cannegieteri, Ruhnkenius autem Casauboni.

Aequitate] I. e. *συμμετρία*: membra aequa sunt, quae vulgo vocamus *proportionate Glieder*. ERX.

Cap. 80. *Remedio arenarum atque arundinum*] Arenas calidas ad siccandas corporis partes, fluxionesque dis-

cutiendas, adhibitas, e veteribus medicis constat, eaque possunt esse calida remedia, quae post vocat. Arundinum autem vel liber, eidem usui, fuit loco affecto impositus, eoque remedio vidi hodie medicos usos esse, vel lignae assulae, comprimendo loco adhibita, quod magis placet Reinesio Varr. Lectr. II. 18. et Gunzio. Pro *arenarum Triblerus* legit *habenarum* e locis Celli 8, 10, 12., quod probat Oudendorpius, et est utique probandum, si et in arundinibus assulae sunt intelligendae. Verbum *remedium* mihi videtur aliquid dubitationis asferre: et quod habenarum et assularum usus potius in fractis

moveret. Quaesius est et de vesica, cuius dolore, calculis demum per urinam eiectis, levabatur.

81 Graves et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est: praecipue Cantabria domita, quum etiam distillationibus iocinore vitiato, ad desperationem redactus, contrariam et ancipitem rationem incedendi necessario subiit; quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa. Quasdam et anniversarias, ac tempore certo recurrentes, experiebatur. Nam sub natalem suum plerumque languibat: et initio veris praecordiorum inflatione tentabatur; austerinis autem tempestatibus gravedine. Quare quassato corpore, neque frigora neque aestus facile tolerabat.

82 Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et subuculae thorace laneo, et feminalibus, et tibialibus muniebatur: aestate apertis cubiculi

quam in languentibus membris est. Ean. — Nobis inepta videtur Trilleri correctio. Paulo ante in verbis *non perinde* intell. *ac dextro*. Non enim *perinde* simpliciter ponitur pro *valde*, ut docuit Dukerus alicubi ad Livium.

Cap. 81. *Frigidis*] Lactuca, auctore Plin. 19, 8., neque huic loco repugnat alter 18, 15., ut putat Torrentius, ubi Augustum eivo curatum, scribit. Nam de alio morbo sermo esse potest, aut plura eodem tempore adhibita deinceps talia remedia, ut sit. Ean.

cap. 82. *Quaternis — tunicis*] Plures tunicae molliorum hominum fuere, ut docet Salmast. ad Tertull. de Pallio p. 71., in Augusto imbecillitatis remedia. Ean.

Subuculae thorace] Nihil est *thorax subuculae*: sunt enim haec diversa vellimenta: quare vehementer placet Ferrarii lectio, ex pulvis editi ducta, a Burm. revocata, *subucula et thorace*. De stabello mox cum Casaub. conf. Heint. ad Ovid. A. A. 1, 161.

foribus, ac saepe in peristylio saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo, cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque non nisi petalatus sub divo spatiabatur, linera lectica, et noctibus fere, eaque lenta ac minuta faciebat, ut Praeneste vel Tibur biduo procederet. Ac si quo pervenire mari posset, potius navigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, in primis lavandi raritate. Ungebatur enim saepius, et sudabat ad flammam: deinde perfundebatur ege-
lida aqua, vel sole multo calefacta. At quoties nervorum causa marinis Albalisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo folio, quod ipse Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis iactaret.

Exercitationes campestres equorum et ar- 83
morum statim post civilia bella onisit, et ad pilam primo folliculumque transit: mox nihil aliud quam vectabatur et deambulabat, ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret, segesi-
firi vel lodicula involutus. Animi laxandi causa modo piscabatur hamo; modo talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie et garrulitate amabiles undi-

Cap. 83. *Sestertio vel*] Tur-
nebus, a Torrentio citatus, explicat vesliem duorum pedum cum dimidio quaquaversum. Sic explicat etiam Popma ad Cat. R. R. c. 10. Glossa cod. Periz. de tela texta e duobus filis integris et dimidio. Sed Viri doctissimi, Cuiacius

(Observ. 13, 13.) Scaliger, Casaubonus, aliique legunt *segestro*, vel *segestri*: quod probat Oudendorpius. Sic et placuit Valesio Emend. 5, 7., ubi Burmannus Sec. de *segestro* videndus. Puto et ipse, verum esse. ERN. Pro ineptissima scriptura non dubitavi reponere

que conquirebat, præcipuè Mauros et Syros. Nam pumilos, atque distortos, et omnes generis eiusdem, ut ludibria naturæ malique omniis, abhorrebat.

84

Eloquentiam studiaque liberalia ab ætate prima et cupide et laboriosissime exercuit. Mutinensi bello, in tanta mole rerum, et legisse et scripsisse et declamasse quotidie traditur. Nam deinceps neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites locutus est unquam, nisi meditata et composita oratione: quamvis non deficeretur ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. Sermones quoque cum singulis, atque etiam cum Livia sua graviore, non nisi scriptos, et e libello habebat: ne plus minusve loqueretur ex tempore. Pronuntiabat dulci et proprio quodam oris sono: dabatque assidue phonalco operam: sed nonnunquam, infirmaris faucibus, præconis voce ad populum concionatus est.

eam, quæ omnes veritatis numeros explet, et nullum adhuc Mf. habuit auctorem.

Cap. 84. *Deficeretur*] Unice vera est hæc lectio cod. Memmiani, propter illa: *extemporali facultate*. Burmannus putat, in *deficeret* intelligi *oratio e præcedente*. Sed qualis hic modus loquendi: *oratio deficit extemporali facultate*? Si hæc duo ultima verba abessent, probarem *deficeret*, et compararem illud

Ovidii: *deficiunt ad coepta manus*. Eas.

Non nisi scriptos, et etc.] Vulgo, *in scriptis*. Si quis mihi exemplum idoneum huius locutionis, afferre posset, ferrem. Sed non est Latina. Burmannus coniecit *scriptos*, quod recipi. Nam eo non modo docent vestigia librorum, qui habent *scriptis*, sine *in*, sed etiam Mf. lxx., qui totidem litteris habent *scriptos*. Recepit et Oudendorpius. Eas.

Multa varii generis prosa oratione compo- 85
 fuit, ex quibus nonnulla in coetu familiarium,
 velut in auditorio, recitavit: sicut *Rescripta*
Bruto de Catone: quae volumina quum iam
 senior ex magna parte legisset, fatigatus, Tibe-
 rio tradidit perlegenda. Item *Hortationes ad*
philosophiam: et aliqua *de vita sua*, quam
 tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ul-
 tra exposuit. Poeticam summam attigit. Unus
 liber exstat scriptus ab eo hexametris versibus,
 cuius et argumentum et titulus est *Sicilia*. Ex-
 stat alter aequè modicus *Epigrammatum*,
 quae fere tempore balnei meditabatur. Nam
 tragoediam magno impetu exorsus, non succe-
 dente filo, abolevit: quaerentibusque amicis,
quidnam Ajax ageret, respondit, *Aiacem*
suum in spongiam incubuisse.

Genus eloquendi secutus est elegans et 86

Cap. 85. *Summam*] De more huius aetatis, pro *leviter*, *obiter*. ERN.

Poeticam summam attigit] I. e. interprete Cic. de Or. 2, 1. *Non plus quam quantum prima illa puerili institutione potuisset*.

In spongiam incubuisse] Miror, Viros doctos argutari in hoc loco, neque accipere spongiam Lusu vulgari, propter verbum *incumbere* scilicet, quod non aptum videtur spongiae usibus. Sed in huiusmodi dictis et iocis, praesertim alludentibus ad aliquod factum, non sunt verba nimis subtiliter

ad propriam significationem exigenda. *Ajax verus incubuit in ferrum*. Ad hoc alludens dixit: *meus Ajax incubuit in spongiam*, pro deletus est. Probavit Oudendorpius. ERN. Frigidior tamen est iocus, quamquam suferendus loco. Sed inepte a nonnullis hodie traducitur ad serium genus scribendi: v. c. quum coniecturas suas Critici *in spongiam incumbere* iu- bent.

Cap. 86. *Elegans*] H. e. in quo esset acumen, et cura, delectus verborum et sententiarum, de quo sensu verbi vi-

temperatum: vitatis sententiarum ineptiis atque concinnitate, et *reconditorum verborum*, ut ipse dicit, *foetoribus*. Praecipuanique curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere. Quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret, ac moraretur, neque praepositiones verbis addere, neque coniunctiones saepius iterare dubitavit, quae detractae afferunt aliquid obscuritatis,

de nos in Clave Cicer. Macrobi. Sat. 2. 4. *castigationem loquendi* vocat. ERN.

Atque concinnitate, et reconditorum verb. foet.] Prima e M. Sahn. dedimus *concinnitate* pro vulgato *inconcinnitate*. Intelligenda est concinnitas ex antithetis, similitudine membrorum, verborum etc., quae tum nimis quaerebatur a dicentibus. Deinde addidi et e M. Lyser., quod necessarium utique est. *Recondita verba* sunt exquisita, rariora, etiam obsoleta, quae interdum ornatus causa adhibita sunt. ERN. Qualia affectavit Sallustius, postea Gellius et alii. De *concinnitate* nihil dubitari potest, etiam Ruhnkensio iudice, qui eandem lectionem ex quodam codice Sauterii laudat Praef. ad Schelleri Lex. p. X.

Praepositiones urbibus addere] Edidi *urbibus* pro *verbis*, secutus Graevium et Gronovium; nam verbis addi praepositiones, nihil peculiare ha-

bet: et, si *verbis verum est*, quod non praefraete negaverim, aliquid exciderit necesse est, quale est in altero de coniunctionibus; nam *verbis praepositiones addere*, sic dici, ut intelligunt, verbis, quibus alii venustatis causa addunt, nemo doceat, aut credat. ERN. Quidni credamus, quum illud facile ex leqq. intelligi possit? Nam *quae detractae* etiam ad *praepositiones* pertiaent. *Urbibus* seu *urbis* metam corruptionem esse pro *verbis*, quod et Longol. et alii plurimi codd. habent, longe certissimum arbitror, praesertim quum plane appareat, in *verbis* h. l. technicam significationem inesse, quumque, si de *nomibus urbium* ageretur, vix Latine dictum esset *urbibus*. Igitur, quod modo ipse feci exempli causa, iterandis particulis *quum* et *in*, idem tecille narravit Augullus, ut doceret *a dire ad aliquem, pro pugnare pro aliquo, inscribere aliquid in to*

etſi gratiam augment. Cacozelos et antiquarios, ut diverſo genere vitioſos, pari falſidio ſprevit: exagitatatque nonnumquam; in primis Maecenatem ſuum, cuius *μυρεβρεχεῖς*, ut ait, *cincin-*
nos uſque quaque perſequitur, et imitando per iocum irridet. Sed nec Tiberio parcat, et exſoletas interdum et reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium ut inſauum increpat; quaſi ea ſcribentem, quae mirentur potius homines, quam intelligant. Deinde ludens malum et inconſians in eligendo genere dicendi ingenium eius, addit haec: *Tuque ditbitas, Cimberne Annius, an Veranius Flaccus imitandi ſint tibi? ita ut verbis, quae C. Salluſtius excerptit ex Originibus*

co, et id genus alia. Ita dicere licuit perſpicuitatis ſtudioſo, non proſecto *in Athenis, in Patavio* pro *Patavii* etc., aut *ire in ſ. ad Romam*. Ceterum ne quis in fragmentis Auguſti multa talium iterationum exempla quaerat: de *genere eloquendi*, non de *ſcriptura* loquitur Suetonius, et veriſſime indicavit princeps, ſi utriusque generis non proſus eadem leges eſſe ſtatuit.

Exagitatatque] Sic Memm., quod rectum puto. Saepe hoc *que* omiſſum, ut pluribus locis videbimus, quum transitioni ſerviret. EAX. Praebent particulam etiam noſtri omnes.

Veranius Flaccus] Multae edd. habent *Verrius Flaccus*,

quod probe. Eximium Grammaticum et elegantem ſcriptorem maluit imitari, quam Annum Cimbrum, obſcurum ſcriptorem et antiquarium, ut e Virgillii in eum Epigrammate, in Catalectis, conſtat. Sed tamen etiam *Veranius* Grammaticus laudatur a Macrobio et aliis. Ante pro *addidit* dedi nunc *addit*, quod et praecedentia verba poſtulant, et habuit Mf. Salm. EAX. Aliique, in his Longol. De nomine Grammatici, probatur *Verrius* etiam Foggiuo Praef. ad Faſt. Praenelt. p. 20., aliis *Granius*. Ac *Verrii* Flacci ſane fuerunt aliquot libri *de Obſcuris Catonis*, teſte Geſſio. Certius vero eſt, quod obſervarunt plures, pro *an* ſcriben-

Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum, inanis sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda? Et quadam epistola Agrippinae neptis ingenium collaudans: Sed opus est, inquit, dare te operam, ne moleste scribas, aut loquaris.

87

Quotidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter usurpasse eum, litterae ipsius autographae ostentant. In quibus idemdem, quum aliquos numquam soluturos significare vult, *Ad Kalendas Graecas soluturos*, ait: et quum hortatur, serenda esse praesentia, qualiacumque sint, *Contenti sumus hoc Catone*: et ad exprimendam festinatae rei velocitatem, *Celerius quam asparagi coquantur*. Ponit assidue et pro stulto, *baccolum*: et pro pullo, *pulleiacum*: et pro cerito, *vacerrosium*: et

dm esse aut, ut et Casaub. aliquo loco correxisse dicitur.

Inanis sententiis] Sic e Ms. Salm. et marg. ed. Gryph. edidi, pro *inaiibus sententiis*. Etsi *inanes sententiae* dici possunt: tamen *inaiibus sententiis* non coniungi potest cum *volubilitate verborum*. Sed *volub. verb. inanis sententiis* bene, quae saepe a Rhetoribus, Cicrone et aliis reprehenditur. Eas.

Molesto] Burmannus huc vocat *molestia verba* Ovid. A. A. 1, 464., sed ibi paullo aliter sumuatur. Eas. Apertior erat locus Cic. Brut. c. 58. *Acerrata et sine molestia diligenti elegantia*.

Cap. 87. *Baccolum*] Putem, cum nonnullis doctis Viris, legendum *bacelum*: ut sit a Graeco βάλανος, quod Hesychius interpretatur, *ó μέγας καὶ ἀνόητος*. Eas. Probabat Rulmken. Sine causa obloquitur Oudendorp.

Pullo, pulleiacum] Disputant, utrum recta sit lectio, et legendum, *puleio pulleiacum*, an *pullo pulleiacum*. Ad analogiam huiusmodi verborum si exigere velis, terminatio *iacum* a *pullo* esse non potest, sed a *puleio* pro *pulegio*. Sed quomodo tam frequens *pulegio* mentio! dicit enim, assidue posuisse. Magis igitur inclino, ut vel de adiectivo *pullo*, vel

vapide se habere, pro male: et *betizare*, pro languere: quod vulgo *lachanizare* dicitur. Item *simus*, pro fumus: et *domiōs*, genitivo casu singulari, pro domus. Nec unquam aliter haec duo, ne quis mendam magis quam consuetudinem putet. Notavi et in chirographo eius illa praecipue: non dividit verba, nec ab extrema parte versuum abundantes litteras in alterum transfert; sed ibidem statim subiicit, circumducitque.

Orthographiam, id est, formulam ratio- 88 nemque scribendi a Grammaticis institutam, non adeo custodit: ac videtur eorum potius sequi opinionem, qui perinde scribendum, ac loquamur, existiment. Nam quod saepe non litteras

de substantivo capiantur. Sed ita analogia postulat *pullacenum*, ut habent Mf. Lyl. et ed. Campani. ERN.

Dicitur] Hic locus mihi semper suspectus fuit. Nam si vulgo: quare non ulla uspiam vestigia eius moris? Mf. Lyl. totum hoc, *quod* — — *dicitur*, non habet; quod mihi optimum videtur. ERN. Bene defendit haec verba Bremius. Parum hodie novimus Latinum sermonem vulgi.

Subiicit, circumducitque] Scil. sub eodem versu extremo scribit, et circumducta linea indicat, ad eum versum pertinere; qui modus diu servatus est et in libris scribendis: de quo vide Nouv. Traité diplomatique, T. III. p. 198. ERN.

Cap. 38. *Id est*] Glossatoris putant esse hanc orthographiae explicationem Burmannus et Oudendorpius; quod mihi non videtur: primo, quod modus explicandi per *formulam rationemque* etc. elegantior est, quam ut a glossatore profectus videatur; deinde, quod Suetonius voluisse videtur indicare, se non de quacunque orthographia loqui, sed de ea, quae a Grammaticis demum constituta est; denique, quia aliis quoque locis Suetonius talibus explicationibus usus est. ERN.

Custodit] Recepi hoc, pro vulgato *custodit*, e codice Memmiano, quia in tota hac *ἐχσει* semper praesenti usus est Suetonius. Imitatus est exem-

modo, sed syllabas aut permutat aut praeterit, communis hominum error est. Nec ego id notarem; nisi mihi mirum videretur, tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse, ut rudi et indocto, cuius manu *ixi* pro *ipfi* scriptum animadverterit. Quoties autem per notas scribit, *b* pro *a*: *c* pro *b*, ac deinceps eadem ratione, sequentes litteras ponit: pro *x* autem duplex *a*.

89

Ne Graecarum quidem disciplinarum levio-
re studio tenebatur: in quibus et ipsis praestabat largiter, magistro dicendi ulus Apollodoro Pergamemo, quem iam grandem natu, Apollonium quoque secum ab Urbe iuvenis adhuc eduxerat. Deinde eruditione, etiam varia, repletus est per Arei philosophi, filiorumque eius, Dionysii et Nicanoris, contubernium: non tamen, ut aut loqueretur expedite, aut com-

plum nostrum Oudendorpius.
ERN.

Pro x autem duplex a] Mss. omnes habent *x*. Casaubonus fecit *z*, secutus universam rationem notarum: ex qua proxima quaeque littera substituitur praecedenti. ERN.

Cap. 89. *Repletus Sphaeri, Arei phil.* — *cont. inlit*] Mira varietas in codd. et edd., unde haec lectio facta per coniecturam et in textum recepta. Mf. Lys. item, ut alii quidam, habet *sphaeri*, nil praeterea: unde Salmasius fecit *per Arei* etc., quod Gronovius et Oudendorpius receperunt: non male. Sed tamen et altera correctio non

est conseranenda. Ceterum illa lectione recepta, necessarium erat, delere mox *inlit*, ut Oudendorpius fecit. *Sphaerus* intelligendus, libertus et paedagogus Octavii, quem ipse publico senere extulit, ut e Diono lib. 47. monuit Casaubonus. Quanto in honore habuerit Arcum Alexandrinum, patet ex eo, quod Iulianus epist. 51. narrat, Augustum, expugnata Alexandria, in oratione ad Alexandrinos dixisse, se iis parcere, etiam propter Arcum. ERN. *Inlit* abest a Meina. et aliis nonnullis libris: *Sphaeri* autem nomen in nullo comparuit Mf. in

ponere aliquid auderet. Nam et si quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Sed plane poematum quoque non imperitus, delectabatur etiam comoedia veteri, et saepe eam exhibuit publicis spectaculis. In evolvendis utriusque linguae auctoribus nihil aequè sectabatur, quam praecepta et exempla publice vel privatim salubria; eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad Urbis magistratus, plerumque mittebat; prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos et Senatui recitavit, et populo notos per edictum saepe fecit: ut orationes Q. Metelli *de prole augenda*, et Rutilii *de modo aedificiorum*; quo magis persuaderet, utramque rem non a se primo animadvertam, sed antiquis iam tunc curae fuisse. Ingenia seculi sui omnibus modis fovit. Recitantes et benigne et patienter audiit: nec tantum carmina et historias, sed et orationes et dialogos. Componi tamen aliquid de se, nisi et serio et a praesiantissimis, offēdebatur; admonebatque Praetores,

plerisque *repletus Sperarci* s. *Sperci philos.* Inde nostra ducta est scriptura, quam historici manum esse sine dubitatione praestaram. In vulgari vel illud offendit, quod doctores polymathiae requiruntur ab eo, qui illa iam repletus est. Ceterum, quoniam in pluribus codd. exstat *contubernio*, perplacet etiam alia Oudemdorpii correctio, *contubernia*. Quippe sic plurali numero utuntur

Romani in tali genere.

Metelli] Male hic a Casaubono laudatur Gellius I, 6. Is enim Numidicum memorat. Hic autem Macedonicus intelligitur, ut patet ex Epit. Liv. 59. 1. ad q. l. vide Dukerum. ERN.

Praetores] Nam, de eorum consensu demum, non modo fabulae quaeque agi poterant, sed etiam alia ingeniorum certamina publica fiebant. ERN.

ne paterentur, nomen suum commissionibus obsolescere.

90 Circa religiones talem accepimus. Tonitrua et fulgura paullo infirmius expavescerebat: ut semper et ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio: atque ad omnem maioris tempestatis suspicionem in abditum et concameratum locum se reciperet; consternatus olim per nocturnum iter transcursum fulguris, ut praediximus.

91 Somnia neque sua, neque aliena de se, negligebat. Philippensi acie quamvis statuisset non egredi tabernaculo propter valetudinem; egressus est tamen, amici somnio monitus: cessitque res prospere, quando captis castris leticia eius, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est. Ipse per omne ver, plurima, et formidolosissima, et vana, et irrita videbat: reliquo tempore rariora, et minus vana. Quum dedicatam in Capitolio aedem Tonanti Iovi assidue frequentaret, somniavit, queri Capitolinum Iovem, cul-

Commissionibus] I. e. certaminibus oratoriis et poeticis, in quibus plerumque ostentatio ingenii quaeritur: unde, quae recitantur, raro bona. Caligula Senecae scripta *commissiones* vocabat, ut Suetonius tradit c. 53., quod plena quaestus acuminibus essent. REX.

[Cap. 90. *Ut supra diximus*] Libri plures, ut praediximus, quod recepit Ovidius, qui tamen totum hoc

Inspectum habet, ut alienum a Suetonii consuetudine. Vax. Conf. de eo verbo Ruhken. ad Velleium 2, 21.

Cap. 91. *Tonanti*] Auctor de l'Explication des divers Monumens singuliers p. 557. putat, esse eum, qui etiam *Summanus* dicitur, quia Apuleius dicit, eundem etiam dici *fulminatorem, fulguratorem* etc. Sed *Summanus* in Capitolio fuit ante, quam Augustus *Tonantem* aedem exstrueret. FRAS.

tores sibi abduci; seque respondisse, Tonantem pro ianitore ei appositum: ideoque mox tintinnabulis fastigium aedis redimit, quod ea fere ianuis dependebant. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum asses porrigentibus praebens.

Auspicia et omina quaedam pro certissimis observabat. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextro, induceretur, ut dirum: si, terra marive ingrediente se longinquam profectio-92 nem, forte rorasset, ut laetum, maturique et prosperi reditus. Sed et ostentis praecipue movebatur. Enatae inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam in compluvium deorum Penatium transtulit; utque coalesceret, magno opere curavit. Apud insulam Capreas,

Notabilis erat ridiculum quidam in ipso somnio, quasi Iupiter, qui unus erat, pluribus personis constaret, diversa sentientibus. Sed talia etiam vigilando somniabat superstitiosa antiquitas.

Ianuis dependebant] Intell. templorum, ut aliarum aedium. Oudendorpius coniecit *dependeant*. Male. Si quid mutandum, scripserim *dependent*. Pro *quod ea* melius foret, *quae*. ERN. Nihil horum opus est: et verbum infectum pertinet ad actionem Augusti, aoristo expressam: *quod moris erat ea ianuis dependere*. Neque vero Suetonii aetate id moris omisium significatur. Cic.

Tusc. 1, 1. *Quum omnium artium, quae ad rectam viam pertinerent, ratio et disciplina studio sapientiae contineretur; hoc mihi Latinis litteris illustrandum putavi*. Sic optimus quisque Latinorum.

Cap. 92. *Compluvium deorum Penatium*] Interpretes parum accurate, hoc quid sit, explicarunt. Nam etiam Caesalbonus existimat, Lares et Penates eodem loco cultos. Sed vide, quae de hac re pluribus diximus in Clave Cic. in *Implurium*: ubi ostendimus, impluvium fuisse propriam sedem Penatium, ut focum Larum. ERN.

veterrimae ilicis demissos iam ad terram, languentesque ramos convaluisse adventu suo, adeo laetatus est, ut eas cum republica Neapolitanorum permutaverit, Aenaria data. Observabat et dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur, aut Nonis quidquam rei seriae inchoaret; nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium scribit, quam *δυσχρῆστου* nominis:

- 93 Peregrinarum cerimoniarum, sicut veteres ac praeceptas reverentissime coluit, ita ceteras contemptui habuit. Namque Athenis initatus, quum postea Romae pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret, et quaedam secretiora proponerentur, dimisso consilio et corona circumstantium, solus audiit disceptantes. At contra non modo in peragrandia Aegypto paululum deflectere ad visendum Apin superfeddit; sed et Caium nepotem, quod Iudaeam praetervehens apud Hierosolyman non supplicasset, collaudavit.

Cap. 93. *Ac praeceptas*] Sic libri scripti, et id potest intelligi, aut usitatae. Est tamen durum. Oudendorpins coniiciebat, *ac P. R. receptas*. Alii *receptas*, quod facillimum est. Eas. *Praecipere* est ante capere, ut *praedicere* c. 90. Conf. Heinf. ad Val. Flacc. 4. 341. Bonam lectionem et nostri codd. tuerentur.

Dimisso consilio] Sic recte, contra omnes libros, praeter unum Memm. et Medicum, reposuit Burmannus, solam ra-

tionem Latinitatis, quae necessaria est, secutus. Etenim *consilio* si verum esset, frustra *corona circumstantium* adderetur. Nempe, indices, aut assessores intelligendi, qui *consilium* vocantur. Cur ergo Vir doctissimus, in aliis similibus locis, non eandem rationem est secutus? Recept et Oudendorpins. Eas.

Supplicasset] I. e. sacrificasset, ut saepe nosser, et alii. Morem hunc non fuisse, ut etiam externis diis sacrificarent,

Et quoniam ad haec ventum est, non ab 94
 re fuerit subtexere, quae ei prius, quam na-
 sceretur, et ipso natali die ac deinceps evene-
 rint, quibus futura magnitudo eius, et perpe-
 tua felicitas sperari animadvertique posset. Ve-
 litris antiquitus tacta de caelo parte muri re-
 sponsum est, eius oppidi civem quandoque re-
 rum potiturum: qua fiducia Veliterni, et tunc
 statim et postea saepius, paene ad exitium
 sui, cum populo Romano belligeraverant. Se-
 ro tandem documentis apparuit, ostentum il-
 lud Augusti potentiam portendisse. Auctor est
 Iulius Marathus, ante paucos, quam nascere-
 tur, menses, prodigium Romae factum publi-
 ce, quo denuntiabatur, regem populi Romani
 Naturam parturire: Senatum exterritum cen-
 sisse, ne quis illo anno genitus educaretur:
 eos, qui gravidas uxores haberent, quod ad se
 quisque spem traheret, curasse, ne Senatus
 consultum ad aerarium deferretur. In Asclepia-
 dis Mendetis Θεολογούμενων libris lego, Atiam,

multis veterum locis constat.
 Alexandrum apud Hierosoly-
 mam deo Iudaeorum, ad prae-
 scriptum Pontificis, sacrificasse.
 tradit Iosephus Antt. Iudd. 11,
 8., ac fortasse huc etiam per-
 tinet, quod idem de Pompeio
 14, 4. tradit, iussisse purgare
 templum, ante profanatum, et
 τὸ νόμιμα ἐπιφέρειν τῷ θεῷ.
 Ceterum Burmannus malit *Hie-
 rosolyma*, quia et alibi sic
 apud nostrum est, Ner. 40.,
 Tit. 5. Bene. Vide notam Ou-
 dendorpii de hac verbi forma,

si tanti videtur. ERN.

Cap. 94. *Publice*] H. e. in
 eo loco, ut appareret, id ostentum ad rempublicam pertinere:
 qualia solebant Senatui munia-
 ri, ut innueris apud Livium
 exemplis discimus. ERN.

Populi Romani] Alii, Gro-
 novius, Burmannus, Ouden-
 dorpius, edidere *populo Ro-
 mano*. Nil interest. ERN.

Deferretur] Nam SCtum
 ante, quam in aerarium depo-
 situm esset, non valebat. ERN.
 Conf. Lips. ad Tac. Ann. 5, 51.

quum ad solemne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormisse; draconem repente irreplisse ad eam, paulloque post egressum; illam expergesactam, quasi a concubitu mariti purificasse se: et statim in corpore eius exstitisse maculam, velut depicti draconis; nec potuisse umquam exigi: adeo ut mox publicis balneis perpetuo abstinerit: Augustum natum mense decimo, et ob hoc Apollinis filium existimatum. Eadem Atia prius, quam pareret, somniavit, intestina sua ferri ad sidera, explicarique per omnem terrarum et caeli ambitum. Somniavit et pater Octavius, utero Atiae iubar solis exortum. Quo natus est die, quum de Catilinae coniuratione ageretur in curia, et Octavius ob uxoris puerperium serius affuisset, nota ac vulgata res est, P. Nigidium, comperta morae causa, ut horam quoque partus acceperit, affirmasse, dominum terrarum orbi natum. Octavio postea, quum per secreta Thraciae exercitum duceret, in Liberi patris lupo barbara cerimonia de filio consulenti, idem

Dormirent] Valde veravit hic locus Interpretes: nonnullis totum hoc, *dum e. m. dormirent*, tollendum existimantibus. Est sane sensus hic plane alienus. Ego arbitror legendum, *ventrem* vel *conventum*. Atia venit in templum. Quum ceterae matronae nondum adessent, mansit in lectica, et, dum expectat alias, obdormit. Simile est illud de Augusto, supra traditum c. 78. extr. ERY.

Vulgatum defendere cupit Oudendorp., me quidem non assentiente. Tum enim dicenda erat, *et ipsum obdormisse*. Felicitia videtur emendatio Eiusii, *conventum*; quod, syllaba omissa, scribetur fortasse *conventum*, unde vulgatum existere potest.

Secreta Thraciae etc.] Qui locus proprie denotaretur, nemo Interpretum vidit. Unicus est locus Macrobi, unde huic

affirmatum est a sacerdotibus: quod, in fano super altaria mero, tantum flammae cinicisset; ut supergressa fastigium templi ad caelum usque ferretur: unquam olim omnino Magno Alexandro, apud easdem aras sacrificanti, simile provenisset ostentum. Atque etiam sequenti statim nocte videre visas est liliū mortali specie amplio- rem; cum fulmine et sceptro, exuviisque Iovis Optimi Maximi, ac radiata corona, super laureatum currum, bis lenis equis candore exitio trahentibus. Infans adhuc, ut scriptum apud C. Drusum exstat, repositus vespere in cūnas a nutricula, loco planō, postera luce non comparuit: diuque quaesitus, tandem in altissima turri repertus est, iacens contra solis exortum. Quum primum fari coepisset, in avi-

loco lux accedit. Saturn. 1, 18. In Thraciā eundem haberi Solem atque Liberum accipimus: quem illi Sebadium (leg. Sebazium vel Sabazium) nūcupantes, magnifica religione celebrant, ut Alexander scribit: eique duo in monte Zilmisso aedes dicata est; specie rotunda, cuius medium interpretat terram. Hinc etiam intelligitur id, quod Interpretes non tetigerunt, quomodo flamma tecti fastigium supergredi, et ad caelum ferri potuerit. Ceterum flammam, ex ara altius sublata, esse boni ominis, notum est e Virgil. Georg. 4, 385. I. De templis tecto aperto, vide etiam Vitruv. 1. 11. Infra *Alm*

suspectum est Oudendorpio. Commodè sane absuerit. ERN.

Exuviis] I. e. cultu, vestitu togae pictae, et tunicae palmatae, qui erat vestitus triumphantium, quem a Iove sumebant, ut notum est. Burmannus apposite laudavit Liv. 10, 7., ubi est, Iovis Opt. Max. ornatus. ERN.

Laureatum currum] Cuperus malebat, super laureatam, (vel laurcam) deauratum currum. Heinsius laureatam probabat, sed deauratum improbat, quod per se intelligatur, quum currus triumphales vulgo aurati essent. Burmanno autem placet corona superbam, auratum currum; quod probarem, nisi illud superbam mihi

to suburbano obsirepentes forte ranas silere iussit: atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare. Ad quartum lapidem Campanæ viæ, in nemore prandenti, ex improviso aquila panem ei e manu rapuit: et quum altissime evolasset, rursus ex improviso leniter delapsa, reddidit. Q. Catulus, post dedicatum Capitolium, duabus continuis noctibus somniavit: prima, Iovem Optimum Maximum e prætextatis compluribus circum aram ludentibus, unum secrevisse, atque in eius sinum signum reipublicæ, quod manu gestaret, reposuisse. At in sequenti, animadvertisse se in gremio Capitolini Iovis eundem puerum: quem quum detrabi iussisset, prohibitum monitu dei, tamquam is ad tutelam reipublicæ educaretur. Ac die proximo obvium sibi Augustum, quum incognitum alias haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero, de quo somniasset. Quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Iupiter

uimis floridura h. l. videretur. Itaque aut legendum puto, *super deauratum currum*, quod etiam in cod. Ms. reperisse se ait Ursinus, placetque Ovidendorpio, aut vulgatum retinendum, quod explicari potest, ut *currus corvatus* Callimachi, ut alia his similia. Est tamen paullo durius, quam pro cetera facilitate Suetonii. Eas. *Deauratum* Ruhnenio unice placebat; iure, ut arbitror.

Campanæ] Eius mentio in Inscriptionibus apud Gruterum p. 611. n. 15. 574, 5. laudatis

Bergerio de Viis R. P. L. III. c. 24. qui eam ab Appia distinguit; quod facit etiam Fabrettus in Inscriptt. p. 481., qui mediani inter Appiam et Ostiensem ponit. Eas.

Altissime evolasset] Sic recte Mss. quidam pro *volaasset*. Absorptum est e a finali verbi præcedentis: sicque editum iam a Burmanno. Eas.

E prætextatis] Vulgo exulabat præpositio. Nostri codd. eam habent omnes.

Signum reipublicæ] Reponi voluit e Dionis *signum Ro-*

compluribus praetextatis tutorem a se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent: eiusque osculum, delibatum digitis, ad os suum retulisset. M. Cicero C. Caesarem in Capitolium profecutus, somnium pristinae noctis familiaribus forte narrabat: puerum facie liberali, demissum e caelo, catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eique Iovem flagellum tradidisse: deinde, repente Augusto viso, quem ignotum adhuc plerisque avunculus Caesar ad sacrificandum acciverat, affirmavit, ipsum esse, cuius imago secundum quietem sibi obversata sit. Sumentem virilem togam tunica lati clavi, resuta ex utraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui in-

mac. Ego idem esse arbitror. Dio tantum interpretatur Suetonium. ERN.

Retulisset] Sensus est, digitos suos posuisse, primo in osculo pueri, tum inde ad suum os retulisse: quod est proprie *adorare*. Si, ut Burmannus putat, sublatum puerum osculatus est, quorsum digitos ante in ore eius posuit? Sed qui non suaviabantur, quod aut nollent, aut non possent, honoris causa tale aliquid faciebant. Non placet haec ratio Oudendorpio, facienti cum Burmanno, qui tamen scrupulum illum, *Quorsum* etc., non eximit. Dicit: ergo Iupiter puerum illum *adoravit*? Recte, sed non sensu religioso. Nam et citharam Nero adoravit, c.

12. ERN. Conf. Salmas. ad Vopisc. Prób. c. 23. *At retulisse parvum os pueri ad os suum* nihil aliud esse potest quam *admove*re oris suo. Recte igitur Burmannus.

Lati clavi] Unde, et quo iure, Octavio *latus clavus*? Nam Augusti hoc institutum. ut Senatorum filii clavum latum acciperent, ut supra c. 38. Suetonius commemoravit. Dedit ergo Caesar, honoris habendi causa, extra ordinem: qualia ille multa fecit. ERN.

Resuta] Suturae, quibus utraque tunicae pars, antica et postica, nexa super humeros, resolutae, ut utraque pars tunicae decideret ad pedes, idque factum, quum, praetexta adempta, tunicalus staret. ERN.

terpretarentur, non aliud significare, quam ut is ordo, cuius insigne id esset, quandoque ei subiiceretur. Apud Mundam D. Iulius castris locum capiens, quum silvam caederet, arborum palmae repertam conservari, ut omen victoriae, iussit: ex ea continuo enata soboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non aequipararet modo matricem, verum et obtegeret, frequentareturque columbarum nidis: quamvis id avium genus duram et asperam frondem maxime vitet. Illo et praecipue ostento motum Caesarem ferunt, ne quem alium sibi succedere, quam sororis nepotem, vellet. In secessu Apolloniae Theogenis mathematici pergulam, comite Agrippa, ascenderat: quum Agrippae, qui prior consulebat, magna et pae- ne incredibilia praedicerentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Quam tamen, post multas adhortationes, vix et cunctanter edita, exsiluit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumquo argenteum, nota sideris Capricorni, quo natus est, percussit.

Significare] Sic omnes libri. Arbitror autem, legendum e Latinitatis lege *significari*. Sic mox c. 95. *Nemine peritorum aliter coniectante, quam, lacta — — portendi*. Sic iam Rob. Stephanus dedit. EAX.

Pergulam] Graece *Περγόλον*, coenaculum, h. e. diaetam in loco esito, ubi, tenuis sortis homo, sive potius, ut sine in-

terpellatione vacare cogitationibus, et astronomiae commode operari dare posset, habitabat Theogenes. Vide Salmas. ad Scr. Hist. Aug. Tom. II. p. 755. EAX. Eli, quod hodie barbare vocant, *observatorium*.

Capricorni] Vide scagn. epistolae Augusti apud Gell. 13, 7. Qui capricornium in

Post necem Caesaris, reverso ab Apollonia 95
et ingrediente eo Urbem, repente liquido ac
puro sereno, circulus ad speciem caelestis arcus
orbem solis ambiit: ac subinde Iuliae, Caesa-
ris filiae, monumentum fulmine ictum est. Pri-
mo autem consulatu ei augurium capienti duo-
decim se vultures, ut Romulo, ostenderunt; et
immolanti omnium victimarum iocinora, repli-
cata intrinsecus ab ima fibra paruerunt: nemi-
ne peritorum aliter coniectante, quam laeta
per haec et magna portendi.

Quin et bellorum omnium eventus ante 96
praesentit. Contractis ad Bononiam Triumvi-
rorum copiis, aquila tentorio eius superfedens

numis Augusti alio referunt, re-
felluntur a Liebio in Gottha nu-
maria p. 55. 56. 146. Conf. Ex-
plication des divers monumens
singuliers p. 272. f., ubi monet
auctor, etiam externos reges,
ut Augusto assentarentur, hoc
signo numos percussisse. ERM.

Cap. 95. *Primo consulatu*]
Intelligo de nocte ante initum
consulatum, qua magistratus
auspicato pomerium egressi,
in horto, aut alio quo loco, sub
dio, auspicia quaerebant, ea-
que nacti redibant. Vide Cic.
de Div. 1, 17. inpr. Valesium
ad Peiresc. Exc. p. 83. Ita sal-
tem videtur Suetonius intellexisse:
etsi paullo aliter Dio, cuius
minor est auctoritas. Sed Bur-
mannus interpretatur de oraculo.
Sic verbo *augurii* usus sa-
ne Virgil. Aen. 3, 89. *Da, pa-*

ter, augurium: prius ede ora-
culum; ubi vide Burm. ERM.

Replicata] I. e. duplicia:
nam Dio habet, διττά. *Fibra*
est ipsum iecur. Non autem
sic capiendum, ut duplicia ha-
buerint: sed visum tale, ac
species, extra insipientibus ob-
lata divinitus, ut putabant.
Sed in laetis extis duplicia, s.
duplex eorum species, ut Ca-
saubonus ad h. l. docet. Cete-
rum hoc auspiciam ad praetu-
ram Augusti pertinere, Wesse-
lingius et Casaubonus docuere.
ERM.

Paruerunt] Apparuerunt,
conspicua sunt: verbo antiquo
et solemn. *Patuerunt*, quod
olim edebatur, defendit Sava-
ro ad Sidon. p. 556., ubi omnes
Mss. habent *patuerunt*, et Si-
donius haud dubie hunc locum

duos corvos hinc et inde infestantes afflixit, et ad terram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, atque exitum praelagiente. In Philippis Thessalus quidam de futura victoria nuntiavit, auctore D. Caesare, cuius sibi species itinere avio occurrisset. Circa Perusiam sacrificio non litante, quum augeri hostias imperasset, ac subita eruptione hostes omnem rei divinae apparatus abstulissent, constitit inter haruspices, quae periculosa et adversa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in ipsos recasura, qui exta haberent. Neque aliter evenit. Pridie, quam Siciliensem pugnam classe committeret, deambulanti in litore piscis e mari exsiluit, et ad pedes iacuit. Apud Actium descendenti in aciem alius cum alinatio occurrit: homini Eutyclus, bestiae Nikon erat nomen. Utriusque simulacrum aeneum victor posuit in templo, in quod caesirorum suorum locum vertit.

97 Mors quoque eius, de qua dehinc dicam, divinitasque post mortem, evidentissimis osten-

in mente habuit. Sed potueram tunc libri in hoc verbo vitiosi esse. Eux.

Cap. 96. *Sacrificio non litante*] Ulitatus foret, quum non litaret, s. litare non posset. Sed hoc quoque rectum esse, docuit Burnmannus ex Ovid. Met. 15. 724. *victima nulla litat.* Eux.

Augeri hostias] Aliam super aliam adduci, donec bona exta reperisset, quod est ad li-

tationem immolare. Eux.

Constitit inter haruspices] Exquilinis hac formula utitur, pro, summo consensu pronuntiarunt; quod moneo, ne tiro nes vulgarem huius formulae sensum hic quaerant. Eux.

Denuntiata] Eleganter de extis tribus; quibus etiam minae eodem sensu eleganter tribuuntur a poetis. Eux.

In ipso] Vulgo, in illos; invitis codd. nostris et aliorum.

tis praecognita est. Quum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum saepius circumvolavit: transgressaque in vicinam aedem, super nomen Agrippae, ad primam litteram sedit: quo animadverso, vota, quae in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. Nam se, quamquam conscriptis paratisque iam tabulis, negavit susceptorum, quae non esset soluturus. Sub idem tempus ictu fulminis ex inscriptione statuae eius prima nominis littera effluxit. Responsum est, centum solos dies posthac victurum, quem numerum C littera notaret: futurumque, ut inter deos referretur, quod AESAR, id est, reliqua pars e Caesaris nomine, Etrusca lingua deus vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimissurus, et Beneventum usque profecturus, quum interpellatores aliis atque aliis causis in iure dicendo detinerent, exclamavit, (quod et ipsum mox inter omnia relatam est,) *Non, si omnia morarentur, amplius se posthac Romae futurum.* Atque itinere inchoato, Asturam perrexit: et inde praeter consuetudinem de nocte ad occasionem aurae evehctus, causam valetudinis contraxit ex profluvio alvi.

Tunc Campaniae ora, proximisque insulis 98
circuitis, Caprearum quoque secessui quadri-
duum impendit: remississimo ad otium et ad
omnem conitatem animo. Forte Puteolanum

Cap. 97. *Collegam suum*] In tribunicia potestate, et pro-
consulari et censoria. Tib. c.
21. ERR.

Cap. 98. *Tunc Campaniae
ora*] Hic initium novi capi-
tis feci, cum Oudendorpio, lu-
pioribus, *Causam* etc., ad

finum praetervehenti, vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae tantum quod appulerat, candidati, coronatique, et thura libantes, fausta omnia et eximias laudes congesterant: *Per illum se vivere: per illum navigare: libertate atque fortunis per illum frui.* Qua re admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus divisit: iusque iurandum et cautionem exegit a singulis, non alio datam summam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium, absumpturos. Sed et ceteros continuos dies, inter varia munuscula, togas insuper ac pallia distribuit: lege proposita, ut Romani Graeco, Graeci Romano habitu et sermone uterentur. Spectavit assidue et exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto Capreis erat. Iisdem etiam epulum in conspectu suo praebebat, permitta, immo exacta iocandi licentia, diripiendique pomorum et obsoniorum, rerumque missilium. Nullo denique genere hilaritatis abstinuit. Vicinam Capreis insulam ἀπρωγόπελον appellabat, a desidia secedentium illuc e

c. 97. redactis. Nam *est* a plerisque Mss. abest, et res cum superioribus cohaeret. ERN.

[*Vetere instituto*] Graeco. Graeci enim habitabant, ut situs facile indicat. EAS. Quare etiam *ephebos* dicit.

[*Diripiendique pomorum*] Antiquam hanc loquendi rationem satis illustravit Calaubonus. Adde Plant. Afin. 2, 3, 57. Lav. 8, 17. Drakenborch. ad Liv. 23, 25. EAS. Et

Gron. ad Gell. 4, 15. et Vossii de Construct. c. 53. At Guell. 2. et alii quidam codex. habent *missilia*, unde Oudendorp. probabiliter corr. *rezumque similium missilia*.

[*Insulam Capreis insulam*] Scholiales Iuvenalis haec verba proferens habet *Capreas*: quod placet Doxillio ad Charitonem p. 76. Sic Tacitus Ann. 4, 6. *Capreas se insulam abdidit.* Sed hic Ca-

comitatu suo. Sed ex dilectis unum, Masgabam nomine, quasi conditorem insulae, *κτιστήν* vocare consuevit: huius Masgabae, ante annum defuncti, tumulam quum e triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus frequentari, versum compositum ex tempore clare pronuntiavit:

Κριστοῦ δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

Conversusque ad Thraſyllum, Tiberii comitem, contra accubantem et ignarum rei, interrogavit, cuiusnam poetae putaret esse: quo haesitante, subiecit alium:

Ὅρῳς Φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

ac de hoc quoque consuluit: quum ille nihil aliud responderet, quam, cuiuscumque essent, optimos esse; cachinnum fustulit, atque in iocos effusus est. Mox Neapolim traiecit, quamquam etiam tum infirmis intestinis morbo variante; tamen et quinquennale certamen gymnicum honori suo institutum perspectavit: et cum Tiberio ad destinatum locum contendit. Sed in redeundo, aggrayata valetudine, tandem Nolae succubuit: revocatumque ex itinere Tiberium diu secreto sermone detinuit, ne-

preae nimis clare ab illa insula distinguitur: nam tum Capreis erat Augustus, et insula vicina, quo comites secedebant, erat alia. ERN.

Dilectis] Intell. delicatis, ut monuit Burmannus. ERN.

Conditorem] De hoc usu verbi Graeci praeter laudatos Burmanno vide Cuperum Obs. 3, 9. Scaliger ad Euseb. p. 57. 39. b.

negat, aequè feliciter *κτιζειν*, quum de regionibus dicatur, Latine exprimi posse; qui hoc loco Suetonii refellitur: quamquam ipse Suetonius videtur indicare voluisse, sic dici durissime Latine, adiecto *τῷ quasi*. ERN.

De hoc quoque] Oudendorpius addidit *ac e* libris bonis. Item bene mox *etiam tum pro et tum*. ERN.

que post ulli maiori negotio animum accommodavit.

99 Supremo die idemtidem exquirens, an iam de se tumultus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi ac malas labentes corrigi praecepit. Et admissos amicos percunctatus, *Ecquid iis videretur mimum vitae commode transegisse*, adiecit et clausulam:

Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς τῷ παιγνίῳ
Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Omnibus deinde dimissis, dum advenientes ab Urbe de Drusi filia aegra interrogabat, repente in osculis Liviae, et in hac voce, defecit: *Livia, nostri coniugii memor vive, ac vale!* fortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat. Nam fere, quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi et suis εὐθανασίαν similem (hoc enim et verbo uti solebat) precabatur. Unum omnino, ante efflatam animam, signum alienatae mentis ostendit, quod subito pavefactus, a quadraginta se iuvenibus abripi, questus est. Id quoque magis praesagium, quam mentis deminutio fuit:

Cap. 99. *Malas labentes corrigi*] Quae scil. morientibus cum vultu excidunt. Eas sibi volebat manu restitui; ne deformis adspectus esset. Huc refer ap. Albinov. ad Liv. v. 160.

Atque utinam Drusi manus altera et altera fratris

Formarent oculos comprimerentque in eos.

Ibid. v. 138. Livia dicit se ef-

ingere mortui manus, quod huc referendum. ERN.

Drusi filia] Livilla. ERN. Mox scrib. *interrogat pro interrogabat*, ex bonis aliquot libris, ut Longol. etc.

Hoc enim et verbo] Enim et pro etenim, a Graeco γὰρ καὶ accipit Abrech Lectt. Thucyld. p. 107. ERN. Quis alius Romanorum ita dixit? Cape: *nam etiam verbo hoc*

liquidem totidem milites Praetoriani extulerunt eum in publicum.

Obiit in cubiculo eodem, quo pater Octavius, duobus Sextis, Pompeio et Appuleio, Consulibus, decimo quarto Kalendas Septembris, hora diei nona, septuagesimo et sexto aetatis anno, diebus quinque et triginta minus. Corpus Decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt: noctibus, propter anni tempus, quum interdiu in basilica cuiusque oppidi, vel in aedium sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, Urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit. Senatus et in funere ornando, et in memoria honoranda, eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint quidam, funus triumphali porta ducendum, praecedente Victoria, quae est in curia, canentibus naeniam principum liberis utriusque sexus: alii, exsequiarum die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos; nonnulli, legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum. Fuit et, qui suaderet, appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam: quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset. Alius, ut omne tempus a primo die natali ad exitum eius, seculum Augustum appellaretur, et ita in fastos referretur. Verum, adhibito honoribus modo, bisariam laudatus est: pro aede D. Iulii a Tiberio: et

uti solebat: verbo ipso quoque, non tantum sententia et voto.

Cap. 100. *Victoria* etc.]

Cum ara, in qua ei sacrificaretur thure. Intelligenda autem curia Iulia. Vide Pagium App. ad Crit. Bar. p. 26. ERX.

pro rostris veteribus a Druso Tiberii filio, ac Senatorum humeris delatus in Campum, crematusque. Nec defuit vir praetorius, qui se effigiem cremati euntem in caelum vidisse iuraret. Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati et discincti, pedibusque nudis, ac Mausoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam, ripamque Tiberis, sexto suo consulatu extruxerat: circumiectasque silvas et ambulationes in usum populi iam tum publicarat.

Veteribus] Ita edendum putavi, non *sub veteribus*, quod non a libris Mss., ut opinor, venit, sed ab Egnatio. Codex quidem optimus Memmianus non habet *sub*, nec alii multi, in quibus etiam est Lyslerianus. *Sub veteribus* quid sit, satis novi: sed non video, quare Drusus dicatur *sub veteribus tabernis* laudasse Augustum. Non is est locus orationum habendarum; nec ibi rostra: sed si ibi, frustra adiiiceretur, et contra consuetudinem. Neque ullum exemplum orationis, *sub veteribus* habitae, poterit proferri. Sed rostra sunt *vetera* et *nova*. Ad didit autem Suetonius h. l. *veteribus*, quia et Tiberius pro rostris, sed novis, quae erant pro aede D. Iulii, verba fecit. Idem est ergo, ac si dixisset: *pro rostris novis s. Iulii a Tiberio, pro veteribus a Druso*. Delevit et Ondendor-

pius. ERN. Conf. Dio Cass. 56. 34. extr.

Iuraret] Hoc temporum ratio postulat, non *iurasset*. Atque sic est in Memmiano, aliisque codd. Mss., tum a Burmanno laudatis, tum Mf. Lysl. et edd. antiquis, ut mirer, *id iurasset* a Burmanno in contextu relictum. *Iuraret* etiam Ondendorpius delit. ERN.

Ambulationes] Burmannus dubitat, an haec sint *ambulationes Octaviae*, quarum mentio ap. Iosephum B. I. 7. 5. 4., ubi Vespasianus, triumphaturos, expectatos a Senatu et Equitibus, Iosephus dicit. Dubitationem movet nomen quod non *Augustae* potius, quam *Octaviae* dicantur: omninoque rem eruditionibus relinquit. Sed non est opus magna eruditione, ut videas, non esse Octavias ambulationes easdem cum his Augusti. Modo, totum Iosephi

Testamentum, L. Planco, C. Silio Confu- 101
libus, tertio Nonas Aprilis, ante annum et qua-
tuor menses quam decederet, factum ab eo,
ac duobus codicibus, partim ipsius, partim li-
bertorum Polybii et Hilarionis manu scriptum,
depositumque apud se, virgines Vestiales, cum
tribus signatis aequae voluminibus protulerunt.
Quae omnia in Senatu aperta atque recitata
sunt. Heredes iussit primos, Tiberium ex
parte dimidia et sextante, Liviam ex parte ter-
tia, quos et ferre nomen suum iussit: secundos
Drusum, Tiberii filium ex triente, ex par-

locum lege: statim intelliges, illas ambulationes Iosephi fuisse in porticu Octavia. Nam pro περιπάτω statim ponitur στοά, in qua Senatus Caesares expectavit. Porticus Octaviae plures commemorantur a veteribus. Burmannus deceptus est verbis de Senatu et Equite, adventum Caesarum expectante. Sed ille non in Tiberi advenere tam: iam in Urbe erant, et superiori nocte in templo Iliadis dormierant. Mirum est, Virum doctissimum hic haerere potuisse. Probavit sententiam nostram Oudendorpius. ERN.

Cap. 101. *Duobus codicibus*] Dupliciter hunc locum Viri docti interpretantur. Alii sic, ut unum testamenti exemplum duos codices occuparit, eiusque partes quaedam ab ipso, aliae a libertis scriptae fuerint; alii autem, ut idem testamentum bis scriptum fuerit.

Posteriori interpretationi favet consuetudo vetus, eiusdem testamenti bis, terve, scribendi, ut, si alterum perisset casu, alterum superesset: de quo more vide Auct. Chronici Gotwic. T. I. L. II. c. I. p. 77. 78. Atque ita fecit Tiberius auctore Suetonio c. 76. Priorem probabilem facit, primo, illud, quod uno loco deponitur testamentum, adeoque ratio multiplicandi tollitur: deinde modus loquendi: *partim — partim*: quod de duobus exemplis intelligi vix potest. Itaque hanc interpretationem potius tenebimus, quod fecit et Oudendorp. Ratio autem instituti haec fuisse videtur, ut, quae nescire libertos vellet, ea ipse scriberet, nec idem libertus omnia sciret. Ceterum fragmentum testamenti huius est apud Charisium p. 30. ap. Putsch. et Suetonium in Tiber. c. 23. ERN.

tibus reliquis Germanicum, liberosque eius tres sexus virilis: tertio gradu, propinquos amicosque complures. Legavit populo Romano quadringenties, tribubus tricies quinquies sestertium: Praetorianis militibus singula millia nummorum, cohortibus urbanis quingenos, legionariis trecenos nummos: quam summam repraesentari iussit: nam et confiscatam semper repositamque habuerat. Reliqua legata varie dedit: produxitque quaedam ad vicies sestertium: quibus solvendis annum diem finiit, excusata rei familiaris mediocritate: nec plus perventurum ad heredes suos, quam millies et quingenties profectus: quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset: quod paene omne cum duobus paternis patrimoniis, ceterisque hereditatibus, in rempublicam absumpsisset. Iulias, filiam, neptemque, si quid his accidisset, vetuit sepulchro suo inferri. De tribus voluminibus, uno, mandata de funere suo complexus est; altero, indicem rerum a se gestarum, quem vellet incidi in aeneis tabulis, quae ante Mausoleum

Confiscatam] Proprie hic verbo utitur, pro. *in fiscos congestam*: nos vocamus *paratam*. Exempla alia attulit Cataubonus. ERN.

Vicena sestertia] Perizonius volebat, *vicies HS.*, quod probat Graevius. Recte. Nam *vicena sestertia* parva summa, quum manifestum sit, Suetonium permagnam commemorasse. Scriptum fuit per com-

pendium XX HS., quod utroque modo legi potest. ERN. Reposui emendationem, vel sine libris probabilem.

Annum diem] Urfinus e codd. laudat *annuum*, quod est usitatus. Sensus est, anno elapso solvi iussit, adeoque una pensione omnem solvi voluit. Vide Bynkersh. Obs. 7, 19. ERN.

Indicem rerum] Eius fra-

statuerentur: tertio, breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique essent, quantum pecuniae in aerario et fisci et vectigaliorum reliduis. Adiecit et libertorum servorumque nomina, a quibus ratio exigi posset.

gumentum amplum, et insigne sub nomine monumenti Ancyranum exstat, a variis illustratum, optime ab Chishullo in

Antiqq. Asiatic. ERN.

Ubique essent] Sic nostri MSS. cum aliis multis ap. Oudendorp. Vulgo *esset*.

SUETONII
LIBER TERTIUS.

TIBERIUS NERO CAESAR.

Patricia gens Claudia (fuit enim et alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientium manu commigravit, auctore Tito Tatio, consorte Romuli, vel, quod magis constat, Atta Claudio, gentis principe, post reges exactos sexto fere anno, a patribus in patricias cooptata. Agrum

Cap. i. *Consorte Romuli]* Pro collega dici, a pluribus demonstratum est: plenius est consors regni vel imperii, sed id hic locum non habebat. ERN.

Atta Claudio, gentis princeps] Claudio suspectum fuit Viris doctis, qui aut *Atta Clauso*, aut *Appio Claudio*, legendum putarent: illud melius, ut est et apud Livium; et sic quidam libri ser. Quidam et *Claudio* delent: noster Mf. et Vindob. habent *Atta, Claudiae gentis princeps*. Sed id languet, quum supra iam

fit *gens Claudia*. Optimum puto deleri. ERN.

Cooptata] Dukerus ad Liv. 4, 4. suspicatur *cooptato* legendum, ut ad *Atiani* referatur. Sed primum *to insper*, quod mox sequitur, repugnat. Etenim id indicat, aliud beneficium, Claudiae genti tributum, praecessisse: quod non est, si *cooptato* legamus. Accedit, quod Suetonius potius dicturus erat *in patres cooptato*, sine *a patribus*. Sed *cooptata* probato, consequens est, ut corrigamus *patricias* pro *patricios*, ut habent plures bo-

insuper trans Anienem clientibus, locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio, publice accepit. Deinceps, procedente tempore, duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes, adeptus est. Quum prænominibus cognominibusque variis distingueretur, Lucii prænomen consensu repudiavit, postquam e duobus gentilibus, praeditis eo, alter latrocinii, caedis alter convictus est. Inter cognomina autem et Neronis assumpsit, quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus.

Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in rempublicam

ni libri scripti, ut et fecit Oudendorpius. ERR. Etiam Perizonius malebat in *patricios cooptato*: non enim genti universae, sed uni Claudio, locum in Senatu datum. At non de loco in Senatu sermo est, verum de patriciatus, qui sane honor cum gentibus communicabatur. Mihi quoque verum videtur. *cooptata*, quod reliqua verba omnia, *accepit, adeptus est* etc., subiectum habent *gentem*, non hominem. Neque adeo ista, *auctore T. Tatius* etc., pertinent ad *commigravit*, sed ad posteriora verba. Cur tamen *patricios* mutemus, minime video: conf. Vitell. c. 1.; nam cedicum in talibus prope nulla auctoritas. Ceterum quod additur a *Patribus*, id omnino poterat abes-

se, suadente Lipsio et Torrentio: sed quid vetuit, nominari eos, qui illius honoris tum datores erant?

Locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio] Quaeri potest, utrum gens Claudia illud ius semper postea usurparit, an fecerit id, quod gens Valeria: cuius auctori, Poplicolae, honore causa, locus talis sub Veliam datus olim erat. Locum e Plutarchi Popl. extr. adscribam: Νῦν δὲ θάπτεται μὲν οὐδεὶς τῶν ἀπὸ γένους κομισάντες δὲ τὸν νεκρὸν ἐκεῖ κατατίθενται. Καὶ ἄλλοις τις ἡμμένῃ λαβὼν, ὅσον ὑπήνεγκεν, εἶτα ἀναιρεῖται, μαρτυρούμενος ἔργῳ τὸ ἐξεῖναι, φείδουσι δὲ τῆς τιμῆς. Καὶ τὸν νεκρὸν εὖτως ἀποκομίζουσιν. Nunc vero nemo quidem

exstant. Sed ut praecipua commemorem, Appius Caecus societatem cum rege Pyrrho, ut parum salubrem, iniri dissuasit. Claudius Caedex primus, freto classe traiecto, Poenos Sicilia expulit. Claudius Nero advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Haldrubalem, prius quam Hannibali fratri coniungeretur, oppressit. Contra Claudius Appius Regillanus, Decemvir legibus scribendis, virginem ingenuam per vim, libidinis gratia, in servitutem asserere conatus, causa plebi fuit secedendi rursus a patribus. Claudius Drusus, statura sibi cum diademate ad Appii Forum posita, Italiam per clientelas occupare tentavit. Claudius Pulcher apud Siciliam, non pascentibus in auspicando pullis, ac per contentum religionis mari demersis, quasi ut biberent, quando esse nollent, proelium navale inivit: superatusque, quum Dictatorem dicere a Senatu iuberetur, velut iterum illudens discrimini publico, Gliciam viatorem suum dixit. Exstant et seminarum exempla,

ex illa gente ibi sepelitur. Sed cadaver eo delatum ibi deponunt. Post aliquis ardentem facem paulum subicit, mox abstrahit: re significans, licere quidem, sed se abstinere honore. Et sic cadaver auferunt. ERN.

Cap. 2. *Freto classe traiecto*] *Freto* praecipue de freto Siculo dicebatur, ut eo, quod primum Romanis innotuerat: inde et adiectivum *ficiensis*. Vide Cic. ad Att. 10, 7. Velleium 2, 53. Flor. 2, 2. pr.

In servitutem etc.] Non satis proprie dictum: nam non ipse adseribat, sed adserenti favebat, secundum eum pronuntiabat. Liv. 3, 4. *M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem adsereret.* ERN. Ita in hoc genere loquuntur omnes, ut id paene in proprietatem sermonis abierit.

Glyciam] Hoc nomen retinetur in contextu, sola legis criticae auctoritate, ne quid contra libros mutetur. Cete-

diversa aequae: siquidem gentis eiusdem utraque Claudia fuit, et quae navem cum sacris matris deum Idaeae obhaerentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, *ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret*: et quae novo more iudicium maiestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudo aegre procedente carpento palam optaverat, *ut frater suus Pulcher revivisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romae foret*. Praeterea notissimum est, Claudios omnes, excepto duntaxat P. Clodio, qui ob expellendum Urbe Ciceronem, plebeio homini, atque etiam natu minori, in adoptionem se dedit, optimates asertoresque unicōs dignitatis ac potentiae patriciorum semper fuisse, atque adversus plebem adeo violentos et contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare vestem aut deprecari sustinuerit; nonnulli in altercatione et iurgio Tribunos plebis pulsaverint. Etiam virgo Vestalis fratrem, iniussu populi triumphantem, adscenso simul curru, usque in Ca-

rum haud dubie ex Epit. Liv. 19. et e Fastis Capit. legendum *Gliciam*, ut dudum monuere Viri docti. Vide Duker. ad Liv. Epit. cit., cui et favent libri scr. habentes *Liciam* vel *Litiam*. ERN. Mutavi igitur.

Novo more] Quod olim facta arguebantur, dicta impune erant, ut ait Tacit. Ann. 1, 2. demonstratque Nordkerk.

Obss. c. IX. p. 170. ERN. Immo, opinor, quod mulier id iudicium subiit.

Optaverat] Sic e Memmiano, aliisque codicibus, rescripti pro vulgato *optaverit*, Latinitate pollulante. Imitatus est Oudendorpius. ERN.

Fratrem] Alios, *patri* hoc factum, dicere, satis notum est. ERN. Nec Scriptoris fuisse hic error, sed librarii.

pitoliũm profecuta eſt, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum eſſet.

5

Ex hac ſtirpe Tiberius Cæſar genus trahit, et quidem utrumque: paternum, a Tiberio Nerone; maternum, ab Appio Pulchro: qui ambo Appii Cæci filii fuerunt. Infertus eſt et Liviorum familiae, adoptato in eam materno avo. Quae familia, quamquam plebeia, tamen et ipſa admodum floruit, octo conſulati- bus, cenſuris duabus, triumphis tribus; dictatura etiam ac magiſterio Equitum honorata: clara et inſignibus viris, ac maxime Salinato- re, Druſiſque. Salinatorũ univerſas tribus in cenſura notavit levitatis nomine, quod, quum ſe poſt priorem conſulatum multa irrogata condemnatiſſent, Conſulem iterum Cenſoremque feciſſent. Druſas, hoſtium duce Drauſo con- minus trucidato, ſibi poſterisque ſuis cognomen invenit. Traditur etiam pro Praetore ex provin- cia Gallia retuliſſe aurum, Senonibus olim in obſidione Capitoliĩ datum; nec, ut fama eſt, extortum a Camillo. Eius abnepos, ob exiniã adverſus Gracchos operam *patronus Senatus* dictus, filium reliquit, quem, in ſimi- li diſenſione multa varie molientem, diverſa factio per fraudem interemit.

Cap. 3. *Univerſas tribus*] Praeter Maeciam. Cauſam vide apud Liv. 29, 37. EAX.

Notavit] Quomodo? Aera- rias fecit. Liv. I. c. Ceterum Livius illam caſtigatio- nem inconſtantiae populi recte probat, et temporum illo- rum gravitate dignam iudi-

cat. EAX.

Ut fama eſt] Adlidi eſt cum Barn. et Oudendorpio, quod et M. Voſſer habet. EAX. Alteram quoque ſententiam in mendacijs habendam eſſe, cenſebat Perizon. Quis enim non potius credit, pecuniam inter ſe milites diviſiſſe?

Pater Tiberii, Quaestor C. Caesaris, Alexandrino bello classi praepositus, plurimum ad victoriam contulit. Quare et Pontifex in locum P. Scipionis substitutus, et ad deducendas in Galliam colonias, in quibus Narbo et Arelate erant, missus est. Tamen, Caesare occiso, cunctis barbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de praemiis tyrannicidarum referendum censuit. Praetura deinde functus, quum exitu anni discordia inter Triumviros exorta esset; retentis ultra iustum tempus insignibus, L. Antonium Consulem, Triumviri fratrem, ad Perusiam secutus, deditioe a ceteris facta, solus permansit in partibus, ac primo Praeneste, inde Neapolim evasit: servisque ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Sed indigne ferens, nec statim se in conspectum Sex. Pompeii admissum, et fascium usu prohibitum, ad M. Antonium traiecit in Achaiam. Cum quo, brevi reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, uxoremque Liviam Drusillam, et tunc gravidam, et ante iam apud se filium enixam, petenti Augusto concessit.

Cap. 4. *Pater Tiberii*] Delevi cum Oudendorpio vero, quod Suetonius non solet addere in hac forma narrandi, et abest libris sc. pluribus. ERN.

Narbo] Sic pro *Narbona* dedi e Mss., ut Graevius, Gronovius voluerit, fecitque et Oudendorpius. Latini veteres sic semper. ERN.

Abolitionem facti] Lipsius coniecit, *oblivionem*: quod esse usitatum de ἀμνηστία ver-

bum, e Sueton. Claud. c. 9. et Iustino 5, 10. docet Burmannus. Addi potest Cornelius Nepos 8, 3. Sed tamen et *abolitio* de ἀμνηστία dicitur, v. c. Quintil. 9, 2. Inprimisque Icti de ea re id verbum usurpant. Itaque quod Burmannus hoc verbum reprehenderet, non erat, quasi scilicet factum ipsum aboleri non potuisset: quum saepissime etiam crimina dicantur *aboleri*, quae

Nec multo post diem obiit, utroque liberorum superstitē, Tiberio Drusoque Neronibus.

5 Tiberium quidam Fundis natum existimaverunt, secuti levem coniecturam, quod materna eius avia Fundana fuerit, et quod mox simulacrum Felicitatis ex Senatus consulto publicatum ibi sit. Sed, ut plures certioresque tradunt, natus est Romae in Palatio, sextodecimo Kalendas Decembris, M. Aemilio Lepido iterum, L. Munatio Planco, Consulibus, post bellum Philippense. Sic enim in fastos Actaque publica relatum est. Nec tamen desunt, qui partim antecedente anno, Hirtii ac Panfæ; partim insequente, Servilii Isaurici Antonique consulatu genitum eum scribant.

6 Infantiam pueritiamque habuit laboriosam et exercitam, comes usquequaque parentum fugæ: quos quidem apud Neapolin sub irruptionem hostis navigium clam petentes, vagitu suo paene bis prodidit; semel, quum a nutricis ubere, iterum, quum a sinu matris raptim

non puniuntur, ut vel Lexica docent. ERN.

Cap. 5. *Publicatum*] Exquisite, pro, *consecratum et publico loco positum*. Nam privata consecrando sunt publica. Sic area aedium Ciceronianarum consecrando publicata est. ERN.

Cap. 6. *Item, quum a sinu*] Quidendorpius e coniectura Urfini et Cannegieteri recepit *iterum*. Non male id quidem, quum hæc verba in libris confundantur, et *iterum* melius

conveniat $\tau\tilde{\omega}$ *semel*. Sed tamen in hoc genere nullis raris verbis utuntur Latini. ERN. Rara sunt talia, multaque alia in usu loquendi, quae ex nominum linguarum licentia existimari nolunt. Si *bis* antecessit, sequitur Latine *semel, iterum, pro prima vice, secunda vice*, ut barbare loquuntur. Neque omnino aliud significat *iterum*, nec est *pro denno*; quae etiam confundantur hodie. Comp. Caes. c. 36. Aug. 25. Claud. c. Tib. 72. princ., ubi *ite-*

auferretur ab iis, qui pro necessitate temporis mulierculas levare onere tentabant. Per Siciliam quoque et per Achaïam circumductus, ac Lacedaemoniis publice, quod in tutela Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, discrimen vitae adiit; flamma repente e silvis undique exorta, adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Liviae pars vestis et capilli amburerentur. Munera, quibus a Pompeia, Sex. Pompeii sorore, in Sicilia donatus est, chlamys et fibula, item bullae aureae durant; ostendunturque adhuc Baiis. Post reditum in Urbem a M. Gallio Senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit; quod Gallius aduersarum Augusto partium fuerat. Novem natus annos de-

rum eodem modo corruptum est; ut videas, eandem Suetonii esse consuetudinem, quae erat ceterorum.

Publice, qui etc.] Nisi illud publice alieno loco a librariis positum dicamus, sane τὸ qui durum est: unde Viri quidam docti voluerunt quod. Id. quia est in Ms. Memmiano. recepi. Item deinde restitui vetus tutela, pro tutelam, quod Casauboni ed. habet: inde Graevius. ENX. Quod in plerisque codd. est, et verum puto. Nec aptiore loco scribi poterat publice. Quippe est τῶ κοινῶ τῶν Λακεδαιμονίων.

M. Gallio] Putant esse eum, quem Cicero Phil. 13. 12. in Antonianis commemorat, ut

aliis ad Atticum locis; quod ego nolim pro certo affirmare. Nam ille Ciceronianus Gallius Antonianus fuit, qui etiam in castra eius se contulit: hic Pompeianarum partium. Quod dicunt, Gallii innocentiam a Cicerone laudari, errant. Nam, quod innocens Gallius dicitur l. c., id aut ironice capiendum, aut est corruptum, ut contextus facile declarat. Est etiam Q. Gallius quidam apud Ciceronem in Bruto, sed diversus similiter a Q. Gallio, cuius mentio in Augusto c. 27., ut ibi demonstravimus. Saepe in hoc genere erratum est a Viris doctis, similitudinem nominum potius, quam rem et temporum rationem, secutis. ENX.

functum patrem pro rostris laudavit. Dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinistrore funali equo, quum Marcellus, Octaviae filius, dexteriore veheretur. Praesedit et Actiacis ludis, et Troianis circensibus; ductor turmae puerorum maiorum.

7 Virili toga sumpta, adolescentiam omnem, spatiumque insequentis aetatis usque ad principatus initia, per haec fere transegit: Munus gladiatorium in memoriam patris, et alterum in avi Drusi, dedit, diversis temporibus ac lo-

Sinisteriore funali equo] Notandus tironibus hic usus comparativi pro positivo, etiam in voce *dexterior*. Conf. Ind.

Praesedit] Dubitationem movet Casaubonus e Dione, qui Augustum tradit egisse hos ludos cum Agrippa, socio nimirum victoriae, nulla Tiberii mentione. Sed quae nos necessitas adigit, ut illud *praesedit* interpretemur, *curavit, egit*, quod maius est, quam pro illo puero? *Praesidere* in ludis dicuntur etiam, quicumque loco principali, in podio, sedent, honoratissimo illo. Nam omnino, *praesidere* est loco honoratissimo, solemniter, tamquam in Senatu, in tribunali Coss., ut Tacitus vocat Ann. 16, 30. etc., *sedere*. Vide Clav. Cic. in h. v. Conf. infra c. 20., in Aug. c. 26. Et sic saepe utitur hoc verbo Suetonius. Ergo nil aliud h. l. vult, nisi Tiberio in ludis Actiacis hac

honoris habitum, ut loco honoratissimo, ubi Caesar ipse, sederet. Possis tribunal Caesarum appellare. Sic etiam capere in Claudii c. 7., ubi male etiam Burmannus de editore accipit. Ceterum non nego, praesedissem etiam editores, de iisque hoc verbum usurpavi. Clarus locus Cal. c. 18. *Neque spectaculis (quae ipse ederet) ipse semper praesedit, sed interdum aut magistratibus, aut amicis praesidendi munus iniunxit.* ERN.

Actiacis ludis] In variis lectionibus est *Atticis*, quod nihili est, et *asticis, hasticis*. Casaubonus vulgatum, ait, se, ut in re dubia, secutum. Sed temporum ratio, et Dionis de primis Actiacis ludis narratio, facile vincit, de Actiacis sermonem esse. Graevius volebat *Iselastis*, ut Calig. c. 20., ubi eadem varietas lectionis. Sed *Iselastica* hic locum non

cis: primum in foro; secundum in Amphitheatro; radiariis quoque quibusdam revocatis, auctoramento centenum millium. Dedit et ludos, sed absens: cuncta magnifice, impensa matris ac vitrici. Agrippinam, M. Agrippa genitam, neptem Caecilii Attici Equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolae, duxit uxorem: sublatoque ex ea filio Druso, quamquam bene convenientem, rursusque gravidam, dimittere, ac Iuliam, Augusti filiam, confestim coactus est ducere: non sine magno angore animi, quam et Agrippinae consuetudine teneretur, et Iuliae mores improbaret; ut quam sensisset sui quoque sub priore marito appetentem, quod sane etiam vulgo existimabatur. Sed Agrippinam et abegisse post divortium doluit; et semel omnino ex occursum visam, adeo contentis et tumentibus oculis profecutus est, ut custoditum sit, ne umquam in conspectum eius posthac veniret. Cum Iulia primo concorditer et amore mutuo vixit: mox discedit, et aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquileiae natus infans extinctus est. Drusum fratrem in Germania amisit, cuius corpus, pedibus toto itinere praegrediens, Romam usque pervexit.

habent; Romae enim nulla tum Iseastica. Agon quinquennalis primum a Nerone, ad morem Graecorum institutus. Sed illa aetate, de qua hic sermo, nihil tale Romae factum. ERN.

Cap. 7. *Bene convenientem*] I. e. moribus et amore coniunctam. Ovid. Epp. 5. 77.

Tumentibus oculis] I. o. turgentibus lacrymis, prae dolore oborientibus, ut explicant recte Passeratius et Burmannus. Certe *tumidi oculi* sic Latinis dicuntur. ERN. Conf. Intpp. Ovid. ad Am. 3, 6, 79. De *contentis oculis* v. Carnegieter ad Avian. p. 50.

8 Civilium officiorum rudimentis regem Archelaum, Trallianos et Theſſalos, varia quosque de caussa, Auguſto cognoſcente, defendit. Pro Laodicenis, Thyatireniſ, Claiſ, terrae motu afflictis, opemque implorantibus, Senatū deprecatus eſt. Fannium Caepionem, qui cum Varrone Murena in Auguſtium conſpiraverat, reum maiestatis apud iudices fecit, et condemnavit. Interque haec duplicem curam adminiſtravit annonae, quae artior inciderat: et repurgandorum tota Italia ergaſtulorum, quorum domini in invidiam venerant, quaſi exceptos ſupprimerent, non ſolum viatores, ſed et quos ſacramenti metus ad huiusmodi latebras compuliſſet.

9 Stipendia prima expeditione Cantabrica Tribunus militum fecit: dein, ducto ad Orientem exercitu, regnum Armeniae Tigrani reſtituit, ac pro tribunali diadema impoſuit. Re-

Cap. 8. *Archelaum*] Iudaeae regem intelligit Torrenſius: laudat enim loca Iosephi et Fuſebii, ad hunc pertinentia. Male. Nam Iosephus deſenſorem Archelai laudat Nicolauum, quem Archelaus ſecum adduxerat, non Tiberium. Dio lib. 57. diſerte tradit Archelaum Cappadocem deſenſum a Tiberio; quem recte intelligebat Caſaubonus. Verbum etiam *cognoſcendi* indicat, reum fuiſſe ciuiminis Archelaum, non regnum petiſſe. ERN.

Condemnavit] Perſecit, ut damnaretur. Sic hoc verbo uſus etiam eſt Cicero Verr. 5, 69.

Plin. H. N. 34, 2. Verres, quem Cicero *damnaverat*. Unde de accuſatore, et actore, etiam cauſſae privatae. Varro R. R. 2, 2, 6. Liv. 7, 16. extr., 38, 35. Apud Tacit. Ann. 4, 6. *condemnator*, pro accuſatore. Saepe ſic utitur hoc verbo noſter. ERN. Ex Graecis, *κρίνειν* et *καταδικάζειν*.

Cap. 9. *Tigrani reſtituit*] *Dedit* dixerunt alii ſcriptores: ſed hoc in genere promiſcue ponuntur illa verba, nec *reſtituere* Suetonio ſimpliciter eſt *dare*, ut ad Tac. 2, 5. voleba. Ernſtius. Nempe *reſtitui*

cepit et signa, quae M. Crasso ademerant Parthi. Posthaec comatam Galliam anno fere rexit, et barbarorum incursionibus, et principum discordia inquietam. Exin Raeticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Raetico atque Vindelico, gentes Alpinas; Pannonico, Breucos et Dalmatas subegit. Germanico, quadraginta millia deditiorum traiecit in Galliam, iuxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. Quas ob res, et ovans, et curru Urbem ingressus est, primus, ut quidam putant, triumphalibus or-

dicuntur ea, quae quis tamquam sua repetita accipit, etsi ante non habuit.

Deditiorum traiecit in Galliam] Ex Ubiis et Sicambris. Aug. c. 21. ERN.

Quas ob res, et ovans etc.] Difficilis locus putatur, in quo se valde torquent Interpretes. Si prima verba in se spectes, ovasse et triumphasse videtur: nam *currus* triumphum iustum indicat. Sed dicunt, sequentia repugnare: frustra enim ornamenta triumphalia data ei, qui iustum triumphum egerit. Hinc ad varias contortas vel emendationes, vel explicationes confugiunt: quas inane sit, referre. Ego rem sic concipio. Ob res illas, in Germania gestas, data est Tiberio ovatio et triumphus. Consuetudo Latina non aliter patitur intelligere. Sed initio tantum data ovatio: triumphus iustus dilatus, at-

que interea, dum tempus opportunum triumpho veniret, data triumphalia ornamenta, novo genere honoris, ante, quam triumphum ipsum egisset, ne aliquamdiu merito honore careret. Sic infra, quamquam in alio triumpho, c. 17. *Triumphum distulit. Nihilominus Urbem praetextatus et laurea coronatus intravit.* Haec sunt triumphalia ornamenta. Sic interdum, qui ornamenta consularia acceperant, consulatum ipsum post accepere. Ita omnia plana, et Latinitati, etiam historiae, ut opinor, consentanea. Neque ego hic unquam haesivissem, aut difficultatem quaesivissem, nisi Interpretes finxissent. Eodem modo intelligit Oudendorpius. Mox pro *honoratus* alii libri *ornatus*. Vide ad Claud. c. 28. ERN. Rectius Oudendorp. diffinxit res et tempora.

namentis honoratus, novo nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus et maturius inchoavit, et paene iunctim percucurrit quaesturam, praeturam, consulatum: interpositoque tempore, Consul iterum, etiam tribuniciam potestatem in quinquennium accepit.

Primum de Dalmatis et Pannoniis ovavit equo a. U. 745., sed ornamentis triumphalibus ei decretis a. 742. Mox a. 747. Kal. Ian. insulam triumphum egit de Germanis: serius a. 765. de Illyris, quem c. 17. attingit Auctor. Conf. Vell. 2. 98 et 99. ibique Intpp. Narratio brevitate aliqua sit obscurior. Ita deinde in verbis *nec antea cuiquam* ex Dione intellige: quum sere putaretur Agrippa primus cepisse ornamenta triumphalia. At *primus* vox supervacanea videtur ante illas, *novo — honoris*; ideoque placet duorum codd. scriptura *primus*.

[*Consul iterum* etc.] Hic estimatur cum Suetonio pugnare Dio, qui, anno post consulatum secundum, tribuniciam potestatem ponit. Sed Suetonius non dicit, qua parte consularis anni accepit: potuit extremo accepisse, ut maior primi anni pars in sequentem annum incideret. Potuit tantum decerni illo anno, sequente adiri. Nam et Augusto diu ante decreta, quam ab eo suscepta est. Sed po-

test res certius definiti temporibus computatis. Anni tribuniciae potestatis docentur a XXVII. Iunii, ut diximus ad Aug. c. 27. Suscepta est ab Augusto in perpetuum quidem, ut Suetonius l. c. tradit: ceterum in quinquennia solebat dividi, et novo decreto mandari. Augustus quidem, primo quinquenni exacto, a. U. DCCXXXVI., P. et Cn. Lentulo Coll., suscepit in aliud quinquennium, auctore Dione lib. 54. p. 529. Unde mos votorum in quinquennium suscipiendorum, omninoque quinquennialiorum celebrantium, natus est. Hinc, ubi aliquem collegam tribuniciae potestatis assumere volebat Augustus, lacere solebat ineunte novo quinquennio, et in quinquennium. Auctor noster in Aug. c. 27. Ita factum in Agrippa, quem confortem tribuniciae potestatis fecit initio alterius quinquennii, ut diserte tradit Dio l. c. In Tiberio id servari non potuit, quod a. U. DCCXLVI. aberat belli in Germania, adversus Suevos, gerendi causa, unde victor rediens demum

Tot prosperis confluentibus, integra aeta- 10
te ac valetudine, statuit repente secedere, se-
que e medio quam longissime amovere: dubi-
um, uxorisne taedio, quam neque criminari
aut dimittere auderet, neque ultra perferre
posset, an ut, vitato asfiduitatis fastidio, aucto-
ritatem absentia tueretur, atque etiam augetet,
si quando indignisset sui respublica. Quidam
existimant, adultis iam Augusti liberis, loco
et quasi possessione usurpato a se diu secundi
gradus, sponte cessisse, exemplo M. Agrippae,
qui, M. Marcello ad munera publica admoto,
Mytilenàs abierit: ne aut obliare, aut obtre-
ctare praesens videretur. Quam causam et
ipse, sed postea, reddidit. Tunc autem ho-
norum satietatem, ac requiem laborum prae-
tendens, comneatum petiit. Neque aut ma-

anno post, nempe DCCXLVII.,
Urbem Consul Kal. Jan. trium-
phans ingressus est. Neque
tum fortasse in animo habe-
bat id facere, vivo adhuc Mae-
cenate, et nondum existente
caussa ea, qua motus fecisse
dicitur. Itaque post factum est,
sive in consulatu, sive anno
post consulatum. Illud cer-
tum puto, iuitium saltem fa-
ctum eius potestatis suscipien-
dae a die XXVII. Iunii. Nam
ea die etiam suscepit iterum,
adoptatus eadem die ab Augu-
sto, auctore Velleio 2, 103.
Sed illo die Tiberium absen-
tem in Germania bellum gef-
sisse, non dubium esse potest,
quando etiam, per absentiam

eius, Iudi, ab eo voti pro Au-
gusti salute, a Caio et Pifone
facti, eius vice. Itaque proba-
bile est, aditam tribuniciam
potestatem, anno post consula-
tum a praesente Tiberio, die
solemni: decretam anno supe-
riori, quum Consul esset, pro-
pter auctoritatem Suetonii, di-
ligentissimi scriptoris: nisi illud
Consul iterum velis intelligere,
quum Consul iterum fuisset;
quod non satis placet. ERN.

Cap. 10. *Asfiduitatis fasti-
dio*] Contemptus intelligitur,
qui oriri solet, quum aliquis
semper praesens est, nunquam
absens sui desiderium movet.
Asfiduitas pro diuturna et
perpetua praesentia exquisita

tri suppliciter precanti, aut vitrico, deserui se etiam in Senatu conquerenti, veniam dedit. Quin et, pertinacius retinentibus, cibo per quadriduum abstinuit. Facta tandem abeundi potestate, relictis Romae uxore et filio, confestim Ostiam descendit: ne verbo quidem cuiquam prosequentium reddito, paucosque admodum in digressu exosculatus.

II Ab Ostia oram Campaniæ legens, imbecillitate Augusti nuntiata, paulum subsistit. Sed increbrescente rumore, quasi ad occasionem maioris spei commoraretur, tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit, amoenitate et salubritate insulæ iam inde captus, quum ad eam ab Armenia rediens appulisset. Hic modicis contentus aedibus, nec multo laxiore suburbano, genus vitæ civile admodum instituit, sine lictore aut viatore gymnasio inter-

dicatur. Sic verbo aliquoties usus Cicero. Eas.

Digressu exosculatus] Vulgo *osculatus*, uti et apud Tac. Ann. 1. 54. et alibi sæpe temere mutarunt librarii et editores.

Cap. 11. *Ad occasionem* etc.] Non necessariam puto emendationem Burmanni, *rei*; cui suffragatur Copsianus codex. Nam etsi proprie magis et utilitius dicitur *ocasio maioris rei*; tamen etiam rectum est *ocasio maioris spei*. Dicebant homines, morari Tiberrim, si forte, mortuo Augusto, occasio daretur spei maioris consequendæ, h. e. ipsius lum-

mi imperii consequendi, ex eaque spe rei maioris gerendæ. Sic *nova spes* in Vitell. c. 14., ubi vide. Eas.

Nec multo laxiore suburbano] Hoc exemplo discimus, *suburbanum* de sola villa dici, neque solum *urbanum praedium* de aedibus dici, quæ habitantur, sed etiam *suburbanum*, si sint extra Urbem. Vide ad Claud. c. 58. Eas.

Genus vitæ civile etc.] Est, quod nullam speciem præcipuæ dignitatis, principatusve habet, sed in omnibus rebus privatorum vitæ laude est, ut e sequentibus patet, ubi Tiberrim dicitur sine ullo ministro

dum obambulans, mutuaque cum Graeculis officia usurpans, prope ex aequo. Forte quondam in disponendo die mane praedixerat, quidquid aegrorum in civitate esset, visitare se velle: id a proximis aliter exceptum, iussique sunt omnes aegri in publicam porticum deferri, ac per valetudinum genera disponi. Percussus igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit; excusans factum etiam

in gymnasio, aut in area, quae ante gymnasium esset, ambulasse. Hoc enim est *gymnasio obambulare*. Haec tironum causa dicta sunt. ERN. Melior primo adpectu videtur lectio quamvis pauciorum codd. *gymnasia*: sed tantus librorum consensus in singulari, simul unius gymnasii, ut imprimis ornati, mentio apud Strabonem, vulgatae scripturae patrocinatur: certe nihil liquido pronuntiare licet.

[*Quidquid aegrorum* etc.] Mirum est, quos fluctus in hoc simpulo moverint Interpretes. Burmannus locum difficilem et conclamatum vocat, beneque refutatis aliorum coniecturis, ipse omnium deterrimam profert, ut legamus *aequorum*, pro quo intellectum sit *aegrorum*. Suetonius exempla mirae civilitatis et officiorum, cum Graeculis ex aequo usurpatorum, afferre vult. In hoc genere est laud dubie, visitare aegros. Ergo quondam,

quum tempus diei mane disponeret, dixit, se hodie aegros omnes visitare velle. Id intelligebant aliter, atque ipse volebat, qui aderant. Nempe, quia non poterant in animum inducere, Tiberium ita velle se demittere, ut aedes cuiusque aegroti adiret, et ibi viseret, putabant, eum aegros omnes afferri velle, ut visere posset: itaque deferri iusserunt in locum publicum etc. Nihil, ut opinor, planius. Probat Oudendorpius, qui sic et Besoaldum accepisse tradit. ERN.

[*Percussus*] Nullam hic varietatem lectionis notatam reperi. At ex ratione Latinitatis haud dubie legendum *percussus*: *er war sehr betreten*, Saepe τῶν *percussus* ab imperitis librariis *percussus* substitutum est. Vide imprimis Bentleyum ad Horat. Epod. II. init. ERN. Assentiebatur Rubken.

[*Tamen*] Exquisite dicitur

tenuissimo cuique et ignoto. Unum hoc modo, neque praeterea quidquam notatum est, in quo exercuisse ius tribuniciae potestatis visus sit. Quum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset, moto inter antilophistas graviore iurgio, non desuit, qui cum intervenientem et quasi studiosiorem partis alterius convicio incesleret. Sensim itaque regressus domum, repente cum apparitoribus prodiit, citatunque pro tribunali voce praeconis conviciatorem rapi iussit in carcerem. Comperit deinde, Iuliam uxorem ob libidines atque adulteria damnatam, repudiumque ei suo nomine, ex auctoritate Augusti, remissum: et quamquam laetus nuntio, tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filiae patrem frequentibus litteris, et vel utcumque merita, quidquid unquam dono dedisset, concedere. Transacto autem tribuniciae potestatis tempore, confessus tandem, nihil aliud secessu devitasse se, quam aemulationis cum Caio Lucioque suspicionem, petiit, ut sibi securo iam

pro *tandem*, ut demonstrat post Pasteratium et Brockhustium Burmannus ad h. l.: sed Casaubonus e quibusdam MSS. recepit *tandem*, quem sequitur Graevius. EBN. Nimirum *tandem* subauditur.

Antilophistas] De his vide Interpretes ad Quintilian. 11, 5. Sunt Grammatici adversarii aliorum Grammaticorum, qui *sophistae* universo diti. Valer. M. 1, 8, extr. 8, ubi vide Torrentium. Sic apud

Iosephum A. I. 19, 1, 3. actores in theatro certantes *ἀντιλοφιστῶν* dicuntur. EBN.

Laetus nuntio] Vulgo male animo interpreti, nescio quo errore, Casaub. *Nuntio* habent codd. omnes.

Vel utcumque merita] *Tē* vel suspectum est. Certe redundat. Tacitus de eadem re dixit *quoque modo*: quod est *utcumque*. EBN. *Vel* auget vim sententiae. Gallice *veritas même*.

ab hac parte, corroboratis his, et secundum locum facile tutantibus, permetteretur revilere necessitudines, quarum desiderio teneretur. Sed neque impetravit: utroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset.

Remansit ergo Rhodi contra voluntatem: 12
vix per matrem consecutus, ut ad velandam ignominiam, quasi legatus ab Augusto, abesset. Enimvero tunc non privatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitansque praeternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue: nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam, quin deverteret Rhodum. Et accesserunt maioris sollicitudinis causae. Namque privignum Caium, Orienti praepositum, quum visendi gratia traiecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii, comitis et rectoris eius. Venit etiam in suspicionem, per quosdam beneficium sui centuriones, a comiteatu castra repetentes, mandata ad complures dedisse ambi-

Cap. 12. *Legatus ab Augusto*] Alii malunt *Legatus Augusti*, ut Torrentius, Gruterus: alii *Legatus Augusto*, quod Graevius illustrat. Conf. Duker. ad Liv. Epit. c. 57. Utrique lectioni suffragantur codd. Mss. In optimo quidem Memmiano *τὸ ab* desideratur. Ceterum quum vulgatum non repugnet grammaticis rationibus, et *legatus ab aliquo*, hoc est, missus cum mandatis, non statim legatus sit illi ipsi,

h. e. eius quodammodo vicarius, vulgatum retinendum puto. Eax. Tale discrimen hoc loco nullum esset. Equidem particulam cum bonis aliquot Mss. abiicerim. Conf. Ner. c. 5. Viell. c. 5.

Beneficii sui centuriones] H. e. quos ipse creasset, aut pro potestate, quum exercitibus praesset, aut commendatione. Eax. Hi quum, exacto tempore comiteatus, in Orientem revertentes Rhodum de-

gua, et quae tentare singulorum animos ad novas res viderentur. De qua suspicione certior ab Augusto factus, non cessavit efflagitare aliquem, cuiuslibet ordinis, custodem factis atque dictis suis.

13 Equi quoque et armorum solitas exercitationes omisit, redegitque se, deposito patrio habitu, ad pallium et crepidas: atque in tali statu biennio fere permansit, contemptior in dies, et invisior: adeo ut imagines eius et statuas Nemaufenses subverterint; ac familiari quodam convivio mentione eius orta exlitterit, qui Caio polliceretur, *Confestim se, si iuberet, Rhodum navigaturum, caputque exulis* (sic enim appellabatur) *relaturum*. Quo praecipue, non iam metu, sed discrimine, coactus est, tam suis quam matris impensissimis precibus reditum expostulare: impetravitque, adiutus aliquantum etiam casu. Destinatum Augusto erat, nihil super ea re, nisi ex voluntate maioris filii, statuere. Is forte tunc M. Lollio offensior, facilis exorabilisque in vitricum fuit. Permittente ergo Caio, revocatus est: verum sub conditione, ne quam partem curamve reipublicae attingeret.

14 Rediit octavo post secessum anno; magna nec incerta spe futurorum, quam et ostentis, et praedictionibus ab initio aetatis conceperat. Praegnans enim Livia quum, an marem edi-

vertissent, secreta mandata a Tib. accepisse dicebantur, ad complures sui ordinis perferenda.

Cap. 13. *Nemaufenses*] Sic habet etiam M. noster, sed

panci alii libri scripti: plures *Resauienses* vel *Resaenenses*, qui sunt Melopotamiae urbis *Resaiuae* vel *Resaenas*. Sic corrigi voluit Gronovius, idque placet et Oudendorpio. Ne

tura esset, variis captaret omnibus, ovum incubanti gallinae subductum nunc sua, nunc ministrarum manu per vicēs usque eo fovit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius mathematicus præclara sponondit: *Etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni*; ignota scilicet tunc adhuc Caesarum potestate. Et ingresso primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae sponte subitis collucerent ignibus: et mox, quum Illyricum petens iuxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, evenit, ut summum numerum iacti ab eo ostenderent; hodieque sub aqua visuntur ii tali. Ante paucos vero quam revocaretur dies, aquila, numquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus eius asedit: et pridie quam de reditu certior fieret, vestimenta mutanti, tunica ardere visa est. Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiae professorem contubernio admoverat, tum maxime expertus est, affirmantem nave provisa gaudium afferri, quum quidem illum durius, et contra prædicta cadentibus rebus, ut fal-

mausenses tale quid in illa vicinia ausos, vix credibile est. ERN.

Cap. 14. *Ingresso primam expeditionem*] Ut dux exercitus: non, ut stipendia prima facturus. c. 9. ERN.

Aræ — ignibus] Faustum

Vol. I.

signum in luce et splendore ignis, velut deorum numinibus circumfuso. Conf. Vitell. c. 8.

Geryonis oraculum] Quale hoc fuerit oraculum, quantum constet, nemo memoriae prodidit.

R

sum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatium una, praecipitare in mare destinasset.

15 Romam reversus, deducto in forum filio Druso, statim e Carinis ac Pompeiana domo Esquilias, in hortos Maccenatianos, transmigravit: totumque se ad quietem contulit, privata modo officia obiens, ac publicorum manerum expers. Caio et Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto, simul cum fratre eorum, M. Agrippa; coactus prius ipse, Germanicum, fratris sui filium, adoptare. Nec quidquam postea pro patre familias egit; aut ius, quod [adoptione] amiserat, ex ulla parte retinuit. Nam neque donavit, neque manumisit: ne hereditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret accepta. Nihil ex eo tempore praetermissum est ad maiestatem eius augendam, ac multo magis, postquam, Agrippa abdicato atque sepo-

Cap. 15. *Triennium*] Manifestum est e contextu, Suetonium hic rationem ducere a reditu Tiberii in Urbem. Nullo modo itaque hic locus pugnat cum altero in Aug. c. 65., ubi intra duodeviginti menses uterque, Caius et Lucius, mortui dicuntur. Norisiana ratio utriusque loci conciliandi, quam commemorat et probat Graevius, non est unius assis, sed contortissima. Frustra Viri doctissimi laborant, ubi conciliare institunt loca, inter quae nihil pugnae est: quod tamen

fit saepissime. EBN.

Adoptione amiserat] Prior harum vocum a Memm., Long. et aliis codd. abesi, et recte pro glossifemate habet Oudendorp.

Peculio referret accepta] Alier hic ponitur datus *peculio*, quam vulgo casus ille in hac formula, nempe pro, *peculit nomine*. In tabulis acceptorum scripsit, concessit et data ab Augusto, ut peculii pars essent. Imitatus est Ciceronem Phil. 2. 16. *amplius ducenties HS. acceptum hereditatibus retuli*. EAS.

sito, certum erat, uni spem successionis incumbere.

Data rursus potestas tribunicia in quin- 16;
quennium: delegatus pacandae Germaniae si-
tus: Parthorum legati, mandatis Augusto Ro-
mae redditis, eum quoque adire in provincia
iussi. Sed nuntiata Illyrici defectione, transit
ad curam novi belli: quod gravissimum omnium
externorum bellorum post Punica, per quin-
decim legiones, paremque auxiliorum copiam,
triennio gessit in magnis omnium rerum difficul-
tatibus, summaque frugum inopia. Et quam-
quam saepius revocaretur, tamen perseveravit;
metuens, ne vicinus et praevalens hostis insta-
ret ultro cedentibus. Ac perseverantiae gran-
de pretium tulit; toto Illyrico, quod inter Ita-
liam, regnumque Noricum, et Thraciam, et
Macedoniam, interque Danubium flumen, et
sinum maris Adriatici patet, perdomito et in
ditionem redacto.

Cui gloriae amplior adhuc ex opportunita- 17.
te cumulus accessit. Nam sub id fere tempus
Quintilius Varus cum tribus legionibus in Ger-
mania periit; nemine dubitante, quin victores
Germani iuncturi se Pannoniis fuerint, nisi de-
bellatum prius Illyricum esset. Quas ob res
triumphus ei decretus est, multique et magni
honores. Censuerunt etiam quidam, ut Pan-
nonicus, alii, ut Invictus, nonnulli, ut Pius
cognominaretur. Sed de cognomine interces-
sit Augustus, eo contentum repromittens, quod
se defuncto suscepturus esset. Triumphum ipse

Cap. 16. *Delegatus pacan-
dae etc.*] Vide Excursum. EBN.

Cap. 17. *Quod se defun-
cto suscepturus esset*] NEM.

distulit, moesta civitate clade Variana. Nihilominus Urbem praetextatus et laurea coronatus intravit; positumque in septis tribunal, Senatu adstante, conscendit; ac medius inter duos Consules cum Augusto simul sedit; unde, populo consalutato, circum templa deductus est.

18 Proximo anno repetita Germania, quum animadverteret, Varianam cladem temeritate et negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit: semper alias sui arbitrii, contentusque se uno, tunc praeter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit: curam quoque solito exactiorem praestitit. Traiecturus Rhenum, commeatum omnem ad certam formulam adstrictum non ante transmisit, quam consiliens apud ripam explorasset vehiculorum onera: ne qua deportarentur, nisi concessa, aut necessaria. Trans Rhenum vero

pe Augusti. Vide c. 26. ERN. Et *repromittere* est pro simplici verbo, ut Plin. Epp. 4, 27. et alii huius aetatis.

Prætextatus] Vellet ergo insigni, quod esset magistratum, sed tamen non triumphali. *Lauræa* porro *coronæ*: quod triumphalia ornamenta haberet, in quibus est ius gestandæ laureæ, ut e Dione Cassio notum est. Conf. ad c. 9. ERN. Vide Tac. Ann. 12, 41.

Cap. 18. *Tunc præter* etc.] Haec est vera tautologia tenuis, quæ locum parum ele-

gantem efficit, non modo sensu, sed etiam structura. Vereor, ut a Suetonio sit. Ovidendorpius sic vulgato succurrit, ut post *egit* punctum scribat: et est sic paullo tolerabilius. Sed tamen si quis orationis non tollitur. ERN. In Suetonio ferendum est, si modo est frigus. Post interpunctionem duobus locis mutatum vix illud sentias, ut puto.

Ne qua deponerentur] Intelligi, *e vehiculis*, ut, navibus imposita, traicerentur Rhenum: ut rectè interpretatur

eum vitae ordinem tenuit, ut sedens in cespite nudo cibum caperet; saepe sine tentorio pernoctaret; praecepta sequentis diei omnia, et si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret; addita monitione, ut, de quo quisque dubitaret, se, nec alio interprete, quacumque vel noctis hora uteretur.

Disciplinam acerrime exegit: animadversionum et ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis; atque etiam legato legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam venatum misisset, ignominia notato. Proelia, quamvis minimum fortunae casibusque permetteret, aliquanto constantius inibat, quoties lucubrante se, subito ac nullo propellente, decideret humen, et exstingueretur: confidens, ut aiebat, ostento, sibi ac maioribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed, re prospere

Burmannus, qui hanc notionem illustrat et lectionem alteri *deportarentur* praeferebam docet; quod verbum sane plane alienum est ab hoc loco. Defendit vulgatum Oudendorpius, sed non satisfacit mihi. ERN. In paucis Mss. est *deponerentur*; in melioribus *deportarentur*: idque optime dicitur de rebus, quae mari transmittuntur, quod h. l. aptissimum est. Non dicam, molestum futurum fuisse, si consipata excuterentur in vehiculis; sed vagum etiam foret *deponere*: nam posset esse *in terra*: hic autem dicendum erat, *ne quid traiceretur*.

Cap. 19. *Legatus legionis*] Frequens mentio huius generis legatorum in scriptoribus historiae Caesarum. Olim simpliciter legati dicti Consulium, aut Praetorum, qui sub iis legioni, mox uni, mox pluribus, praecessent. Iulius Caesar, quum plures legatos in Gallia haberet, instituit, ut singulae legiones sub singulis legatis essent. Vide Bell. Gall. 1, 52. Id institutum deinde servatum. Erant sere praetorii viri, unde legati praetorii dicti in Tac. Agr. 7., interdum tamen ante praeturam hanc legationem accipere. Tac. Ann. 2, 36., ubi vide Lipsium. Eax.

gesta, non multum afuit, quin a Bructero quodam occideretur: cui inter proximos verſanti, et trepidatione detecto, tormentis expreſſa confefſio eſt cogitati facinoris.

20 A Germania in Urbem poſt biennium reſſus, triumphum, quem diſtulerat, egit: proſequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac prius quam in Capitolium ſlecteret, deſcendit e curru, ſeque praeſidenti patri ad genua ſubmiſit. Batonem, Pannonium ducem, ingentibus donatum praemiis, Ravennam tranſtulit: gratiam referens, quod ſe, quondam cum exercitu iniquitate loci circumcluſum, paſſus eſſet evadere. Prandium dehinc populo mille menſis, et congiarium trecentos nummos viritim dedit. Dedicavit et Concordiae aedem: item Pollucis et Caſtoris, ſuo fratrisque nomine, de manubiis.

21 Ac non multo poſt lege per Conſules lata, ut provincias cum Auguſto communiter adminiſtraret, ſimulque cenſum ageret, condito luſtro in Illyricum proſectus eſt. Et ſtatim ex iti-

Cap. 20. *Poſt biennium*] Graevio non diſplicebat altera lectio, *poſt biennio*. Minutiae iſtae ſunt. Iſtud biennium quomodo computandum ſit, vide apud Pagium ad A. C. 32. n. 2. ERS.

Ravennam tranſtulit: etc.] Beneficium in eo eſt, quod cum non, ut mos erat, a triumpho in carcerem abductum necari iuſſit. *Tranſtulit* autem, quia non in patriam remiſit, ſed alibi, Ravennae,

habitare iuſſit: de qua re hoc verbum dicitur, ut *traducere* Aug. c. 21. item, *traicere*, ſi trans flumen deducti, ſupra c. 9. ERS.

Cap. 21. *Ut provincias etc.*] Haec eſt proconſularis poteſtas, hac vi, qua Caefares extra Urbem uſurparunt, nempe inſinita in omnes provincias, reſpondebatque poteſtati tribuniciae in Urbe. ERS.

Simulque cenſum ageret] Sed ſine Centoris nomine, de

nere revocatus, iam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit: fuitque una secreto per totum diem. Scio, vulgo persuasum, quasi, egresso post secretum sermonem Tiberio, vox Augusti per cubicularios excepta sit: *Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit.* Ne illud quidem ignoro, aliquos tradidisse, Augustum palam nec disimulanter morum eius diritatem adeo improbasse, ut nonnumquam remissiores hilarioresque sermones, superveniente eo, abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse; vel etiam ambitione tractum, ut tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret. Adduci tamen nequeo, quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum principem, in tanto praesertim negotio, nihil temere fecisse: sed vitiis virtutibusque Tiberii perpensis, potiores duxisse virtutes: praesertim quum et *reipublicae causa adoptare se eum* pro concione iuraverit; et epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, utque unicum populi Romani praesidium prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subieci. *Vale, iucundissime Tiberi, et feliciter rem gere,* ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν. — *Iucun-*

consilio Maecenatis, apud Dionem. Itaque numquam reperias Augustum, aut Tiberium, Censorem, in numis dici. Pagius ergo male Censorem vocat Tiberium ad A. C. 12. ERN.

Sub tam lentis maxillis erit] H. e. quae frangerent et comminuerent, sed lente et cum

maiori vel longiori cruciatu. Respexit Augustus ad Tiberii naturam *saevam et lentam*, ut Suetonius vocat c. 57. ERN.

Ne illud quidem] Vulgo *Nec*, vulgari vitio et librariorum et editorum in locis multis. Optimi codd., etiam ex nostris, habent *Ne*.

diffune, et, ita sim felix, vir fortissime, et dux νομιώτατε, *Vale. Et, Ordinem aestivorum tuorum! Ego vero, ni Tiberi, et inter tot rerum difficultates, καὶ τοσούτην ῥαθυμίαν τῶν στρατευομένων, non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Hi quoque, qui tecum fuerunt omnes, confitentur, versum illum in te posse dici:*

Unus homo nobis vigilando restituit rem.

Sive quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius, sive quid stomachor, valde, mediis fidius, Tiberium meum desidero; succurritque versus ille Homericus:

Τούτου δ' ἐσπομένοιο, καὶ ἐκ πυοῶς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπὶ πέρι οἷδε νοῆσαι.

Attenuatum te esse continuatione laborum, quum audio et lego, Diu me perdant, nisi

Ita sim felix] Conf. Oct. c. 28. Sic veteres per vota sua inrare vel aliquid asleverare solebant. Vide Valet. ad Ammian. 24, 3. Diversom, sed ex eodem genere, illud est deinde, *Diu me perdant.*

Νομιώτατε] Libri quidam *εὐβουλέστατε*, aut simile quid; quae sunt vitiosa: saltem debebat esse *εὐβουλεύτατε*, aut *εὐβουλευτώτατε*. Sed ea tamen est glossa. *Νόμιμος* dicitur etiam pro *perito*, idoneo ad aliquid, ut de historicis, philosophis etc. Vide Wesselingium ad Diodor. 1, 6. ERS.

Ῥαθυμίαν] Libri quidam

ἀποθυμίαν, ἀπροθυμίαν. Vulgatum verum credo. Sermo est de militibus universis. Sed militibus proprium est verbum *ignaviae*. ERS. Id non quaeritur, sed quid huic sententiae magis conveniat. Non igitur displicet Oudendorpii *ἀπροθυμία*. Mox in Ennii versu pro *cunctando* posuit *vigilando*, licentia veteribus frequenti, qua et Cicero usus est.

Sic, inquit, etc.] *Inquit* abest libris pluribus, etiam nostro: quod placet Oudendorpio. Delevi. Etiam post in *Attenuatum* etc. nulla talis nota novae *ἐπίσιως*: nec erat

cohorrescit corpus meum: teque rogo, ut parcas tibi: ne, si te languere audierimus, et ego et mater tua exspiremus, et de summa imperii sui populus Romanus periclitetur. Nihil interest, valeam ipse nec ne, si tu non valebis. Deos obsecro, ut te nobis conservent, et valere nunc et semper patiantur, si non populum Romanum perosi sunt.

Excessum Augusti non prius palam fecit, 22 quam Agrippa iuvene interempto. Hunc Tribunus militum custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus, ut id faceret, iubebatur. Quos codicillos, dubium fuit, Augustusne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret; an, nomine Augusti, Livia, et ea, conscio Tiberio an ignaro, dictasset. Tiberius renuntianti Tribuno, factum esse, quod imperasset, *neque imperasse se, et redditurum cum Senatui rationem*, respondit; invidiam scilicet in praesentia vitans. Nam mox silentio rem obliteravit.

necessaria. ERN. Neque in Longol. legitur *inquit*.

Teque rogo] Longol. et multi alii apud Oudend. habent *oro*, quod magis placet Viro doctissimo.

De summa imperii sui] Drakenb. ad Liv. 38, 20, 7. probat lectionem codicis Memmiani, qui τὸ *de* omittit: item Oudendorpius. Latinitas patitur; sed est tamen durius in Suetonii facilitate. ERN. Non Suetonium hic legimus, sed

Augustum. Et in hoc ferenda forsan praepositio, (cf. Octav. c. 86.) quam et Longol. praebet, et plerique alii.

Cap. 22. *Ut id faceret, iubebatur*] Mss. quidam non habent *ut*, item ed. Rom. sec., quod placet Viris doctis quibusdam: et sunt alia huius formae exempla. Ed. Rom. pr. *quibus id facere iubebatur*; quae est forma legitima, sed e correctione, ut videtur. ERN. Conf. ad Cic. pro Domo c. 17.

23 Jure autem tribuniciae potestatis coacto Senatu, inchoataque allocutione, derepente velut impar dolori congenuit: utque non solum vox, sed ut et spiritus deficeret, optavit; ac perlegendum librum Druso filio tradidit. Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus, nisi senatorii ordinis, ceteris extra curiam signa agnoscentibus, recitavit per libertum. Testamenti initium fuit: *Quoniam sinistra Fortuna Caium et Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia et sextante heres esto.* Quo et ipso aucta suspicio est opinantium, successorem adscitum eum necessitate magis (quam iudicio; quando ita praesari non abstinerit.

24 Principatum, quamvis neque occupare confessum, neque agere dubitasset, et statione militum, hoc est, vi et specie dominationis assumpta, diu tamen recusavit impudentissimo mimo, nunc adhortantes amicos increpans, ut

Cap. 24. *Agere*] Intell. exercere, usurpanda tribunicia potestate, et statione militum assumenda. ERN.

Recusavit impudentissimo mimo] Primo, Latinae aures necessario, ut opinor, hic offenduntur, et adverbium *impudentissime*, non *impudentissimo animo*, desiderant. Deinde, ne verum quidem est, Tiberium *recusasse*: nam, quomodo recusat, qui occupat, et assumit, et agit? sed *simulabat, se recusare*. Atque hoc voluit Suetonius dicere, stulta

et indecora simulatione, aut, per impudentissimam simulationem, recusasse principatum; quod non est *impudentissimo animo*. Itaque, quidquid Burmannus contra dicat, probo cum Graevio elegantem I. F. Gronovii coniecturam: *impudentissimo mimo*, quam et Dukerus probat ad Flor. 2, 11, 5. Sic et in margine libri Gryphiani est. Est autem usitatum Suetonii verbum. Vide Calig. c. 45. Oth. c. 5. ERN. Etiam Perizon. probabat pulcherrimam correctionem, item

ignaros, quanta bellua esset imperium; nunc precantem Senatum, et procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens: ut quidam patientiam rumpe-
rent, atque unus in tumultu proclamaret, *Aut agat, aut desistat*: alter coram exprobraret, *Ceteros, quod polliciti sint, tarde praestare: sed ipsum, quod praestet, tarde polliceri*. Tandem quasi coactus, et querens miseram et onerosam iniungi sibi servitutem, recepit imperium: nec tamen aliter, quam ut depositurum se quandoque spem faceret. Ipsius verba sunt haec: *Dum veniam ad id tempus, quo vobis aequum possit videri, dare vos aliquam senectuti meae requiem*.

Cunctandi causa erat metus undique im- 25
minentium discriminum: ut saepe, *lupum se auribus tenere*, diceret. Nam et servus Agrippae, Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat: et L. Scribonius Libo, vir nobilis, res novas clam moliebatur: et duplex seditio militum in Illyrico et in Germania exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, ut aequarentur stipendio praetoria-

Ruhnken. Defendi tamen vulgatam putabat Oudendorp. duobus verbis illis ad seqq. trahendis, id quod etiam librarios plerosque fecisse, eorum interpunctio docet: sed frustra.

Sunt haec] Delet pronomen Oudendorpius e Mss. aliquot. Non male. ERN.

Cap. 25. *Actus*] In h. l.

commentarii vicem praestabit locus Dionis lib. 57. init. ERN.

Lupum se — tenere] Proverbiium Graecum de iis, qui nec rem susceptam omittere, neque in suscepta sine periculo perseverare possunt. Conf. Ter. Phorm. 5, 2, 21. et ibi Donat.

Stip. pr. Germaniciani. Qui-

nis Germaniciani. quidem etiam principem detrectabant, non a se datum: summaque vi Germanicum, qui tum iis praeerat, ad capeſſendam rempublicam perurgebant, quamquam obſirmate reſiſtentem. Quem maxime caſum timens, partes ſibi, quas Senatui liberet, tuendas in republica depoposcit: quando univerſae ſufficere ſolus nemo poſſet, niſi cum altero, vel etiam cum pluribus. Simulavit et valetudinem, quo aequiore animo Germanicus ceſſerem ſucceſſionem, vel certe ſocietatem principatus, operiretur. Compoſitis ſeditionibus, Clementem quoque, fraude deceptum, redegit in poteſtatem. Libonem, ne quid in novitate acerbius fieret, ſecundo demum anno in Senatu coarguit, medio temporis ſpatio tantum cavere contentus. Nam et inter Pontifices ſacrificanti ſimul, pro ſeceſpita, plumbeum cultrum ſubiiciendum curavit: et ſecretum petenti, non niſi adhibito Druſo filio, dedit: dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur ſermo, continuit.

26

Verum liberatus metu, civilem admodum inter initia, ac paullo minus quam privatum egit. Ex plurimis maximisque honoribus praeter paucos et modicos non recepit. Natalem ſuum,

dam] Praetoriani accipiebant in dies binos denarios. milites legionarii ſingulos, e formula ſtipendii a Caefare facta. Vide Tac. Ann. 1. 17. Conf. Burmannum de Vectig. c. 9. inſr. Gronovium de Seſt. 3. 2. Eux. Interpunctione correcta iunctim ſcripſi *Germani-*

clant quidem. Vulgaris diſtinctio falſam habet et Latinitatem et ſententiam. Vidit iam Perizonius.

In novitate] Intell. novitatem imperii: quum adhuc novus eſſet princeps.

Inter Pontifices ſacrificanti] Simuliter apud Livium 10. 7.

plebeis incurrentem Circensibus, vix unius bigae adiectione honorari passus est. Tempora, flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas atque imagines, nisi permittente se, poni: permisitque ea sola conditione, ne inter simulacra deorum, sed inter ornamenta aedium, ponerentur. Intercessit et, quo minus in acta sua iuraretur, et, ne mensis September, Tiberius; October, Livius, vocarentur. Praenomen quoque IMPERATORIS, cognomenque PATRIS PATRIAE, et civicam in vestibulo coronam recusavit. Ac ne AUGUSTI quidem nomen, quamquam hereditarium, ullis nisi ad reges ac dynastias epistolis addidit. Nec amplius quam mox tres consulatus, unum, paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens, usque in Idus Maias gessit.

Adulationes adeo averfatus est, ut nemi- 27
nem Senatorum, nisi aut officii aut negotii causa, ad lecticam suam admiserit: consularem ve-

victimam caedat, de Pontifice dicitur, ut recte ibi monuit Dukerus. ERN.

Cap. 26. *In acta sua iuratur*] Inventum Caesarum, ad stabiliendam dominationem, iam sub Augusto usurpatum, ut vel ex Ovidio notum, ut acta sua vim legum haberent: nam in libera republica in leges iurabatur. ERN.

Tertium usque in Idus Maias] De hoc loco vide, quae diximus in Excursu. ERN.

Cap. 27. *Aut officii aut negotii causa*] Mf. Copel.

habuit *nisi aut officii aut negotii causa*, quod probabat Burnmannus: recepit Oudendorpius. Si tantum *negotii causa* sequeretur, ipse quoque probarein; nam in eo necessitas quaedam intelligi posset: quod non est in primo; in quo tantum est honos, qui habetur, ut in Aug. c. 55. ERN. Hic ipse locus refutat Ernestii opinionem. Non civile fuisset, sed superbum, remove a se eos, qui negotii causa advenissent: *officii autem*, i. e. *honoris causa*, qui

ro satisfaciendam sibi, ac per genua orare conantem, ita suffugerit, ut caderet supinus; atque etiam, si quid in sermone, vel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, et commutare continuo. *Dominus* appellatus a quodam, denunciavit, ne se amplius contumeliae causa nominaret. Alium dicentem, *sacras eius occupationes*; et rursus alium, *auctore eo Senatum se adisse*, verba mutare, et pro *auctore*, *suasorem*, pro *sacris*, *laboriosas* dicere coegit.

28 Sed et adversus convicia malosque rumores, et famosa de se ac suis carmina, firmus ac patiens subinde iactabat, *in civitate libera linguam mentemque liberam esse debere*. Et quondam, Senatu cognitionem de eiusmodi criminibus ac reis flagitante: *Non tantum, inquit, otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitiae hoc praetexto ad nos deferen-*

venerant, hos si non admisisset, exprobravisset eo negligentiam, quod non potius in Palatium ivissent longiore via. Sensus bene cepit Oudendorp. Noluit Senatores aut praecipuos Equitum lecticam suam comitari, ut satellites; verum si quis aut officii, aut publici privative negotii causa se adire vellet, facile admisit. Non dubitavi igitur addere *nisi*, quod et unus Vindobb. et Guelf. 1. habent. Mox *confu-*

larem intell. Haterium, ut ad Tac. Ann. 1, 13. monni.

Cap. 28. *Si hanc — agi sinetis*] Perizon. con. *sinet*, scilicet hoc, patet facta haec fenestra, occasio data.

Ad nos] Sic etiam M. Lyser.: intelligit autem se et Senatum. Sensus est: ad vos deferent homines confecta crimina, tantum, ut ulciscantur inimicos suos. Unus. Mox lenissime dicit, *locutus alter fuerit*, pro dicta vel convicia

tur. Exstat et sermo eius in Senatu percivilis: Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum dictorumque reddam: si perseveraverit, invicem eum odero.

Atque hac eo notabiliora erant, quod ipse 29 in appellandis venerandisque et singulis, et universis, prope excesserat humanitatis modum. Dissentiens in curia a Q. Haterio, *Ignoscas, inquit, rogo, si quid adversus te liberius, sicut Senator, dixerō.* Et inde omnes alloquens: *Dixi et nunc, et saepe alias, P. C., bonum et salutarem principem, quem vos tanta et tam libera potestate instruxistis, Senatui servire debere, et universis civibus saepe, et plerumque etiam singulis: neque id dixisse me poenitet, et bonos et aequos et faventes vos habui dominos, et adhuc habeo.*

revocaverit. Perperam Mff. aliquot alter.

Cap. 29. *Excesserat humanitatis modum*] In exemplo altero, quod ad universum Senatum pertinet, modus exceditur in eo, quod dicit, *se servire debere Senatui* etc., et quod Senatores vocat *dominos* suos. Illud quidem est paullo amplius, quam Graevius putabat ad Cic. Offic. 1, 25., quem hic laudabat Broukhusius, tueri rempublicam, et sua commoda publicis polihabere. Nam, qui hoc princeps dicit, non excedit modum humanitatis. Itaque hac oratione omnes fere utuntur, ut, se rei-

publicae causa imperare, dicant, eamque se recturos e publica utilitate. *Servire Senatui* est, esse in potestate Senatus, et facere, quae is velit, totumque se ad eius voluntatem conferre: idque planissime patet ex eo, quod mox Senatores appellat *dominos suos*, et ex ratione addita, propter quam se non poeniteat, dixisse: *principem bonum servire debere Senatui* etc., nempe, quod videat, se servire dominis bonis et aequis; quibus non grave est servire. Eadem epitheta sunt in illo versiculo, quem populus in mimo, proprie dictum a servo de domino suo,

30 Quin etiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis Senatui ac magistratibus, et maiestate pristina et potestate: neque tam parvum quidquam, neque tam magnum publici privatiue negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac monopolis, de exstruendis reficiendisve operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum et auxiliorum descriptione; denique, quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid et qua forma regum litteris rescribi placeret. Praefectum alae, de vi et rapinis reum, causam in Senatu dicere coegit. Numquam curiam nisi solus intravit: lectica quondam introlatus aeger, comites a se removit.

31 Quaedam adversus sententiam suam decerni, ne questus quidem est. Negante eo, destinatos magistratus abesse oportere, ut praesentes honori acquiescerent, Praetor delignatus liberam legationem impetravit. Iterum

de Augusto capiebat: Aug. c. 53. *O dominum aequum et bonum!* ERN.

Cap. 30. *Referretur*] Malim *referret*, quia ante est, *induxit speciem*. Nisi forte respexit Suetonius ad relationes ab aliis, v. c. Quaestore, nomine Caesaris, factas, quod mavult Oudendorpius. ERN. Quod verum est unice. Intell. ab iis omnibus, qui ius referendi haberent ex veteri more republ., etiam non mandante principe.

Descriptione] H. c. conlli-

tuendo legionum et auxiliorum numero. Sic verbum *describere* saepe dicitur. Cic. Verr. 5. 25. *describere civitatibus summas pecuniarum*. ERN. Alii malunt *discript.* ex Memm.

Praefectum alae] H. c. Equitum, auxiliariorum: respondet tribuno: talisque est apud equites et socios, qualis hic apud legiones, nisi malis his temporibus comparare cum legato legionis.

Cap. 31. *Liberam legationem*] De libera legatione nos videant titones in Clave Cir-

consente, ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset. Quum Senatus consultum per discessionem forte fieret, transiuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, lectus est nemo. Cetera quoque, non nisi per magistratus, et iure ordinario age-

Ind. Legg. Iuliarum. ERN. Paulo ante Boherius con. honori *adsuescerent*, quod omnino recipi volebat Rubiken. Hunc libenter sequor, quum non intelligam, quo sensu dicitur h. l. *acquiescere*: et simillima est locutio *reipubl. adsuescere* Octav. c. 38.

Censente — — obtinere] Non dubito, *censente* esse a Suetonio; praecedit: *negante eo*. *Obtineri* eundem scripserit, credo, ut est in ed. Steph. Etenim non ipse *obtinere* voluit, sed Trebiani. Sensus est: Trebiani non potuerunt *obtinere*, etsi Tiberius censuisset, ipsis concedendum esse, quod vellent. Una ratio restat defendendae vulgatae, quam omnes libri habent, si illud *censente* absolute positum dicamus, pro *quum*, vel, *etsi censuerat*. Sic Claud. c. 15., ubi vide. Id placet Oudendorpio. ERN. Effugium hoc est ἀναχολούθου, non magis probandum, quam Stephani correctio. Sed exempli eiusdem formae, a Dukero

ad Flor. 4, 12. p. 802. et ab Oudendorp. ad Caes. B. G. 7. 4. (*convocatis suis clientibus, facile eos incendit*) allata, non sunt omnia plane similia; loco autem posteriori simillima est structura, qua S. utitur Caes. c. 79. *revertente eo — statuum eius* etc., ubi tamen vix melius scribi poterat: id quod non raro animadvertas in hoc genere negligentiae. Sunt vero etiam apud optimos scriptores exempla durissima usque ad vitium: ut Cic. Tusc. 5. 14. *Philippo minitanti — quaesiverunt*, ubi Ernest. falso correxit *minitante*, quem Virum doctum saepe notavi in his constructionibus varie errare. Vellem tandem existeret iuvenis recte institutus, qui multa et diversa genera τῶν ἀναχολούθων accurate distincteque tractaret; qua eadem opera plurimae editorum παραδιδράσεις facile refelli possent.

Iure ordinario] Vide Excurs. ad Caes. c. 45. et ad Claud. l. c. ERN.

bantur; tanta Consulum auctoritate, ut legati ex Africa adierint eos, querentes, trahi se a Caesare, ad quem missi forent. Nec mirum, quum palam esset, ipsum quoque eisdem et asurgere, et decedere via.

32 Corripuit consulares exercitibus praepositos, quod non de rebus gestis Senatui scriberent; quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent: quasi non omnium tribuendorum ipsi ius haberent. Praetorem collaudavit, quod, honore inito, consuetudinem antiquam retulisset de maioribus suis pro concione memorandi. Quorundam illustrium exsequias usque ad rogam frequentavit. Parem moderationem minoribus quoque et personis et rebus exhibuit. Quum Rhodiorum magistratus, quod litteras publicas sine subscriptione ad se dederant, evocasset, ne verbo quidem infectatus, ac tantummodo iustos sub-

Cap. 32. *Consuetudinem antiquam*] De hac vide Cic: Agrar. 2, 1. ENX.

Sine subscriptione] E Dione intelligi putant omissionem voti, in sine epistolae, ἔγγεωσο, neque enim aliud tum in privatis ac publicis litteris subscribebatur, ut epistolis Plinii ad Traianum, aliisque, patet. Sed non nego, mihi Dionis illam interpretationem non factis probari. Non enim convenit humanitati, quam tum ostentabat Tiberius, ob omissionem τοῦ ἔγγεωσο Romam evocare magistratus Rhodiorum,

Haud dubie intelligitur subscriptio nominum, cuius omissionis facit, ut nihil decerni possit. Apud Modestinum l. l. de acquir. et omitt. hered. (Dig. 29, 2, 50.) *si post scriptam epistolam* (qua iustus erat servus hereditatem adire) *tutor moriatur* etc. Subscriptio epistolae profecto longe aliud est, quam additio τοῦ ἔγγεωσο. Item aliis locis, in iure, subscriptio epistolae occurrit, ita, ut nihil aliud sit, quam nominis subscriptio, qua auctoritatem epistola accipit, ut hodie rescripta et leges prin-

scribere, remisit. Diogenes Grammaticus, disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem eum, ut se extra ordinem audiret, non admiserat; ac per servulum suum in septimum diem distulerat. Hunc Romae, salutandi sui causa pro foribus adstantem, nihil amplius, quam ut post septimum annum rediret, admonuit. Praesidibus, onerandas tributo provincias suadentibus, rescripsit: *Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere.*

Paullatim principem exseruit, praestititque: 33
etsi varium diu, commodiorem tamen saepius,
et ad utilitates publicas proniorem. Ac primo

cupiunt. Nec vero doceri potest, aut quisquam docuit, subscriptionis verbum de additione voti uspiam dictum esse. ERN. Primum quaerendum est de ratione grammatica et historica, tum demum de eo, quod deceat. Nec interpretatur Dio Suetonium, sed ex suis et diversis fontibus narrat. Iam conf. Baxterum et Gesn. ad versum Hor. Serm. 1, 10, 92. *I, puer, atque meo citus haec subscribe libello.* Neque scribentis nomen tum *subscribebatur* epistolae, sed *praescribebatur*. Tamen non nudum illud *Vale* h. l. intelligendum est, sed amplior quaedam praecatio, quae omissa in malum omen trahi poterat.

Sabbatis] Septimum quemque diem intelligi, sequentia docent, et est in promptu. Illud autem quaeri potest, is

modus loquendi quomodo in linguam Latinam venerit? Notum autem est e Luca, Cicerone, Philone, Iosepho, atque ipso Suetonio, magnam multitudinem Iudaeorum Romae vixisse, eamque gentem gratiosam fuisse apud Caesarem, Augustumque. Inde, ut ab Gallis in Urbem infusus vocabula Gallica, sic a Iudaeis vocabula quaedam, et loquendi hunc modum, in Latinam linguam irreplisse. ERN.

Distulerat] Vide ad Vespas. c. 25. ERN.

Cap. 53. *Exseruit*] Noorderkerkii Obs. p. 58. *Quomodo?* inquit: *Iudiciis exercendis invigilans.* Nempe, quia statim de his sequitur. Sed etiam ad sequentia capita referendum est. Alii habent *exercuit*: nec hoc male. Sic Plin. Pan. 21. f. *nomen P. P. exercere.* ERN.

eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. Itaque et constitutiones quasdam Senatus rescidit: et magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque iuxtim, vel ex adverso, in parte primori: et si quem reorum elabi gratia rumor esset, subito aderat; iudicesque aut e plano, aut e quaesitoris tribunali, legum et religionis et noxae, de qua cognoscerent, admonerat: atque etiam, si qua in publicis moribus defidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit.

34 Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum recisis, paribusque gla-

At non usitatum videtur *principem, regem exercere*. Nec id aptum loco, sed *exferere*, i. e. proferre, quod ante latebat. Est ergo: ostendit iam propalam rebus ipsis potestatem principis. De seqq. *praesitit principem* vide Burm. ad Petron. c. 34.

Interveniebat] Non est simpliciter, aderat publicis iudiciis. Sed est h. l. verbum iuris: interponebat suam auctoritatem, decretum etiam, ut, quum SCtum abolevit; quod in causis iuris dicitur etiam *interloqui*. ERN.

Cognoscentibus] Ius dicentibus. Indicat *consiliarii* nomen: et quod tum omnia iure ordinario acta dicit. Mox pro *virtutem* ex Mss. et edd. v. tt. *iuxtim* dedit Oudendor-

pius; quod est sane melius: nam magistratus pro tribunali unus tantum sedet, non plures, inter quos sedere possit princeps; nili ad consiliarios referre velis, ut inter eos sedeat. ERN.

In parte primori] Intellego angulum alterum quemcumque in parte tribunalis quadrilateri anteriori, quem Tacitus *cornu* vocat. Magistratus sedet in medio tribunali. ERN.

E plano] Sedens eodem, quo iudices, loco, infra tribunal, non in tribunali magistratus. Non satis apte haec refert Torrentius magistratum de plano ius dicentem: nam haec in iudicio facta, contextus docet. ERN.

Cap. 54. *Corripuit*] Imminuendi notto, quae hic subie-

diatorum ad certum numerum redactis. Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque nullos XXX millibus nummum venisse; graviter conquestus, adhibendum suppellectili modum censuit, annonamque macelli, Senatus arbitrato, quotannis temperandam; dato Aedilibus negotio, popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Et ut parcimoniam pu-

eta est verbo *corripuit*, duci videtur a notione reprehendendi: reprehendendo minuit. Alioqui *corripere* dicitur etiam pro contrahere, sed festinatione et celeritate eundi, pronuntiandi, ut *corripere moram, gradum, syllabam* etc. ERN.

[*Exarsisse*] Eleganter hoc et similia verba, ut, *incendere, excandefacere*, ap. Varr. R. R. 5, 2, 16., dicuntur de pretiis rerum vehementer auctis. ERN.

[*Tresque nullos*] Codd. quidam *mulos*: quos ipsos maximo pretio venisse constat; unde *multinumi* apud Varro- nem dicuntur. Sed hi nec ad suppellectilem, nec ad annonam referri possunt. Burmannus autem legendum suspicatur *trullas*; propterea, quod primum, nimium pretium sit, quam pro nullis, quorum singulos tantum quinque aut octo millibus venditos reperiamus, non tam infano pretio; deinde,

quia Tacitus 2, 55. in hac re tantum loquatur de modo vas- sis aureis, argenteis, supelle- ctili, et familiae faciundo. Sed vulgata recte habet. Vide Ex- cursum. ERN.

[*Dato Aedilibus negotio*] Calaubonus putat, omnia alia narrare Tacitum Ann. 3, 55., ubi Aedilibus cura illa remissa dicitur. Non animadvertebat Vir magnus, de diversis tem- poribus loqui utrumque. Quae h. l. narrantur, a Tiberio lon- ge prius facta, primis imperii annis; quae Tacitus tradit l. c., duodevicesimo imperii anno. Nempe quum Tiberius vidisset, frustra illa institui, rei iterum iniecta mentione, noluit quid- quam decerni, sed adeo remi- sit Aedilibus curam, olim a se impositam. Ex hac, opi- nor, potestate ille Aedilis in Claud. c. 38. inquilinos praediorum Claudii, cocta contra vetitum vendentes, flagellavit. ERN.

[*Inhibendi, ut etc.*] Adempta

blicam exemplo quoque iuaret, solemnibus ipse coenis pridiana saepe ac semesa obsonia apposuit, dimidiatumque aprum; affirmans, omnia eadem habere, quae totum. Quotidiana oscula prohibuit edicto: item sirenarum commercium, ne ultra Kalendas Ianuarias exerceretur. Consuerat quadruplam sirenam, et de manu, reddere: sed offensus, interpellari se toto mense ab iis, qui potestatem sui die festo non habuissent, ultra non reddidit.

35 Matronas prostratae pudicitiae, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui more maiorum de communi sententia coercerent,

potestate, non modo coctos cilos vendendi, Claud. l. c., quorum copia facile alliciat nepotes, ut in popinis sedent; sed etiam operum pisciorum, per quae non modo exquisitiora et delicatiora genera, quamquam inprimis, intelliguntur, sed etiam vulgaria. Eux. Etiam *vulgaria*? Ne tum quidem crederem, si *opuscula* dixisset. Nam ita sublatae essent ganeae, non inhibita. *Opera dulciora* intell.

Omnia eadem habere, quae totum] Argutiae sunt, quae Casaubonus hic e schola Hippocratica habet. Planissima est sententia, in dimidiato apro esse easdem partes, quae in toto, quamquam in illo singulae tantum, in hoc autem duplices; adeoque easdem carnes, eun-

dem saporem etc. Eux.

[*Quotidiana oscula*] Ab obviis inter se dari solita; ex qua ingrata consuetudine saepe morbus faciei contrahabatur, quam mentagram vocabant. Plin. 26, 1. Conf. de Gramm. c. 27, f.

[*Ultra non reddidit*] Intell. sirenas, sirenarum commercium omisit. Sed Burnannus et Oudendorpius edidit: *ultra non tulit*. Quod mihi non placet: nec enim habet hoc verbum, quo commode referatur. Eux. *Non tulit* hoc diutius, non est passus, *interpellari se*. Id putabis Latinissimum esse, ut vulgo loquuntur. It sic est in Mss. plurimis, etiam nostris omnibus; unde alterum verbum speciem glossematis habet.

auctor fuit. Equiti Romano iurisiurandi gratiam fecit, uxorem in stupro generi comperitam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante iuraverat. Feminae famosae, ut ad evitandas legum poenas iure ac dignitate matronali exsolverentur, lenocinium profiteri coeperant: et ex inventute utriusque ordinis profligatissimus quisque, quo minus in opera lce-nae arenaeque edenda Senatus consulto tenerentur, famosi iudicii notam sponte subibant.

Cap. 55. *Profiteri*] More maiorum, qui prudenter sane, pro simplicitate illorum temporum, instituerunt, ut, quae vellent meretriciam agere, nomen suum et consilium apud Aediles profiterentur, atque sic demum impune id facere possent: exilimantes, pudorem advocaturum feminas ab illius professionis atque adeo vitae turpitudine. Vide, quem hic iam alii laudarunt. Lipsium ad Tac. Ann. 2, 85.: sed, crescente luxu et impudentia, illud consilium irritum fuit; unde prudenter legibus severis et poenis efficere studuerunt principes, quod pudor amplius non poterat. ERN.

Inventute utriusque ordinis] Intellige, de more Latinorum, senatorii et equestris. Et si enim proprie tres ordines sunt, tamen, ut Senatus interdum $\alpha\alpha\tau' \epsilon\lambda\omicron\chi\lambda\upsilon$ ordo dicitur, ut Lexica docent, Caes. c. 14. Aug. c. 46. sic de primis

duobus ordinibus ita loquuntur, dignitatis causa, quasi soli ordines essent. Similiter locutus est Vellei. 2, 100. ERN.

In opera scenae arenaeque edenda] Qui librarii scripserunt *opere*, non modo usitato errore lapsi sunt in hoc verbo, sed fortasse etiam, quia *opus scenae* putabant se intelligere, non autem Latine dici *operam scenae*, aut *operam edere scenae*. Itaque in Calig. c. 58. in verbis, *ad edendas in scena operas*, nihil mutarunt: nam ille dativus additus formulae, *operam dare*, proprie indicare debet personam, non locum, ubi opera editur. Videtur autem hic Suetonius *scenae* posuisse pro *in scena*, ne ingratius concurrerent *in opera*, *in scena*. ERN. *Opera scenae* (genit.) ut alibi *scenica opera*, Octav. c. 45. med.

Famosi iudicii] *Famosum iudicium* proprie est mulierum impudicarum, quae proprie fa-

Eos easque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exilio affecit. Senatori latum clavum ademit, quum cognosset, sub Kalendas Iulias demigrasse in hortos, quo vilius post diem aedes in Urbe conduceret. Alium et quaestura removit, quod uxorem,

mosae dicuntur. Vide praeter loca Ciceronis in Clave notata, Heinf. ad Ovid. Heroid. 9. 73., differtque a turpi, quamquam ipsum quoque turpe est; quod omne famosum turpe quidem, sed non omne turpe statim famosum. Sed Suetonius hoc loco pro turpi iudicio, ut furti etc., dixit. Nota autem famosi iudicii est infamia et turpitude et condemnatione in turpi causa orta, quae, per leges prohibet homines ab honestis muneribus in republica, et infames quaestus exercere sinit. ERN.

Eos easque omnes] Quod femininum genus postponitur, quum de feminis prius quam de adolescentibus dictum sit, non mirum, nec novum: illud autem singulare, quod utrumque genus sic coniungit praeter consuetudinem, quum, duobus concurrentibus generibus, masculinum, ut potius, solum poni soleat: videtur sic in lege ipsa fuisse. ERN.

Latum clavum ademit] Possis capere, Senatu movit; quia et Quaestorem quaesura movit, quamquam hic gravius peccarat

illo. Est enim latus clavus insignis Senatorum, ut amulus aureus Equitum. Sed quia Latini proprie dicunt *Senatu movere*, si cui locum in Senatu ademptum dicere volunt, melius fortasse erit, sic intelligere, ut ei tantum insigne ordinis ademerit. Sed liberum cuique sit, statuere de hac re. ERN. Idem est *Senatu movere* et *latum clavum adimere*; nec usquam exemplum est talis gradus, qualem fingit Ernestius.

Kalendas Iul.] Has Kalendas solemnes conductionibus et locationibus aedium fuisse, planissimum factum est a Viris doctis, locis Cic. ad Div. 13. 2. ad Q. Fr. 3. 2. aliisque: tum maxime patet ex verbis hic adiectis, *post diem*: ut recte castiget Burmannus Gundlingium, id, post Brissonium et Hammerum, negantem, de Vectigal. c. 8. Quia vero tamen in hac re non satis fidenter versari videntur scriptores, et reliquum esse videtur aliquid confusionis. Studiosis rem plane atque ordine trademus. Vide Excursum. ERN.

pridie sortitione ductam, postridie repudiasset.

Externas ceremonias, Aegyptios Iudaicosque ritus compescuit; coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum instrumento omni comburere. Iudaeorum iuventutem, per speciem sacramenti, in provincias gravioris caeli distribuit; reliquos gentis eiusdem, vel similia sectantes, Urbe submovit, sub poena perpetuae servitutis, nisi obtemperassent. Expulit et mathematicos: sed deprecantibus;

Pridie sortitionem] Haec lectio est unius cod. Memmiani, sed praestantissimi. praeserenda alteri *sortitione*. Est enim Latinior, ut vidit iam Turnebus. *Sortitione* tamen retinuit Oudendorpius, mire explicans, et de modo loquendi dubitans. ERN. Verissime dubitat. *Pridie*, quum casui substantivi iungitur, *dies* est vel aliquid eiusdem significationis, ut *festum*; nec reperitur exemplum, quo quis dixerit *pridie profectionem suam*, pro, *pridie quam erat profectus*, cuius formae esset *pridie sortitionem*. Probamus ergo Beroaldi lectionem et interpretationem: per sortem duxerat uxorem, quasi ioco ludique; quae levitas huius temporis moribus non male convenit.

Repudiasset] Crimen haud dubie in eo potissimum ponendum, quod fraude eludere voluit legem Papiam Poppaeam

de marit. ordd. ducta uxore tantum, ut honorem acciperet, post acceptum autem honorem, et provinciam per sortem assignatam, statim repudiata. Similes fraudes in eam legem passim occurrunt. ERN.

Cap. 36. *Externas ceremonias*] Vide Philonem Leg. ad Cai. p. 1014. s. Ioseph. Antt. 18. 4. Tacitum Ann. 2, 85., unde discas, intelligi per Aegyptios ritus Isis et Anubidis sacra, cuius et templum diruit; per Iudaeos autem cives Rom., sed libertini fere generis, quorum magna vis trans Tiberim habitabat, et Proseuchas habebat. Philo tamen dicit, Tiberium id decretum, de expellendis Urbe et Italia Iudaeis, revocasse, ubi cognovisset, a Seiano falsis criminationibus se in eos incensum fuisse, eorumque securitati omnibus modis consuluisse. ERN.

ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit.

37 In primis tuendae pacis a grassaturis ac latrociniis seditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romae castra constituit, quibus Praetorianae cohortes, vagae ante id tempus, et per hospitia dispersae, continerentur. Populares tumultus exortos gravissime coercuit, et ne orirentur, sedulo cavet. Caede in theatro per discordiam admissa, capita factionum et

Cap. 37. *Tuendae pacis*] Noli cum Casaubono de otio a bellis externis capere. Est pax domestica, otium, securitas interna: nam paci opponuntur grassaturae, latrocinia et seditiones. Eas.

Frequentiores] Non tam numero militum, qui et iple frequentiores stationes efficit, quam numero locorum. Pluribus locis, quam antea factum erat, stationes posuit. Rem ipsam instituerat Augustus. Vide Aug. c. 52. Eas.

Romae] Extra Urbem tamen: vide ad Ner. c. 48. Haec castra ab initio maximum dominationis firmamentum, post paulatim terror principum maximus fuere. Eas.

Populares tumultus] Argute magis et erudite, quam vere explicant, qui tantum de seditionibus circensibus et theatralibus capiunt, quod *popularia* dicuntur seditionis plebis,

item in *populo sedere*: cui interpretationi favet etiam Burmannus de Vectig. c. 9.; nam huic explicationi unum tantum e sequentibus exemplis convenit. Neque hic militaribus opponuntur, ut Casaubono placet; nulla enim mentio militum. Sed *populares tumultus* sunt simpliciter, a populo s. plebe urbana ori. ut *populares terrores* sunt minae et pericula a populo. Nempe Suetonius dixerat, Tiberium otio et securitati consuluisse a grassaturis, a latrociniis, occurrisse stationibus militaribus, seditionibus, coercendo graviter et cavendo. Hoc docet tribus seditionum exemplis, Romanae, Pollentinae et Cyzicenaë plebis. Hi sunt populares tumultus. Eas. Melius est in Memm. Guelf. 2. et aliis, et citos — et ne or.

Oriretur] E. Memmiano codice Burmannus habet *orere-*

histriones, propter quos dissidebatur, relegavit; nec, ut revocaret, unquam ullis populi precibus potuit evinci. Quum Pollentina plebs funus cuiusdam primipilaris non prius ex foro misisset, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium manus: cohortem ab Urbe, et aliam a Cottii regno, dissimulata itineris causa, detectis repente armis, concinentibusque signis, per diversas portas in oppidum immisit; ac partem maiorem plebei ac decurionum in perpetua vincula coniecit. Abolevit et vim moremque asyloꝝ, quae usquam erant. Cyzicenis, in cives Romanos violentius quaedam ausis, publice libertatem ademit,

tur. Et sic videtur in textu scribi voluisse ex eodem cod. *poteretur* Caes. c. 64. Cur ergo aliis locis est *potiretur* etiam in Memm., v. c. Ner. c. 35.? Si Suetonianum est *oreteretur, poteretur*, h. e. si ratione quadam inductus ita scripsit: certe omnibus locis sic scripsit. Saepe hac inconflantia in scribendi formula peccant Critici nostri, etiam magnus ille Nic. Heinsius, imprimis in Virgiliano contextu. ERN.

Ex foro misisset] Ubi, more Romano, cadaver centurionis honestissimi depositum et laudatum fuisse videtur. ERN.

Abolevit] Non est de nihilo, quod habet ed. Rom. et cod. Copel. *abolevitque*, ut

que sit eo sensu, de quo dicemus ad Neronem. Conf. supra ad c. 34. *Vis asyloꝝ* est ius eorum, ut *vis tribunatus* in Caes. c. 5. Vide inpr. Heinf. ad Vellei. 2, 50. Ceterum abolitionem asyloꝝ hic refert Suetonius, quod ea seditionum imprimis cavendarum causa decreta est, ut diserte tradit Tacitus Ann. 3, 60. De Suetonii et Taciti in hac re disensu vide Excurs. ERN.

Publice libertatem ademit] Libertatem intellige eam, quam *αὐτονομίαν* Graeci vocant. Rarior autem in h. l. est usus *τοῦ publice*; quod non referendum ad verbum *ademit*, sed ad totum, *libertatem ademit*, magisque ad substantivum quam verbum: libertatem publicam, ius leges suas

quam Mithridatico bello meruerant. Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per legatos compescuit: nec per eos quidem, nisi cunctanter et necessario. Reges infelices suspectosque comminationibus magis et querelis quam vi represit. Quosdam, per blanditias atque promissa extractos ad se, non remisit: ut Maroboduum Germanum, Rhascupolim Thracem, Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in formam provinciae redegit.

38 Biennio continuo post adeptum imperium, pedem porta non extulit: sequenti tempore, praeter quam in propinqua oppida, et quum longissime, Antio tenuis, nusquam afuit: idque perraro et paucos dies, quamvis provincias quoque et exercitus revisurum se laepe pronuntiallet, et prope quotannis profectionem praepararet, vehiculis comprehensis, commea-

et magistratus suos habendi publicum ademit. ERN. *Publice*, non singulis quibusdam Cyzicenis. Conf. supra c. 6. et de re Tac. Ann. 4. 30.

Mithridatico bello] Suetonius initium tantum *αὐτονομίας* Cyziceniae commemorat: intermedia, de libertate eadem ab Augusto et adempta, et restituta, omisit. Ceterum reliqui *meruerant* in contextu, etsi Memnianus aliique libri habent *meruerunt*; quod pro illo non modo eodd. et eod., sed etiam Latinitatis ratio stat. ERN.

Rhescupolim] *Rhescuporim*, item *Rhescuporian* habent nu-

mi; sed pro eo et dictum et scriptum *Rhescupolim* et *Rhescupolim*: alterutrum igitur olim vulgatae *Thrascupolim* praefendum. ERN.

Cap. 38. *Afuit*] Ut constructionis ratio constet, intelligendum *profectus*, quod latet in verbo *afuit*, et per brevilloquentiam omissum est. ERN.

Vehiculis comprehensis] Similiter Calig. c. 39. est idem, quod dixit de navigiis, *contrahere*, in Calig. c. 19. et Tac. Ann. 1. 47. *impedimentum conquirere*. Verbo notare volui, quia nondum haec ratio notata in Lexico. ERN.

tibus per municipia et colonias dispositis ad extremum vota pro ita et reditu suo suscipi passus, ut vulgo iam per iocum *Callipides* vocaretur: quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio Graeco notatum est.

Sed orbatús utroque filio, quorum Germanicus in Syria, Drusus Romae obierat, secessum Campaniae petiit; constanti et opinione et sermone paene omnium, quasi neque rediturus unquam, et cito mortem etiam obiturus: quod paullo minus utrumque evenit. Nam neque Romam amplius rediit: sed et paucos post dies iuxta Terracinam in praetorio, cui Spelun-

Commeatibus — — *dispositis*] Nemo Interpretum, quoniam sint illi *commeatus*, dixit: unde probabile sit, vulgarem ei verbo notionem h. l. subiiciendam putasse, ut sit, cibaria. In quo parum acute viderunt. Nam cibaria praebebantur publice, adeoque indicabantur, non disponebantur; nec hoc verbum de ea re dicitur. Tum, pro illorum temporum Tiberique passimonia, facile satis copiose, etiam non indicta, suppetissent. Habet hic sensum rariorem, nec dum in Lexicis notatum. Est enim haud dubie capiendum de iumentis et vehiculis, quae certis intervallis mutantur, eaque ob causam tum, quum nondum essent ordinarii et perpetui cursus publici, dispen-

da per urbes, transoundas in itinere, fuerunt. Forte et intelliguntur praeterea milites, de quibus Tacitus Ann. 4, 67. Eodem fere modo navium numerus, ad milites v. c. traiciendos paratus, *commeatus* dicitur. Tota res intelligitur e verbo *dispositis*. Probat Oudendorpius, qui commode adfert locum Taciti Ann. 1, 47., ubi de eadem re sermo est. Ean.

Cap. 39. *In praetorio*] Praetorium h. l. pro villae parte cultiori et domini habitationi destinata capiunt, quam verbi vim pluribus illustrat Torrentius. Conf. etiam Aug. c. 72. Callig. c. 37., ubi tamen praetoria et villae iunguntur, Tit. c. 8.; e quibus locis patet, de totis etiam villis, qua non

cae nomen est, incoenante eo, complura et ingentia saxa fortuitu supernè delapla sunt: multisque convivarum et ministrorum elisis, praeter spem evasit.

40

Peragrata Campania, quum Capuae Capitolium, Nolae templum Augusti, quam causam profectionis praetenderat, dedicasset, Capreas se contulit: praecipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur, septa undique praeruptis immensae altitudinis rupibus,

serviunt rei rusticae, dici: quod maxime xystorum, nemorum, statuarum mentio sit; non tantum de ea parte, quam Franci vocant *Corps de logis*. Conf. Perizon. Disert. de Praetorio VIII, 15. Sed mihi videtur h. l. etiam capi posse de diaeta, s. triclinio villae. Nomen *speluncae* praetorio inditum indicare videtur; quod, talia nomina tricliniis et diaetis indita solita, docet etiam illud Luculli, *hodie in Apolline cocnabimus*; quod erat triclinii nomen: item verba, *incoenante eo*, et quae sequuntur de elisis hominibus. Unde confirmatur Perizonii sententia l. c. existimantis, etiam in urbanis aedibus praecipuum conclave praetorium, etsi rarius, dictum, neque alium nisi Petronii locum in eam rem adducentis. Non placet explicatio nostra de spelunca Oudendorpio, quod nomen speluncae, villae tribuitur apud Tacitum Ann. 4. 55.

Sed illa saxa delapla tamen certe e camera triclinii, aut speluncae, a qua et villa; nomen habebat, lapla sunt. In eo facile asentimur illi, quod pro *erat e Mss. est* corrigat. Eax.

Incoenante eo] Frustra Lips. ad Taciti l. c. corrigat *in coenantem eum*: nam ita profecto non evasisset. Eax. *Incoenante* tamen nullius analogiae verbum videtur pro *coenante*, quod est in libris nonnullis, et placebat Ruhnkenio. Similis menda in Cic. Epp. ad Fam. 6. 6. med. *involutu pro volatu*.

Cap. 40. *Uno parvoque litore*] Ex h. l. discent thrones admoniti, *litus* proprie esse locum ad mare depressum, humilem, quo appellere naves et extendere navigantes possunt: ubi scopuli et ropes immineant mari, ibi non esse litus. Unde falsa deprehenditur definitio *litoris*, quasi sit dictum ab eo, quod fluctus alluant vel allu-

et profundo maris. Statimque revocante assidua obtestatione populo, propter cladem, qua apud Fidenas supra XX hominum millia, gladiatorio munere, amphitheatri ruina perierant, transiit in continentem, potestatemque omnibus adeundi sui fecit: tanto magis, quod Urbe egrediens, ne quis se interpellaret, edixerat, ac toto itinere adeuntes submoverat.

Regressus in insulam, reipublicae quidem 41 curam usque adeo abiecit, ut postea non decurias Equitum unquam supplerit; non Tribunos militum, Praefectosque, non provinciarum praefides ullos mutaverit; Hispaniam et Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit; Armeniam a Parthis occupari, Moesiam a Dacis Sarmatisque; Gallias a Germanis vastari neglexerit; magno dedecore imperii, nec minori discrimine.

Ceterum secreti licentiam nactus, et quasi 42 civitatis oculis remotus, cuncta simul vitia, male diu dissimulata, tandem profudit: de quibus singillatim ab exordio referam. In castris, tiro etiam tum, propter nimiam vini avidita-

dant. Melius Aquillius apud Cic. Topic. c. 7. litus dicebat esse, qua fluctus eluderet: nam fluctus, qua scopuli oppositi sunt, eludere non potest, sed fractus remittitur. EBN.

Cap. 41. *Decurias Equitum*] Intelligendas esse indicum decurias cum Lipsio, non dubito, nisi Burmannus et Phil. a Turre repugnant, et Equites intelligendos contendunt, qui in ala mereant lecti a Censore.

De qua re latius diximus in Excursu. EBN.

Consularibus legatis] Consulares legati hic sunt, qui etiam Caesaris vel pro Praetore dicuntur: aliter est, quum de exercitibus sermo. Vide supra ad c. 19. Hic de provinciis Caesaris sermo, quibus legati Caesaris praefecti. Fuit autem Syria sine consulari legato a morte Flacci ad legationem L. Vitellii, h. e. a. U. 786. as-

tem, pro Tiberio, *Biberius*; pro Claudio, *Caldius*; pro Nerone, *Mero* vocabatur. Postea princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco et L. Pifone noctem continuunque biduum epulando potandoque consumpsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri praefecturam Urbis confestim detulit,

que ad 788., ut e locis Taciti intelligi potest Ann. 6, 27. 32. ERN.

Cap. 42. *Princeps*] Vide mox. ERN.

In ipsa publicorum morum correctione] Non de soleenni illa et publica Censuram, sed de ea intellige, quam c. 35. laudavit: similiter *mores corrigere* dicitur c. 59., non de censoria correctione. In Domitiano autem c. 8. *morum correctio* de censura dicitur. Vulgo Viri docti utramque eodem sensu capiunt, nominationem Pagius Crit. Bar. T. I. p. 7. de censura cum Augusto acta capit a. U. 767.: sed ostendendum esset, tum iam principem fuisse. Atqui non potest ostendi, vivo Imperatore, qui Augustus esset, eum, qui per tribuniciam potestatem consors imperii esset, principem dici: aliud enim patet e Taciti Ann. 1. 7. et Suetonii Tib. c. 47. 57. ERN.

Pomponio Flacco et L. Pifone] *L. Flaecus* post consulatum primum ante Moesiae, post Syriae per plures annos

Praefes fuit, nempe ab a. U. 775. usque ad a. 786. Tac. Ann. 6, 27. De eo vide Mallon. Vit. Ovid. ad. a. 769. De anno primi consulatus non consentiunt Viri docti. Vide Rezzonicum Disquis. Plin. T. I. p. 146. qui ei a. U. 781. assignat. *L. Pifo* est is, de cuius morte tradit Tacitus Ann. 6, 10. a. U. 785. ERN.

Confestim detulit] Hoc ad L. Pisonem eiusque praefecturam tantum referam. Nam Flacci legatio octavo demum imperii anno incipit, a quo iam non amplius corrigendis moribus occupatus erat Tiberius. Nisi illud *detulit*, cum Pagio, tantum de designatione capias, dilata traditione: ut c. 63. *provinciae oblatae* dicuntur iis, qui numquam in eas missi sunt. Conf. ad c. 9. extr. Ceterum hanc particulam non satis videntur attendisse Lapsius, Norstius, et quicumque ap. Tacitum Ann. 6. 11., annos praefecturae Pisonianae commemorantem, pro viginti legi volunt decem. Nam primo solemnis illa mo-

codicillis quoque *iucundissimos*, et omnium horarum amicos professus. Sestio Gallo, libidinoso ac prodigo seni, olim ab Augusto ignominia notato, et a se ante paucos dies apud Senatum increpito, coenam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret; utque nudis puellis ministrantibus coenaretur. Ignotissimum quaesturae candidatum nobilissimis anteposuit ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. Asellio Sabino sestertia ducenta donavit pro dialogo, in quo boleti, et ficedulae, et osireae, et turdi certamen induxerat. Novum denique officium instituit a voluptatibus, praeposito Equite Romano, T. Caesonio Prisco.

Secessu vero Capreenſi etiam sellariam ex- 45

rum correctio, quae est censoria, exercita est a Tiberio cum Augusto vivo: ut, si illa apud Suetonium intelligatur, Praefectus Urbis creatus dicendus sit a. U. 766.; unde tamen plus decem anni efficiuntur, etsi non omnino viginti. Sed tum ne ius quidem Praefecti creandi fuisse Tiberio existimant. Sin *correctionem morum* ita, ut nos ad c. 42., capias: non possunt decem tantummodo anni intelligi, quod decem annis ante Pisonis mortem iam deterior factus Tiberius, nihil minus, quam correctionem morum, cogitabat. Viginti autem efficiuntur illi quidem propemodum, et historico more dici possunt, etsi

non sunt pleni, si correctionem morum de censura capias: sed tum redit difficultas illa a *principis* verbo, de qua ante dixi. Videat lector, an XX factum sit e XV? quem numerum si probemus, res incidet in a. 769. fere aut 770., qui anni sunt in principatus bonis initiis. X autem et V a librariis permutari, satis constat, Conf. ad Claud. c. 10. ERX.

Codicillis] Iis, quibus utriusque praefecturam provinciae et Urbis detulit. *Datorum officiorum codicilli* sunt Claud. c. 29. Tales codicilli etiam memorantur in Caio c. 18. ERX.

Cap. 43. *Sellariam*] Intell. locum dispositis sellis, sed

cogitavit, sedem arcanarum libidinum: in quam undique conquisiti puellarum et exoletorum greges, monstrosique concubitus repertores, quos *Spintrias* appellabat, triplici serie connexi, invicem incestarent se coram ipso, ut adspecta deficientes libidines excitaret. Cubicula, plurifariam disposita, tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit, librisque Elephantidis instruxit; ne cui in opera edenda exemplar imperatae schemae deesset. In silvis quoque ac nemoribus passim Venereos locos commentus est, prostantesque per antra et cavas rupes, ex utriusque sexus pube, Paniscorum et Nympharum habitu: palamque iam et vulgo nomine insulae abutentes, *caprineum* dictitabant.

44 Maiore adhuc et turpiore infamia flagravit, vix ut referri audirive, ne dum credi fas

meretriciis: nam in tre meretricia fellae mentio sit. Ipsae etiam *meretricos fellariae* occurrunt, a fellis illis dictae. Tiberii aetate nomen *fellariorum* invaluit, teste Tacito Ann. 6, 1., qui iungit fellarios *Spintriis*, illosque dictos ait e foeditate loci, quae *fella* dicta. Ceterum fellae ipsius rationem nec satis scio, nec, si scirem, explicare sustinerem. *Sellaria* igitur erat locus, ubi fellarii *Spintriae*que conveniebant, obscenisque artibus in fellis dispositis operam dabant, ut oculos Tiberii pascere et libidines irritarent. ERN.

In silvis quoque] Cod. Hulf. in *silvisque*, non male: vide supra ad c. 37. ERN.

Et vulgo] Pro *vulgato*, quod non bene convenit. Illud habent codd. aliquot boni, edideruntque Casaubonus et alii. ERN. *Caprineum* falsam scripturam esse, nomen laevit. Optima est ea, quam H. Grotius ap. Rutgers. V. L. 6. 7. et alii fecerunt, emendatio, $\kappa\alpha\pi\rho\iota\tilde{\nu}\ \epsilon\upsilon\mu$, acute ducta ex re et ex eo, quod fere indocti librarii Graeca vocabula Latinis litteris scribere solebant. Etiam Ruhnkenius illud probabat.

fit: quasi pueros primae teneritudinis, quos pilliculos vocabat, institueret, ut natanti sibi inter semina versarentur, ac luderent lingua morisque sensim appetentes; atque etiam, quasi infantes firmiores, necdum tamen lacte depulso, inguini, ceu papillae, admoveret: promior sane ad id genus libidinis et natura et aetate. Quare Parrhasii quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut, si argumento offenderetur, decies pro ea sestertium acciperet, non modo praetulit, sed et in cubiculo dedicavit. Fertur etiam in sacrificando quondam, captus facie ministri acerram praeserentis, nequille abstinere, quin, paene vixdum re divina peracta, ibidem statim seductum constupraret, simulque fratrem eius tibicinem; atque utrique mox, quod mutuo flagitium exprobrarent, crura fregisse.

Feminarum quoque, et quidem illustrium, 45 capitibus quanto opere solitus sit illudere, evidentissime apparuit, Malloniae cuiusdam exitu: quam perductam, et quidquam amplius pati constantissime recusantem, delatoribus obiecit; ac ne ream quidem interpellare desiit, *Ecquid poeniteret: donec ea, relicto iudicio,*

Cap. 44. *Sensim*] Non intelligo, quid sit *morfu sensim appetere*. An *senem?* aut *penem?* Mox quidem similiter *olido seni*: pluribusque aliis locis *senem* simpliciter appellat Tiberium. EAN. Neutra coniectura probabilis est. In mora voluptatem quaerebat,

Morigeratur] Verbum est nequitiae, frequens olim apud Comicos, simile Graeco, quod explicuit Ruhnk. ad Timaeum p. 195.

Cap. 45. *Nec quidquam amplius*] Mss. quidam, etiam Lyser., et *quidquam amplius*. Bene, idque recepi. Postulat

domum se abripuit, ferroque transegit, obscœ-
nitate oris hirsuto atque olido feni clare expro-
brata. Unde nota in Atellanico exodio proximi-
mis ludis assensu maximo excepta, percrebruit:
46 *Hircum vetulum capreis naturam ligurrive.*
Pecuniae parcus ac tœnax, comites pere-
grinationum expeditionumque nunquam salario,
cibariis tantum, sustentavit; una modo liberali-
tate, ex indulgentia vitrici, profecutus, quum
tribus classibus facis pro dignitate cuiusque,
primae sexcenta sestertia, secundae quadringen-
ta distribuit, ducenta tertiæ, quam non ami-
corum, sed gratorum appellabat.

hoc *recusantem* quidquam
amplius, scil. quam concubi-
tum. ERN.

Nota] Haec vox haud du-
bie corrupta habetur. Nec
quidquam adhuc inventum et
prolatum scio, quod placeat
satis. Videndum, an *nota* di-
catur pro ἑξῆσι, ut, sicuti ποῦς
Graecis de Ideo insigni poe-
tae: vide Kufferum ad Aristoph.
Ran. v. 1358.: sic ἑξῆσις in-
signes, *notae* dictae sũt ab
impositis notis in margine li-
brorum. ERN. Nihil incerti-
us hac significatione; et ve-
rissimilius coniecerunt alii, *no-
ta vox*, vel *mira in A. ex-
odio voc prox.* In optimis
enim Mss. legitur *mora*.

Cap. 46. *Comites peregrina-
tionum expeditionumque*]
Vide Excursum. ERN.

Sercentu] Freinsh. ad Curt.
6. 7. 17. legendum putat *sex-*

centa, mox, *quadringena et
ducenta*. Frustra. Non enim
dicit Suetonius *primae classis
comitibus*; quod si esset, re-
quireretur distributivum *sexcen-
ta*: sed *primae classi*; quod
non requirit distributivum, sed
respuit. Liv. 1. 45. *tertiæ
classis in quinquaginta M.*
(non quinquagena) *censum esse
voluit*. ERN.

Gratorum] Est altera le-
ctio codd. *Graccorum*, habet,
quo se tœnax, ut patet e no-
ta Calauboni, et iis, quae di-
ximus in Excursu: tamen praetuli
gratorum; quam lectionem egregie defendit et illu-
strat Hurwammus. Manifestum
est, requiri verbum, quod in-
dicet, esse eos in comitibus,
sed non patet haberi ceteris:
ei rei hoc verbum aptissimum
est. Nam *gratus* est, qui pla-
cet: nostri dicunt, *den man*

Princeps neque opera ulla magnifica fecit; 47
 (nam et, quae sola susceperat, Augusti tem-
 plum, restitutionemque Pompeiani theatri, im-
 perfecta post tot annos reliquit) neque specta-
 cula omnino edidit; et iis, quae ab aliquo
 ederentur, rarissime interfuit, ne quid expo-
 siceretur, utique postquam comoedum Actium
 coactus est manumittere. Paucorum Senatorum
 inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, ne-

wohl leiden kann: sed non
 statim amatur et amicus est;
 nam in hoc etiam interdum
 genus, dignitas et alia requi-
 runtur; in illo non item. Ta-
 les sunt liberti; qui esse co-
 mites possunt, iique gratissimi,
 non autem amici. *Gnathonum*
verbum, quod Heinsius place-
 bat, iniuriam est in comites;
 nec credibile est a Tiberio usur-
 patum, propterea, quod ipsi
 turpe esset, fateri, se in comi-
 tibus habere gnathones. EAX.
 Scribendum fuisset *gratorum*,
 etiam si in nullo codice inven-
 tum esset. *Gratorum* i. *Grae-*
corum quomodo cuiquam pla-
 cere potuerit, non intelligas.

Cap. 47. *Ab aliquo*] Pro
ab alio quo, ut pluribus locis
 apud Ciceronem. EAX.

Exposceretur — coactus est] Glareanus quaerit, quomodo
 cogi Imperator potuerit: nec
 ipse habet, quod respondeat.
 Neque responderunt posteri In-
 terpretes; nec opus. Est enim
 res ex Cicerone, et ipso Sue-
 tonio, clara et nota. Popu-

lus in spectaculis congregatus
 interdum aliquid tumultuoso
 flagitabat: olim ab editoribus
 ludorum, post ab Imperatori-
 bus, quod ei erat, tumultus et
 strepitus sedandi causa, conce-
 dendum. Atque ita Tiberio in
 Actio comoedo acciderat. EAX.

Senatorum inopia sustentata] Quae definitur re fami-
 liarum intra censum senatorium.
 Unde, quod hic dicit, *inopiam*
Senatorum sustentatam, in
 Aug. c. 41, dixit *census Sena-*
torum supplevit: in Vespas.
 c. 17. *explevit censum senato-*
rium. Tacitus autem eandem
 rem narrans 2, 37, *census Sena-*
torum inuit, i. e. rem auxit.
 Quamquam etiam sic capere
 possis, ut, quibus census sena-
 terius, propter magnitudinem
 familiae, aliasque causas, non
 sufficeret ad sumtus necessa-
 rios, eorum rem auxit. Sic
 Vespas. c. 17, illa duo distin-
 guit: *explevit censum senato-*
rium: consulares inopes (qui
 tamen; opinor, censum sena-
 torium habebant) *quingenis*

gavit se aliis subventurum, nisi Senatui iustas necessitatum causas probassent. Quo pacto ple-rosque modestia et pudore deterruit: in quibus Hortalum, Q. Hortensii oratoris nepotem, qui, permodica re familiari, auctore Augusto, qua-
 48 tuor liberos tulerat.

Publice munificentiam bis omnino exhi-
 buit: proposito millies sestertio gratuito in tri-
 ennii tempus; et rursus quibusdam dominis
 insularum, quae in monte Coelio deslagrarant,

sestertiis annis sustentavit. Atque ego, propter loci simi-
 litudinem, non negem, mihi
 hanc interpretationem magis
 probari. ERN.

Iustas necessitatum causas probassent] *Iustas*, quia est
 in omnibus libris, non suspec-
 tum faciam; etsi elegantes
 scriptores *probare causam* di-
 cere contenti, id adiectivum
 non addunt; sed pleonastice
 positum dicam. *Necessitates*
 autem hic, de more istius se-
 culi, pro inopia, atque adeo
 aere alieno, dicuntur; cuius
 notionis exempla Lexica sup-
 peditant. Voluit ergo Tibe-
 rius, docere quemque Sena-
 tum, nulla sua culpa, neque
 turpi aliqua causa, se ad id
 inopiae venisse, ut sibi princi-
 pis auxilium implorandum sit:
 aut idoneas causas esse, quare
 aliquo rei familiaris incremen-
 to indigeant, ac petant. ERN.

Hortalum] Rem pluribus
 exponit Tacitus Ann. 2, 37.

Ceterum quod If. Vossius ad
 hunc Hortalum refert, sine du-
 bitatione Catulli Epigr. 66.,
 in eo sefellit Virum doctissi-
 mum ratio: nam temporum
 series nullo modo finit. Mi-
 rum autem est, Vossium igno-
 rasse, *Hortalos* dictos esse et
 Hortensios alios, huius patrem,
 avum. Avus quidem *Hortalus*
 dicitur apud Ciceronem ad At-
 ticum 2, 25. et 4, 15. ERN.

Cap. 48. *Proposito*] Non
 cum Casaubono explicandum,
 ut in illis, *proponere edictum*,
auctionem etc. Sed est h. l.
 offerre, s. in mensis argenta-
 riorum positae pecuniae co-
 piam facere. Clare id patet
 e loco Taciti 6, 17. *Dispositio*
per mensas millies sestertio,
factaque mutuandi copia sine
usuris etc. Simile fere sensu
 Cicero de meretrice Verr. 5,
 15. *mulier proposita omnibus*.
 Ceterum non poenitebit, cum
 h. l. conferre Liv. 7, 21. ERN.

Dominis — insularum resti-

pretio restituto. Quorum alterum magna difficultate nummaria, populo auxilium flagitante, coactus est facere, quum per Senatus consultum sanxisset, ut feneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem aeris alieni statim solverent, nec res expediretur: alterum, ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamen beneficium tanti aestimavit, ut montem Coelium, appellatione mutata, vocari Augustum iusserit. Militi post duplicata ex Augusti testamento legata nihil un-

tuto] Vide notata ad Tac. Ann. 6, 45. ERN.

Difficult. nummaria] Quum inopia pecuniae esset, ut loquitur Tacitus Ann. l. c., nec reperiri pecunia, quae mutuo suumeretur, posset. Ita dixit etiam Cicero Verr. 2, 28. de homine, alias bene de re familiari constituto. ERN.

In solo collocarent] Collocandi verbum, ut *ponendi, occupandi*, de hac re valde usitatum Ciceroni aliisque. *In solo* autem *collocari pecunia* dicitur, pro qua emuntur agri, aedes, aliaque, quae vulgo *immobilia bona* vocant, sed inprimis agri. Cic. ad Att. 9, 9. *te — quantum in solo, solere quaerere*, scil. haberent: quod alias dicit, *in praediis*, Verr. 3, 86. *habet in numis, in urbanis praediis*. Sed illud etiam tenendum, *solum* dici simpliciter de praediis Italicis, ut etiam h. l. accipiendum. Sic

est apud Plinium Ep. 6, 19., ubi refertur edictum Traiani, quod iussit *condatos tertiam partem patrimonii conferre in ea, quae solo continerentur*, ut Urbem Italiamque pro patria, non pro hospitio et stabulo, quasi peregrinantes, haberent. ERN.

Nec res expediretur] Propria verba in tali re. Phaedrus: *Qui nomen locat sponse improbo, non rem expedire, sed mala videre expedit. Nomen, fidem expedire*, pro dissolvere aes alienum, usitatae sunt apud Ciceronem formulae. ERN.

Tempor. atrocitatem] Hoc quid sit, docet Tacitus Ann. 4, 64. *severalem annum secebant* etc., quod eodem apud Fidenas ruina amphitheatri multa hominum millia obruta et debilitata, et dein mox Coelius mons deusius. ERN.

Iusserit] Quia Scium heri

quam largitus est, praeterquam singula millia denariorum praetorianis, quod Seiano se non accommodassent; et quaedam munera Syriacis legionibus, quod solae nullam Seiani imaginem inter signa coluissent: atque etiam milliones veteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem, ex morte compendium captans. Ne provincias quidem ulla liberalitate sublevavit; excepta Asia, disiectis terrae motu civitatibus.

49 Procedente mox tempore etiam ad rapinas convertit animum. Satis constat, Cn. Lentulum augurē, cui census maximus fuerit, metu et angore ad fastidium vitae ab eo actum, et ut ne quo nisi ipso herede moreretur: condemnatam et generosissimam feminam Lepidam, in gratiam Quirini consularis praedivitis et orbi, qui dimissam eam e matrimonio, post vicesimum annum, veneni olim in se comparati arguebat: praeterea Galliarum et Hispaniarum, Syriaeque et Graeciae principes confiscatos, ob tam leve ac tam impudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud sit obiectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent: plurimis etiam civitatibus et privatis veteres im-

in sententiam ita consentis, idque ratum esse sivit, iussisse rem dici potest. ERN.

Inter signa coluissent] Idem verbum de statuīs, imaginibus etc. Sic est apud Tacitum Ann. 2. 83. ERN.

Milliones] Tabula millionis a Tiberio data exstat, illustrata a Graverolio ap. Spolinum Misc. Erud. Ant. p. 259. seq. ERN.

Compendium] Quod sic praemia militiae exactae, commoda dicta, non solverentur. Vide Aug. c. 49. ERN.

Cap. 49. *Graeciae*] Vide ad Claud. c. 16. ERN.

Partem rei familiaris in pecunia haberent] Domi seposita, velut ad res novas molliendas conferenda. Forma loquendi illustrata est ad c. 48. Lipsius ad Taciti Ann. 6, 16.

munitates et ius metallorum ac vectigalium adempta: sed et Vononem regem Parthorum, qui pulsus a suis, quasi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia, et occisum.

Odium adversus necessitudines in Druso 50
 primum fratre detexit; prodita eius epistola, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augustus agebat: deinde et in reliquis. Luliae uxori tantum a fuit, ut relegatae, quod minimum est, officii aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex constitutione patris uno oppido clausam, domo quoque egredi, et commercio hominum frui vetuerit; sed et peculio concessa a patre, praebitisque annuis fraudavit, per speciem publici iuris, quod nihil de his Augustus testamento cavisset. Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi aequas potentiae vindicantem, et congressum eius assiduum vitavit, et longiores secretioresque sermones; ne consiliis, quibus tamen interdum et egere et uti solebat, regi videretur. Tulit etiam perindignè, actum in Senatu, ut titulis suis, quasi Augusti,

interpretatur partem maiorem pecuniae, quam lege permissum esset, scil. Caesaris, apud Dionem lib. 41. p. 271., qua cautum erat, ne quis ultra LX sestertia in auro argentove haberet. Sed id verbis Suetonii, qui *partem* simpliciter habet, non convenit. ERN.

Cap. 50. *Publici iuris*] *Publici* redundat. Nec proprie sic dictum ius publicum intelligitur, sed *ius* simpliciter.

Omne autem ius publicum dici potest, quia omnes eo utuntur. Vide ad Aug. c. 10. ERN. Perizon. con. *fraudaverit*, sine idonea causa. At vere mox *in Senatu* pro *a Senatu*.

Ne eius consiliis] Pronomen, in optimis libris omissum, delevi cum Oudendorpio.

Quasi] Pro *sicut* dici, respondentem *ita*, valde usitatum huius aetatis scriptoribus. Sed

ita et Liviae filius, adiiceretur. Quare non *parentem patriae* appellari, non ullum insignem honorem recipere publice passus est. Sed et frequenter admonuit, *maioribus nec feminae convenientibus negotiis abstineret*: praecipue, ut animadvertit, incendio iuxta aedem Vestiae et ipsam intervenisse; populumque et milites, quo enixius opem ferrent, adhortatam, sicut sub marito solita esset.

51 Dehinc ad simultatem usque processit hac, ut serunt, de causa. Instanti saepius, ut civitate donatum in decurias allegeret, negavit alia se conditione allecturum, quam si pateretur, adscribi albo, *extortum id sibi a matre*. At illa commota, veteres quosdam ad se Augusti codicillos, de acerbitate et intolerantia morum eius, e sacratio protulit atque recitavit. Hos et custoditos tandiu, et exprobratos tam infeste, adeo graviter tulit, ut quidam putent, inter causas secessus hanc ei vel praecipuam fuisse. Toto quidem triennio, quo vivente matre astit, semel omnino eam, nec amplius quam

est tamen etiam Ciceroni usurpata haec ratio in Catone c. 19. etc. ERN.

Recipere] Immo ne decerni quidem passus est. Itaque *recipere* de more aetatis suae dixit pro *capere*. Vide ad Aug. c. 78. ERN.

Solita esset] Subtilis et vera Grammaticorum ratio pollulabat, *solita fuisse*. ERN.

Cap. 51. *Decurias*] Nempe eas, de quibus c. 41. actum. ERN.

Toto triennio] *Toto* illud opinionem moveat alicui, tres plenos annos intelligi. Sed sunt duo cum paucis mensibus. Et tamen ne sic quidem, addendo illo verbo, aliquid peccatum, aut alienum a consuetudine loquendi positum: nam non modo *triennium* simpliciter sic dici potest, sed etiam, quod superiores Interpretes non monuerunt, *totum triennium*. Exemplum quidem a Graevio prolatum e c. 15. est

uno die, ac paucissimis vidit horis: ac mox neque aegrae adesse curavit, defunctamque, et, dum adventus sui spem facit, complurium dierum mora, corrupto demum et tabido corpore funeratam prohibuit consecrari; quasi id ipsa mandasset. Testamentum quoque eius pro irritato habuit, omnesque amicitias et familiaritates, etiam quibus ea funeris sui curam moriens denandarat, intra breve tempus afflixit; uno ex his, equestris ordinis viro, et in auliam condemnato.

Filiorum neque naturalem Drusum, neque 52 adoptivum Germanicum, patria caritate dilexit; alterius vitii insensus: nam Drusus animi fluvioris, remissiorisque vitae erat. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est: sed tantum non statim a funere ad negotiorum consuetudinem rediit, iustitio longiore inhibito. Quin et Iliensium legatis paullo serius consolantibus, quasi oblitterata iam doloris memoria, irridens, *Se quoque, respondit, vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amisissent.* Germanico usque adeo obtrectavet, ut et praeclara facta eius pro supervacuis elevaret, et gloriosissimas victorias, ceu damnosas reipublicae, increparet. Quod vero Alexandriam, propter immensam et repentinam famem, inconsulto se, adisset, questus est in Senatu. Etiam caus-

de triennio nude posito. ERN. Nec multa, opinor, reperias exempla nostrae locutionis: quae tamen recta est ex vulgari et minus accurata consuetudine sermonis.

Cap. 52. *Alterius vitii]*

Lipsii additamentum, *alterius virtutibus*, recte repudiant: non tamen, quod id intelligi debeat. Est enim expressum in illo, *Germanico usque adeo obtrectavit*, etc., ubi, quia paullo longius hoc membrum

sa mortis fuisse ei per Cn. Pisonem legatum Syriae creditur: quem, mox huius criminis reum, putant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obliarent. Per quae multifariam inscri-

abest a primo, alterius vitii *insensus*, pro alteri nomen ipsum posuit. ERN.

[*Nisi ea secreta obliarent*] Coniecturae de hoc loco prolatae non sunt unius alicuius, si hinc cum Tacito et re ipsa confectas, hinc ad Latinitatem exigas, ut facile doceri possent, nisi vereremur frustra longiores esse. Vidissent fortasse Viri doctissimi sententiam loci, nisi iis vel corruptionis opinio, vel cum Tacito comparatio obstitisset. Non est autem necesse, ut Suetonius eandem, quam Tacitus, rationem attulerit: nam res tota incerta est, et e vulgi rumoribus nata. Poterunt igitur variae etiam causae commemorari; quarum aliam Tacitus, aliam Suetonius refert. Ergo locum sanum puto, sententiam autem hunc: prolaturum mandata Tiberii, de tollendo Germanico scripta, fuisse, nisi una proferenda essent secreta quaedam, quae vel nefas esset, vel ipse non auderet vulgare. *Nisi ea secreta obliarent*, dictum est, ut *nisi id actus*, vel *ea astate esset*, h. e. vel grandi, vel, quae prohibet aliquid facere: quod si cui durius videatur h. l., le-

gat certa, vel cetera. Secreta autem intelligenda forte ea, quae Tacitus Ann. 2, 69. commemorat, *humanorum corporum reliquias, carmina, devotiones etc.*, per quae animae numinibus infernis credebantur sacrari. Atqui illa secreta ἀπόκρυφα et arcana habita, quae vulgare nefas esset, satis constat. Apud Livium 8, 18., ubi veneficae mulieres apprehenduntur, *medicamenta et alia recondita* reperta dicuntur, ubi frustra haerebat Faber. Conf. Ovid. Metam. 7, 138. ERN. Ignavam vocem ea nemo probaverit; nec dubitet quisquam, lectionem corruptam esse, sed vix sine meliorum codd. ope sanabilem. Memm. habuit, *nisi ea secreta ostentant quae multifariam inscriptum*; quo modo et Longol. et alii MSS. Prizonius satis habebat expungere ea, vel legere nisi spe ei secreto ostentata, scil. fore ut eriperetur, et rem dissimulet. Plura hinc opinor, vocabula exciderunt. Etiam seqq. *Per quae* displicent, in quemcumque sententiam ea torleris.

[*Per quae*] Alii interpretantur *quapropter*; alii, *quo tem-*

ptum, et per noctes celeberrime acclamatum est: *Redde Germanicum*. Quam suspicionem confirmavit ipse postea, coniuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

Nurum Agrippinam, post mariti mortem, 53
liberius quiddam questam, manu apprehendit, Graecoque versu: *Si non dominaris*, inquit, *filiola, iniuriam te accipere existimas?* nec ullo mox sermone dignatus est. Quondam vero inter coenam porrecta a se poma gustare non ausam, etiam vocare desuit, simulans, veneni se crimine arcessitum; quum praestructum utrumque consulto esset, ut et ipse tentandi gratia offerret, et illa quasi certissimum exitium caveret. Novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegavit; conviciantique oculum per centurionem verberibus excussit. Rursum mori inedia destinanti, per vinum ore diducto,

pore. Neutra Latinitati aut consuetudini Suetonianae repugnat. Sed quoniam manifestum est, *Per quae* respondere verbis, *caussa mortis fuisse ei creditur*; altera illa, *quo tempore*, locum hic non habet. ERN.

Cap. 53. *Veneni se crimine arcessitum*] *Dedi veneni se, pro se veneni*, e libris; quod est elegantius. *Arcessi* habent item libri plures, idque unice probavere et recepere Burmannus et Oudendorpius. Quia res pertinet ad tempus post illam coenam, *arcessitum esse*

debet. Sic infra c. 56. *existimans exprobratum sibi veterem secessum*. ERN. Non quadrat hoc exemplum. *Arcessi* est insimulare, sed tacita cogitatione, ubi res infecta, non absoluta, cernitur. Aptius ergo est *arcessi*.

Ad statuam Augusti — confugere velle] Ut invidiam Tiberio faceret, et populum in eum, velut tyrannum, concitaret, ut vidit Torrentius. Clare Tacitus Ann. 4, 67. *celeberrimo fori effigiem D. Augusti amplecti, populumque ad Senatum auxilio vocare*. ERN.

infulciri cibum iussit. Sed et perseverantem, atque ita absumptam, criminosissime infectatus est, quum diem quoque natalem eius inter nefastos referendum suassisset. Imputavit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abiecerit: proque tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiae agerentur, et Capitolino Iovi donum ex auro sacraretur.

54

Quum ex Germanico tres nepotes, Neronem et Drusum et Caium, ex Druso unum Tiberium haberet; desitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filiis, Neronem et Drusum, P. C. commendavit: diemque utriusque tirocinii, congiario plebi dato, celebravit. Sed ut comperit, ineunte anno, pro eorum quoque salute publice vota suscepta, egit cum Senatu, *Non debere talia praemia tribui, nisi expertis et aetate provectis*: atque ex eo, patefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque fraude inductos, ut et concitarentur ad convicia, et concitati proderentur, accusavit per litteras, amarissime congestis etiam probris, et iudicatos hostes fame necavit: Neronem, in insula Pontia; Drusum, in ima parte Palatii. Putant, Neronem ad voluntariam mortem coactum, quum ei carnifex, quasi ex Senatus auctoritate missus, laqueos et uncas ostentaret; Druso autem adeo alimenta subducta, ut tomen-

Infulciri] Sic Burmannus in omnibus scriptis reperit, non *infercici*. Ita tamen habet M. Lysler. De verbo *infulcire* v. Gronov. Obs. 4, 22. ERR.

Cap. 54. *Proderentur*] Haec melior mihi videtur lectio codicis optimi Memmiani, plurimumque Burmanno laudatorum, etiam M. Lysler. *prod-*

tum e culcita tentaverit mandere: amborum sic reliquias dispersas, ut vix quandoque colligi possent.

Super veteres amicos ac familiares, viginti 55 sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes praelitit: ceteros, alium alia de causa, perculit. Inter quos quum plurimorum clade Aelium Seianum, quem ad summam potentiam non tam benivolentia provexerat, quam ut esset, cuius ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumveniret; nepotemque suum ex Druso filio naturalem ad successionem imperii confirmaret.

Nihilo lenior in convictores Graeculos, qui 56 bus vel maxime acquiescebat. Xenonem quendam, exquisitius sermocinantem, quum interrogasset, *quaenam illa tam molesta dialectos esset*, et ille respondisset, *Doridem*; relegavit

rentur, quam vulgatum *perderentur*; eam et Oudendorpius recepit. ERX. Conf. Gronov. Obsl. 3, 20. p. 464.

Reliquias dispersas] L. Gronov. correxit *reliquiae dispersae*, ut *amborum* novam periodum faciat. Nobis magis placet plurimorum codd. scriptura, *reliquiis dispersis*: nam quum res non dubia videatur esse, quam et Dio tradit, accusativus male pendeat a verbo *putant*, ablativus autem eandem vim habebit, quam quaerebat Gronov.

Cap. 55. *Inter quos quum*]

Oudendorp. corr. *interque eos*, quod h. l. forsitan amplectendum esset, nisi S. alterum loquendi genus amaret. Cf. ad Caes. c. 52.

Ex Druso filio naturalem] Rescripti *filio* pro *filium*: nam sic Mss. boni, et res postulat ac Latinitas. Recepit et Oudendorpius. ERX.

Cap. 56. *Respondisset, Doridem*] Videtur philosophus ille Dorica dialecto usus esse: et. verbum *dialecti* a Tiberio aliter dictum, quam vulgo, accepisse sensu vulgari. *Διάλεκτον* pro disserendi genere et alii dixere, sed rarissime. 130-

Cinariam: existimans, exprobratum sibi veterem secessum, quod Dorice Rhodii loquantur. Item quum soleret ex lectione quotidiana quaestiones super coenam proponere, comperissetque, Seleucum Grammaticum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita praeparatum venire: primum a contubernio renovit, deinde etiam ad mortem compulit.

57 Saeva ac lenta natura ne in puero quidem latuit, quam Theodorus Gadareus, rhetoricae praeceptor, et perspexisse primus sagaciter, et asimulasse aptissime vilis est; lubinde in obiurgando appellans eum *πῆλδὸν αἴματι πεφουραμένον*. Sed aliquanto magis in principe eluxit, etiam inter initia, quum adhuc favorem hominum moderationis simulatione captaret. Scurram, qui, praetereunte funere, clare mortuo mandarat, ut nuntiaret Augusto, *nondum reddi legata, quae plebi reliquisset*, attractum ad se, recipere debitum, ducique ad supplicium imperavit, et patri suo verum referre. Nec multo post in Senatu Pompeio cuidam, Equiti Ro-

lestia dixit propter verba et modos loquendi rariores, argutiores etc., ut Aug. c. 86. *molestie scribere et loqui*. EKK. *Dialectum* intelligo proprio significato, obscuritate molestam. Ille significatus insolentior videtur.

Cinariam] Sic fere scripti. Edui plures *Cinaram* vel *Cynuram*: est una Sporadum. *Aenariam*, quod placebat Hein-
sio, et a Graevio, pro conie-

ctura, assertur, et in Mss. et edd. Basil. 2. Stephan. est, placetque Oudendorpio. EKK.

Cap. 57. *Lenta natura*] Vide ad c. 21. In Theodori dicto *lentam naturam* exprimit *πῆλδός*, lutum, quod est iuers, lentum, *σαρκαμ*, αἴμα. EKK.

Αἴματι πεφουραμένον] Suidas in *Ἀλέξανδρος Αἰγ.* et *Νέρων* habet *πεφουραμένον*, quod est iustitius paullo. Vide Duker. ad *Thucyd.* 5, 49. et Baum. ad

mano, quiddam perneganti, dum vincula minatur, affirmavit fore, *ut ex Pompeio Pompeianus fieret*: acerba cavillatione simul hominis nomen incessens, veteremque partium fortunam.

Sub idem tempus, consulente Praetore, 58 an iudicia maiestatis cogi iuberet, exercendas esse leges respondit, et atrocissime exercuit. Statuae quidam Augusti caput dempserat, ut alterius imponeret. Acta res in Senatu: et quia ambigebatur, per tormenta quaesita est. Damnato reo, paulatim hoc genus calumniae eo processit, ut haec quoque capitalia essent: circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestimenta mutasse, nummo vel anulo effigiem impressam, latrinae aut lupanari intulisse, dictum ullum factumve eius, existimatione aliqua laesif-

h. l. ERN. Dictum tam est argutum et elegans, ut in eo Gallicum acumen reperias.

Ut ex Pompeio Pompeianus fieret] Est sane aliqua dicti obscuritas, etsi Suetonius explicare voluisse videtur. Duplex autem est cavillatio: altera in nomine Pompeii, invito Caesaribus ob bellum ab eo pro libertate et legibus adversus Caesarem gestum; quae efficitur et intelligitur adiectione alterius, quae inest in *veterum partium*, i. e. Pompeianarum commemoratione, quarum fortunam homini minatur: proscriptionem, opinor, caedemque. ERN. Verum alii scribunt *veterem* pro *veterum*, haud

paullo melius: idque reposui ex Longol. Guelf. 1. 2.

Cap. 58. *Iudicia maiestatis*] Non eius, quae olim fuerat, si quis amplitudinem populi Romani laesisset; de qua et leges et iudicia publica fuerunt: sed novae; si quis Caesarum dignitatem violasset. Vide Tac. Ann. 1, 72. Senec. Benefic. 3, 26. Plin. Pan. 11. et ibi Intpp. ERN.

Existimatione aliqua laesisse] H. e. indicio suo, et dicto aliquo, opinando, ut Suetonius loqui solet: si quis de Augusti dicto aliquo aut facto male opinatus esset. Miratus sum, Burmanno hanc Latinitatem dubiam visam: quum

se. Periit denique et is, qui honorem in colonia sua eodem die decerni sibi pallus est, quo decreti et Augusto olim erant.

59 Multa praeterea, specie gravitatis, ac morum corrigendorum, sed et magis naturae obtemperans, ita saepe et atrociter factitavit, ut nonnulli versiculis quoque et praesentia exprobrarent, et futura denuntiarent mala:

*Asper et immitis, breviter vis omnia dicam?
Dispeream, si te mater amare potest.*

*Non es Eques? Quare? non sunt tibi millia centum:
Omnia si quaeras, et Rhodos exilium est.*

*Aurea mutasti Saturni secula, Caesar:
Incoluni nam te ferrea semper erunt.*

*Fastidit vinum, quia iam fitit iste cruorem:
Tam bibit hunc avido, quam bibit ante merum.*

*Adspice Felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam:
Et Marium, si vis, adspice, sed reducem:
Nec non Antoni, civilia bella moventis,
Nec semel infectas adspice caede manus:
Et dic, Roma perit: regnabit sanguine multo,
Ad regnum quisquis venit ab exilio.*

Quae primo, quasi ab impatientibus remediorum, ac non tam ex animi sententia, quam hi-

luis constet, *existimationem hominum* dici iudicium eorum de re aliqua: cuius rationis exempla vide apud Gronovium ad Liv. 4, 41. 34, 2. ERN.

Honorem — *quo decreti* Vulgo honores. Illud ex meis omnibus praetuli cum Oudendorp., mutatum a librariis propter verbum *erant*.

Cap. 59. *Omnia si quaeras*] Si omnia scire velis. non modo census equester deest tibi, sed etiam civitas Romana, utpote exuli. Illud *quaeras* sic dictum est, ut saepe, *Quid quaeris?* — Ad proximos versus de Sulla et Mario appolite Pasatus Paneg. Theodof. c. 46. dicit *Mariam crudelium posse exilia, et Sullam tuam*

le et stomacho fingerentur, volebat accipi: dicebatque identidem: *Oderint, dum probent.* Deinde, vera plane certaue esse, ipse fecit fidem.

In paucis diebus, quam Capreas attigit, 60 piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit, territus, quod is a tergo insulæ per aspera et devia crepsisset ad se. Gratulanti autem inter poenam, quod non et locustam, quam praegrandem ceperat, obtulisset, locusta quoque lacerari os imperavit. Militem praetorianum, ob surreptum e viridiario pavonem capite punit. In quodam itinere Tectica, qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viae, primarum cohortium centurionem, firatum humi, paene ad necem verberavit.

clade felicem. Ceterum epigrammata haec facta sunt diversis temporibus, et priora duo ante principatum Tiberii.

Cap. 60. *Primarum cohortium centuriones*] In legione decem cohortes fuisse, constat; quarum una prima. Primis autem cohortibus, iam extremis liberae reipublicae temporibus, aliquid praecipui tributum fuisse, e Cicerone et Caesare patet, ut docet Schelius ad Hyginum p. 28. 29. Ex quo fit, ut centuriones, in eam lecti, viderentur fortissimi, utque honoratum esse coeperit, in primis cohortibus centurionem esse, ut antea primorum

ordinum, h. e. centuriarum quum nullum adhuc esset cohortium discrimen. Ita arbitrator hunc locum intelligi posse. Clare rem confirmat locus Vegetii 2, 21. *Principili centurio — in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda consequitur.* Itaque non opus est medicina Burmanni, *primorum ordinum*: e quo quomodo vulgata lectio, quam omnes libri habent, nasci potuisset? cuius etiam cetera ad hunc locum dicta e nostris reselluntur. FEN. Satisfacerent haec, si legeretur *primae cohortis*: at qui potest

61 Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia: quam primo matris, deinde nepotum et nurus, postremo Seiani familiares atque etiam notos persequeretur. Post cuius interitum vel lævissimus exstitit: quo maxime apparuit, non tam ipsum ab Seiano concitari solitum, quam Seianum quaerenti occasiones subministrasse. Etsi commentario, quem de vita sua summam breviterque composuit, ausus est scribere, *Seianum se punisse, quod comperisset, furere adversus liberos Germanici filii sui*: quorum ipse alterum, suspecto iam, alterum oppresso demum Seiano, interemit. Singillatim crudeliter facta eius exsequi, longum est: genera, velut exemplaria, lævitiae enumerare, fat erit. Nullus a poena hominum cessavit dies; ne religiosus quidem ac sacer. Animadversum in quosdam ineunte anno novo: accusati damnatique multi, cum liberis atque etiam uxoribus suis. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta accusatoribus præcipua præmia, nonnumquam et testibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumque verborum. Obiectum est poetæ, quod in tragoedia Agamemnonem probris laceffisset: obiectum et historico, quod *Brutum Cassiumque ultimos Romanorum di-*

unus centurio dici *primarum cohortium*? Hoc erat illud, in quo Viri doctissimi hærebant. Igitur, nisi forte S. sic dixit pro *centurione quodam ex primis cohortibus*, altius latere videtur vitium.

[Cap. 61. *Lugerent*] Perduellionis damnatos lugere non licuisse, docet Merillius Obsf. 7, 52. Eas.

[*Agamemnonem pr. laceffisset*] H. e. personam tragicam ita loquentem induxisset, malo-

xisset: animadversum est statim in auctores, scriptaque abolita, quamvis probarentur, ante aliquot annos, etiam Augusto audiente, recitata. Quibusdam custodiae traditis, non modo suadendi solatium ademptum, sed etiam sermonis et colloqui usus. Citati ad causam dicendam partim se domi vulneraverunt, certi damnationis, et ad vexationem ignominiamque vitandam; partim in media curia venenum hauserunt: et tamen, colligatis vulneribus, ac semianimes palpitanterque, in carcerem rapti. Nemo punitorum non et in Gemonias abiectus, uncoque tractus: viginti uno die abiecti tractique sunt; inter eos pueri et feminae. Immaturae puellae, quia morte tradito nefas esset, virgines strangulari, vitatae prius a carnifice, dein strangulatae. Mori volentibus vis adhibita vivendi. Nam mortem adeo leve supplicium putabat, ut, quum audisset, unum e reis, Carnulium nomine, anticipasse eam, exclamaverit: *Carnulius me evasit.* Et in recognoscendis custodiis, pre-

dicentem summo regi, ἀνακτι ἀνδρῶν. Mox de *historico* vide Tac. Ann. 4, 34.

Et ad vexationem] Coniicias *vel ad v.* At rectius ex Mss. vestigiis corrigunt *sed et*, quibus voculis saepe progressio fit, omissis antea *non solum*: ut c. 59. pr. 50. 76. Ner. 33. etc. Duplex assertur causa, quare se vulneraverint, tum quod damnationis suae certi erant, tum quia, si in conspectum inimicorum venirent, vexationes metuebant.

Viginti uno die abiecti etc.] Lipsius ad Tac. Ann. 6, 19. corrigit *mille*, quod ibi *immensa strages* dicitur circa Seianum iacuisse: Sed non est hic sermo de illa clade ac caede. Muretus *ducenti*. In numero nil mutem. *Tracti abiectique sunt* deletat Torrensius: non male; nam non eleganter redundat, et abest *tractique sunt* a Ms. Lyser. ERN. Sunt non nisi in duobus Mss. comparet; unde probabilis est ratio corrigentium, nemo puni-

canti cuidam poenae maturitatem respondit: *Nondum tecum in gratiam redii.* Annalibus suis vir consularis inseruit, frequenti quondam convivio, cui et ipse affuerit, interrogatum eum subito et clare à quodam nano, adstante inenfae inter copreas, cur Paconius maiestatis reus tam diu viveret, statim quidem petulantiam linguae obiurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse Senatui, ut de poena Paconii quam primum statueret.

62. Auxit intenditque saevitiam, exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi: quem quum morbo et intemperantia perisse existimaret, ut tandem veneno interemptum fraude Livillae uxoris atque Seiani cognovit, neque tormentis neque supplicio cuiusdam pepercit; soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus et intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus litteris Romam evocarat, advenisse, sibi nuntiatum, torqueri sine mora iusserit, quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset; deinde errore detecto, et occidi, ne vulgaret iniuriam. Carnificinae eius ostenditur locus Capreis, unde damnatos post longa et exquisita tormenta

torum — abiectus uncoque tractus; viginti uno die, inter eos et feminae et pueri.

Cap. 62. *Quasi aliquis etc.*] Sensem satis planum esse, arbitror. Dum audit advenisse, quem adesse iussisset, per errorem putat, advenisse aliquem ex iis, de quibus quaestio habenda esset, ad erucendum verum, et eum statim torqueri

inbet: mox intelligit, non esse ex eo genere hominem, nec eo consilio evocatum a se. *Necessarius quaestioni* s. *ad quaestionem* (nam idem est) dici potest, qui necessario torquendus est, ut verum reperiri possit. Sic *testis necessarius quaestioni* dici potest, cuius testimonium maxime requiritur ad cognoscendum verum. ERN.

praecipitari coram se in mare iubebat; excipiente classiariorum manu, et contis atque remis elidente cadavera, ne cui residui spiritus quidquam inellet. Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri portione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul urinaeque tormento distenderet. Quod nisi eum et mors praevenisset, et Thrasyllus consulto, ut aiunt, differre quaedam spe longioris vitae compulisset: plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur; quam et Caium suspectum haberet, et Tiberium, ut ex adultério conceptum, aspernaretur. Nec abhorret a vero: namque identidem *felicem Priamum* vocabat, quod *superstes omnium suorum exstitisset*.

Quam inter haec non modo invisus ac detestabilis, sed praetrepidus quoque, atque etiam contumeliis obnoxius vixerit, multa indicia sunt. Haruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit. Vicina vero Urbi oracula etiam disiicere conatus est: sed maiestate Praenestinarum sor-

Cap. 63. *Quam inter haec*] Delevi vero post *Quam*, quod in plerisque bonis Mss., etiam Lysler., non est. Vide ad c. 4. ERN.

Contumeliis obnoxius] Viri summi, I. F. Gronovius, Salmasius, Graevius delendum putarunt *contumeliis*, quod tamen omnes scripti et editi habent: capti elegantia vocis *obnoxius*, simpliciter positae, pro sollicito et anxio. Sed praeterquam quod *praetrepidus* plus

est, quam *obnoxius*, quam atque etiam desideret verbum gravius: sequentia c. 66., quae exempli causa afferuntur, et quidem ultimo loco, post timoris exempla, manifeste docent, *contumeliarum* hic, ubi rem summatim proponit Suetonius, mentionem factam ultimo loco. Probat rationem nostram Oudendorpius. ERN. Sic Claud. c. 8. *Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit.*

tium territus, desistit; quum obsignatas de-
ctasque Romam non reperisset in arca, nisi
relata rursus ad templum. Unum et alterum
consulares, oblatis provinciis, non ausus a se
dimittere, usque eo detinuit, donec successores
post aliquot annos praesentibus daret: quum
interim, manente officii titulo, etiam delega-
ret plurima assidue, quae illi per legatos et ad-
iutores suos exsequenda curarent.

64 Nurus ac nepotes nunquam aliter post
damnationem, quam catenatos, obsutaque lecti-

Nisi relata rursus] Sic Longol. cum ceteris optimis, ut Memn., idque etiam Perizon. praeferebat et Oudendorp. vulgato *relatas*. Nam miraculum constitit in eo, quod sortes, in arca obsignata Romam de-
vectae, ibi non tantum *atenuatae* fuerunt, (v. Intpp. ad Liv. 21, 62.) sed omnino non *reperitae*; quum tamen in arca, ad templum et sedem suam *relata*, rursus integrae repertae sunt.

*Quum — plurima, assidue-
que illi*] Hic locus tentatus dup-
pliciter est: primum a Dukero
ad Liv. 5, 33. sic: *delegaret
plurima assidue, quae illi*
etc., quod Burmannus etiam
in cod. Copel. reperit; a Bur-
manno autem in hunc modum:
*delegaret plurima assiduis,
quae illi*, ut *assiduis* exqui-
site dicatur pro *praesentibus*.
Quorum neutrum mihi necessa-
rium videtur: nam in *assiduis*

esset inanis repetitio, quum
ante sit. *praesentibus daret*;
in *plurima assidue* est ταυτο-
λογια. Quid enim aliud est,
plurima mandata dare, quam
assidue mandata dare? Ita-
que nec Oudendorpii ratio sa-
tis placet: *plurima assidue,
quae illi*. Ergo nihil movea-
mus, etsi duriuscule dictum est,
*assidue illi exsequenda cura-
bant*. Si dixisset, *assidueque
illi legatis exsequenda mitte-
rent*, nihil, opinor, offende-
ret quemquam. Sensus est:
inde illi necesse haberent, saepe
mittendi in provincias suas,
ut, quae ipsis mandata erant,
fierent per alios. Enx. Quam
dedimus lectionem ex Longol.
et aliis codd., elegantem me-
rito dicebat Ruhnkensius; ne-
que ulla inest ταυτολογια in
verbis, *plurima assidue*, quae
ita saepe inaguntur ab optimis
scriptoribus.

Cap. 64. *Obsutaque lectica*]

ca, loco movit; prohibitis per militem obviis ac viatoribus respicere usquam vel consistere.

Seianum, res novas molientem, quamvis 65 iam et natalem eius publice celebrari, et imagines aureas coli passim videret; vix tandem, et astu magis ac dolo, quam principali auctoritate, subvertit. Nam primo, ut a se per speciem honoris dimitteret, collegam sibi assumpsit in quinto consulatu, quem, longo intervallo absens, ob id ipsum susceperat. Deinde spe affinitatis ac tribuniciae potestatis deceptum, inopinantem criminatus est pudenda miserandaque oratione; quum inter alia P. C. precaretur, *mitterent alterum e Consulibus, qui se senem et solum in conspectum eorum cum aliquo militari praesidio perduceret.* Sic quoque dissidens, tumultumque metuens, Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romae continebat, solvi, si res posceret, ducemque consitui praeceperat. Aptatis etiam navibus, ad quascumque legiones meditabatur fugam,

H. l. plagulis, quibus inducta lectica, confutis ubique, ut dimoveri, et e lectica prospectum dare non possent. De plagulis vide ad Titum c. 10. ERN.

Cap. 65. *A se per speciem honoris*] Sensus est: Quum eum ex insula, Capreis, in qua eum lectum habebat, et a latere suo removere vellet, neque id pro potestate facere auderet, sed ei honoris aliquid praecipui tribuere videri vellet, non modo consulatum ei de-

tulit ordinarium, sed etiam collegium suum; quod erat etiam propterea honorificum, quia in superioribus duobus consulatibus, quos princeps gesserat, non nisi filios suos Germanicum et Drusum collegas habuerat. Hunc consulatum tantum ad Idus Maias retentum vidimus supra ad c. 26. ERN.

Alterum e Consulibus] Suffectis, intellige, eodem anno, quo ipse cum Seiano ordinarius fuerat. Pro *mitterent* Mf. *Lysler. mitteret.* Frustra, Mox

speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quae, ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quidque factum foret, mandaverat. Verum, et oppressa coniuratione Seiani, nihilo securior aut constantior, per novem proximos menses non egressus est villa, quae vocatur Iovis.

66

Urebant insuper anxiam mentem varia undique convicia, nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel per libellos in orchestra positos, ingerente. Quibus quidem diversissime afficiebatur: modo, ut prae pudore ignota et celata cuncta cuperet: nonnumquam eadem contemneret, et proferret ultro, atque vulgaret. Quin et Artabani, Parthorum regis, laeceratus est litteris, parricidia et caedes et igna-

omittit *militari*, ut quidam alii et edd. pr.; quod placet. ERN. §

Signa] De his vide Polyb. Exc. lib. 10. p. 614. (ed. Gron.) Casaubonum Ep. MLXV. Rollin Histoire ancienne T. VIII. Scripsit etiam de his eruditum programma Hausenius, mathematicus nuper apud nos insignis, praeceptor quondam noster, imprimis carus, a. 1757. ERN. Ac nuper plures, novam Gallofrancorum *telegraphiam* illultrantes.

Cap. 66. *Coram, vel per libellos*] *Coram*, qui Capreis interficiebantur c. 62.; *per libellos*, qui coram non poterant, h. e. Romae in Senatu eius influ damnati. ERN.

In orchestra positos] In Aug. c. 55. *famosi libelli*, in

curia sparsi, commemorantur: h. l. *in orchestra positi*, tempore ludorum; quod eandem vim habebat, ac si in curia spargerentur. Ac poterant magis occulte ibi poni, quam in curia spargi. Ceterum frustra difficultas nequitur ex eo, quod damnati e carcere ad supplicium tracti, adeoque non potuerint tale quid facere. Nam primo, quae necessitas est statuendi, damnatos ipsos, non per alios, posuisse? Libellos istos a damnatis scriptos fuisse, patet, non ab ipsis positos. Deinde satis constat e Tacito, non omnes damnatos in carcerem conditos fuisse: imprimis, quibus tantum aqua et igni interdictum esset. Ergo nec in explicatione magnopere haeren-

viam et luxuriam obiicientis, mōnentisque, ut voluntaria morte maximo iustissimoque civium odio quamprimum satisfaceret.

Postremo, semetipse pertaesus, tali epistolae 67 principio tantum non summam malorum suorum professus est: *Quid scribam vobis, Patres Conscripti, aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam, hoc tempore, Dii me, Deaque peius perdant, quam quotidie perire sentio, si scio.* Existimant quidam, praescisse haec eum peritia futurorum: ac multo ante, quanta se quandoque acerbitas et infamia maneret, prospexisse: ideoque, ut imperium inierit, et PATRIS PATRIAE appellationem, et ne in acta sua iuraretur, obstinatissime recusasse; ne mox maiore dedecore impar tantis honoribus inveniretur. Quod sane et ex oratione eius, quam de utraque re habuit, colligi potest: vel quum ait, *Similem se semper sui futurum: nec umquam mutaturum mores suos, quamdiu sanae mentis fuisset: sed exempli causa cavendum esse, ne se Senatus in acta cuiusquam obligaret, qui aliquo casu mutari posset.* Et rursus: *Si quan-*

dum, nec in voce *orchestrae* corruptio cum Burmanno quaerenda. ERN.

Cap. 67. *Talis epistolae principio*] Haud dubie legendum *tali*, ut vidit etiam Burmannus. ERN. Correx. Iam olim sic mutabat Muretus, postea Iortinus *Philog. Tracts* T. I. p. 354.

Summam malorum suorum]

I. e. summam miseriam suam: modo loquendi exquisitori; et Ciceroni valde usitato. ERN.

Peritia futurorum] Est h. l. divinatio, quam ab astrologis et mathematicis, Thrasyllo in primis, familiarissimo suo, didicerat. ERN.

Ut imperium inierit] Altero imperii anno. Tacitus *Ann.* 1, 72. ERN.

do autem, inquit, de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis: (quod prius quam eveniat, opto, ut me supremus dies huic mutatae vestrae de me opinioni eripiat,) nihil honoris adiciet mihi PATRIS PATRIAE appellatio: vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi eius cognominis, aut inconstantiam contrarii de me iudicii.

- 68 Corpore fuit amplo atque robusto: statura, quae iustam excederet. Latus ab humeris et pectore: ceteris quoque membris usque ad imos pedes aequalis et congruens: sinistra manu agiliore ac validiore: articulis ita firmis, ut recens et integrum malum digito terebraret; caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur: facie honesta: in qua tamen crebri et subiti tumores, cum praegravidibus oculis, et qui, quod mirum esset, noctu etiam et in tenebris viderent, sed ad breve, et quum primum a somno patuissent; deinde rursus hebescebant. Incedebat cervice rigida et obsipa: adducto fere

Patris patriae appellatio] Sic Oudondorp. verissime, et si ex uno cod. Ceteri vel *patriae* omittunt, vel *patris*. ut Longol.

Cap. 68. *Subiti tumores*] *Subiti* non bene convenit: nam Tacitus hoc vitium oris perpetuum fuisse dicit. Non displicet Burmanni coniectura, *rubidi*, propter vinoleantiam homi-

nis. Sed tamen et hoc verbum nimis lene est de *ulcerosa facie*, ut Tacitus vocat. et pro descriptione Iuliani in Caesariibus. Si corrigenda vox sit, malim, *lividi*: sin vulgata vera est, intelligendum, assidue et semper exortos esse tales tumores novos. EAN. Optime.

Cervice rigida et obsipa]

vultu, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo; nec sine molli quadam digitorum gestulatione. Quae omnia ingrata, atque arrogantiae plena, et animadvertit Augustus in eo, et excusare tentavit saepe apud Senatum ac populum, professus, *Naturae vitia esse, non animi*. Valetudine prosperrima usus est, tempore quidem principatus paene toto prope illaesa; quamvis a tricesimo aetatis anno arbitrato eam

Casaubonus interpretatur eo sensu, quo est apud Persium 3, 80. *obstipio capite et figentes lumine terram*: item apud Horatium Sat. 2, 5, 92. *stos capite obstipio, multum similis inctuenti*. Sic etiam *cervix rigida* vocatur. Livius 35, 2. *rigidam cervicem* tribuit equis Numidarum, qui capita in cursu nimis protendunt. Atque sic fere omnes accipiunt locum. Sponius Disf. de usu numorum in discenda physiognomia vertit: *qui tenoit le cou tendu en marchant*. Sed haec significatio ab hoc loco est alienissima: nam mox addit Suetonius, *Quae omnia ingrata, atque arrogantiae plena*. Non autem arrogantia, sed servilis metus est in capite versus terram deiecto. Est ergo *cervix rigida et obstipa*, quum attollitur nimis, in tergumque reclinatur caput: idque arrogantiae signum vulgo habetur, talisque ver-

vix apparet in numis, prolati a Spanhemio ad Iuliani Caesares. Tum, *obstipus* est mediae significationis, et utramque significationem habet. Et sic Cicero usus est in Arateis, Nat. D. 2, 42. et in fragm. p. 4264. ed. Gronov., ubi vide de hoc verbo notata Grutero. ERN.

Animadvertit Augustus in eo] Non vulgari significatione verbum *animadvertit* capiendum, sed exquisitiori, quae adiunctam habet vim *improbandi*. *Animadvertuntur* quae ita in sensus cadunt, ut displiceant, et vel reprehendantur, vel saltem rideantur. Sensus ergo est: et ipsi Augusto displicebant, parum grata erant: nam si simpliciter interpreteris: vidit, sensit; frigida est oratio. Quidni enim, non coecus, videret? Sed ei displicuit habitus ille, atque inde, quid alii de eo sentirent, iudicavit. ERN.

suo rexerit, sine adiumento consiliove medicorum.

69 Circa deos ac religiones negligentior; quippe addictus mathematicae, plenusque persuasione, cuncta fato agi. Tonitrua tamen praeter modum expavescebat: et turbatiore caelo numquam non coronam lauream capite gestavit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.

70 Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Corvinum Messallam; quem senem adolescens observaverat. Sed affectatione et morositate nimia obscurabat filium: ut aliquanto ex tempore, quam a cura, praestantior haberetur. Composuit et carmen lyricum, cuius est titulus: *Conquestio de L. Caesaris morte*. Fecit et Graeca poemata, imitatus Euphorionem

Medicorum] Contra praerceptiones sapientum, adscripsit Broukhousius, laudato Cicero-
ne Off. 2, 14. Atqui sic fere Socrates apud Xenophontem Memorabb. Socr. 4, 7, 9. ERN.

Cap. 69. *Capite*] Codd. quidam et vett. edd. usque ad Casaubonum habent *cervice*, quod non spernendum videtur Burmanno. Vulgatum recte defendit Oudendorpius.

Cap. 70. *Utriusque generis*] H. e. Graeci et Latini, ut frequentia docent. Usitatus est, dicere, *litteras Graecas et Latinas*; cuius formae dicendi interpretati est haec Suetonii. ERN. *Utriusque lin-*

gnae dixisset, si illud voluisset. Etiam Perizon. intelligebat *oratoriam et poeticam*.

Observaverat] Dicitur h. l. sensu exquisitori, pro, affectatus fuerat, discendae scilicet eloquentiae causa. Exempla vide in Clave Cicero-
Philoxenus in Gloss. *παρατηρεῖ, observat, sectatur*. ERN.

Morositas] Est, quam Cicero vocat *nimiam religionem ac diligentiam*, estque eorum, qui semper sunt calumniatores sui, nunquam satis bene sibi videntur dixisse. ERN.

Euphorionem] Eum in delictis fuisse multis, discimus etiam e Cicero-
Tusc. 5, 19.

et Rhianum et Parthenium: quibus poetis admodum delectatus, scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit: et ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curavit notitiam historiae fabularis, usque ad ineptias atque derisum. Nam et Grammaticos, quod genus hominum praecipue, ut diximus, appetebat, eiusmodi fere quaestionibus experiebatur: *Quae mater Hecubae: Quod Achilli nomen inter virgines fuisset: Quid Sirenes cantare sint solitae.* Et quo primum die, post excessum Augusti, curiam intravit; quali pietati simul ac religioni satisfactorius, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit; ut ille olim in morte filii.

Sermone Graeco, quamquam alias promptus et facilis, non tamen usquequaque usus est: abstinuitque maxime in Senatu; adeo quidem,

Mentio eius etiam de Divinat. 2, 64. Fuit poeta tragicus obscurus, de quo vide Salmas. ad Solin. p. 601. b. ERN.

Rhianus] Cretenſis, sub Ptolemaeo Euergeta vixit, et plurima carmina scripsit, quorum nomina nonnulla restant. Eius fragmenta quaedam restant in Stobaei florilegio. ERN.

Parthenius] Idem, cuius *ἔρωτικόν* adhuc habemus, quod vide c. 11. Conf. Fabric. Bibl. Graec. lib. 3. c. 27. Vol. II. p. 675. ERN.

qui ante Alexandrum M. vel Ptolemaeos fuerunt; sicut *veteres* Romanis sub Caesariibus vocantur ii, qui ante Augustum.

Minois exemplo] Tantum ad tibicinis omissionem referendum, non etiam ad thus et vinum, quo Minois temporibus nondum sacrificabatur, bene ostendit ad h. l. Burmannus. ERN. Nesciebat, opinor, Burmannus, quam saepe poetae tragici et alii fabularem historiam ad posterioris temporis mores revocaverint.

Inter veteres] H. c. 601,

ut *monopolium* nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Atque etiam in quodam decreto Patrum, quum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuit vocem, et pro peregrina nosiratem requirendam, aut, si non reperiretur, vel pluribus, et per ambitum verborum rem enuntiandam. Militem quoque Graece testimonium interrogatum, nisi Latine respondere, vetuit.

Cap. 71. Ἐμβλημα recitare-
tur] H. e. in exemplo, e quo praelegebatur SCti sancienti formula, scripta esset, et legeretur vox ἔμβλημα: ne quis putet, ut Ursino accidit, ἔμβλημα quoddam insertum fuisse SCto, idque praelectum. Eo autem verbo usus erat auctor SCti ad exprimenda *figilla* in vasis caelatis s. sigillatis. Itaque non difficile erat, reperire Latinam vocem, mirumque videri possit, quomodo Dio Cassius dicere potuerit, Tiberium, quomodo Latine vocaret, reperire non potuisse. Sed homo, Latinae linguae non satis peritus, plus dixit, quam Suetonius, et res fert: nam pro sigillis etiam apud Ciceronem *emblemata* dicitur Verr. 4. 17. Vide etiam Salmasium ad Solin. p. 736. Videtur autem vox *emblemata* de sigillis, post Ciceronis tempora ita frequentata fuisse, ut vulgo *emblemata* frequentius dicerent, quam *sigillum*. Eas.

Per ambitum verborum] Graeci περιφραση, *circumscriptio* Latini antiquiores vocant. *Ambitus verborum* apud Ciceronem et Quintilianum longe aliud quid sonat, nempe periodum. Eas.

Militem Graece testimonium interrogatum] Mirantur, quomodo, si Graece interrogatus sit, non licuerit ei, Graece respondere. Multo magis mirum est, imo et in se absurda, et a consilio Suetonii abhorrens, si Dionem audias, qui Tiberium narrat, non permisisse centurioni, Graece testimonium dicere, quum multas causas Graece agi ibidem audisset, et ipse in multis causis cognoscendis Graeca lingua usus esset. Sed Dio Latinum scriptorem non intellexit, et aliquid hinc addidit de Iuo. Res sic planissime intelligi potest. In causa quacumque testimonium ab homine Graeculo delatum erat militi Romano. Adductus ergo ad Caesarem, interrogatur te

Bis omnino toto secessus tempore, Romam 72
 redire conatus, semel triremi usque ad proximos
 naumachiae hortos subvectus est; disposita
 statione per ripas Tiberis, quae obviam prodeuntes
 submoveret. Iterum Appia, usque ad septimum lapidem,
 sed prospectis modo, nec aditis Urbis moenibus, rediit. Primo incertum,
 qua de causa; postea ostento territus. Erat ei in oblectamentis
 serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus,
 quum consumptum a formicis invenisset, monitus est,
 ut vini multitudinis caveret. Rediens ergo prope
 Campaniam, Asturae statim in languorem incidit:
 quo paululum levatus, Circeios perterritus. Ac ne
 quam suspicionem infirmitatis da-

stimonium a Graeculo Graece, idque interroganti permittitur,
 quia Graecus est natione. Miles, itidem responsurus Graece,
 interpellatur a Caesare, et iubetur Latine respondere, quod
 Romanus esset, linguamque Latinam nosset. Ita res convenit
 contexto, et est non nimis absurda: dignitas enim Romana
 postulabat, in Senatu et in iudiciis, linguam Romanam
 adhiberi. Modus loquendi, *testimonium interrogare*, frequens
 est Ciceroni, et explicatur a nobis in Clave Ciceroniana.
 ERN.

Cap. 72. *Proximos naumachiae hortos*] Intelligunt
 Caesaris hortos, nulla idonea ratione inducti; nisi quod Caesaris
 hortos trans Tiberim fuis-

se constat. Quaerendum imprimis, quae *naumachia* intelligatur;
 quod verbum, hoc loco improprie, de facto stagno dicitur,
 in quo pugnae navales ludicrae editae; quum alias
 Suetonius proprie de pugna ipsa dicat. Est autem haud
 dubie ea, quae in Tito c. 7. *vetus naumachia* appellatur,
 aliis locis, ut Ner. c. 27., *naumachia* simpliciter. Ea desossa
 est iussu Augusti, et repleta aqua Alstetina. Testes, primum
 Suetonius ipse, Aug. c. 43., *editit navale proelium, circa Tiberim
 cavato solo*: deinde Frontinus, sect. 13., ex quo simul discimus,
 qui fuerint illi naumachiae horti: *Augustus, quum opus
 naumachiae aggrederetur, ne quid salu-*

ret, castrenſibus ludis non tantum interfuit, ſed etiam miſſum in arenam aprum iaculis deſuper petiit: ſtatimque latere convulſo, et, ut exaeſtuarat, aſſilatus aurā, in graviorem recidit morbum. Sudentavit tamen aliquamdiu, quamvis Miſenum uſque devectus, nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, ne convivia quidem ac ceteras voluptates, partim intemperantia, partim diſſimulatione. Nam Chariclem medicum, quod comœatu aſuturus, e convivio egrediens, manum ſibi oſculandi cauſſa apprehendiſſet, exiſtimans tentatas ab eo venas, remanere ac recumbere hortatus eſt; coenamque protraxit. Nec abſtinuit conſuetudine, quin

brioribus aquis detraheret, aquam Alſietinam proprio opere perduxit, et quod nauſemachiac coeperat ſuperreſſe, hortis ſubiacentibus, et privatorum uſibus, ad irrigandum conſeſſit. Conf. ſect. 22. ERN.

Caſtrenſibus ludis] Vide Excurſum. ERN.

Latere convulſo] Convelendi verbum, quum de partibus corporis dicitur, ſignificat ſere luxare, emovere ſede ſua: qui ſenſus hic locum non habet. *Latus* dicitur, pro viribus, in quocunq; genere laboris corporei expromendis; quia defectus virium et laſſitudo ſere in lateribus ſentitur. Latera igitur Tiberii erant convulſa iſta iaculandi contentione, h. e. male affecta, ut doloreu ſibi, laſſitudinemque per-

magnam ſentiret. Conſecutus eſt deinde ſudor, ut *exaeſtuarat*. *Exaeſtuare* eſt, quod Franci dicunt *J'échauffer*. Pro *exaeſtuarat* quidam libri habent *aeſtuarat*, quod idem eſt. Saepe haec verba confunduntur, ut in Aug. c. 13. ERN.

Sudentavit tamen aliquamdiu] Intell. ſe; quod et alii in hoc ſenſu omiſere, ut Liv. 34, 18. de militibus obſeſſis: *nec ultra ſudentaturi fuerint*. ERN.

Comœatu aſuturus] I. e. comœatu ſ. proficiſcendi facultate impetrata a Cæſare. Ita Latinos huius ætatis ſcriptores loqui, Burmannus exemplo Paulli lib. 38. §. 9. Digeli. *ex quibus cauſſa maior*. demonſtrat. Mox *ſibi* poſt *venas* delēvi, temere repetitum. Abſi

tunc quoque infans in medio triclinio, adstante lictore, singulos valere dicentes appellaret.

Interim, quum in actis Senatus legisset, *dimissos ac ne auditos quidem quosdam reos,* 75
de quibus strictim, et nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat: pro contempto se habitum fremens, repetere Capreas quoque modo destinavit, non temere quidquam, nisi ex tuto ausurus. Sed et tempestatibus, et ingravescente vi morbi retentus, paullo post obiit in villa Lucullana, octavo et septuagesimo aetatis anno, tertio et vicesimo imperii, septimo decimo Kalendas Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigrino, Consulibus. Sunt,

a Mss. plerisque, etiam nostro. Sic et Oudendorpius fecit. ERN.

Infans] Haec lectio recte servata est a Burmanno; quam tamen non acceperim cum ipso et Oudendorpio, hortans, ut in convivio manerent: nam hanc interpretationem contextus non patitur; sed pro simplici *stans*. Volebat imbecillitatem occultare: itaque, quin abirent convivae, nihil e consuetudine mutabat, sed *stans* abeuntes nominatim appellabat. Recte huc traxit Torrentius e c. 35. *incoenante eo*: nam illa Burmanni significatio iam est ante expressa; ubi iam valedictum est, ferum sit hortari, ut maneant. ERN.

Valere dicentes] Mf. Lyser.

habet *dicens*; quod non displicet. Sane et abeuntes dicebant: *Vale, Caesar*. Sed an nihil aliud respondit Caesar, nisi ut nomina valedicentium ederet? Imo respondit: *vale*, adiecto cuiusque nomine. Hoc ergo quoque dissimulandae imbecillitatis causa fecit, ut omnibus et ipse valediceret nominatim. Aegrotantes autem solent parcere verbis, nec libenter loquuntur. Conf. Aug. c. 53. ERN. *Appellare* nihil aliud est quam *compellare, ulloqui*. Itaque recte reiectum est *dicens*. Suffecisset enim *valere diceret*.

Cap. 73. *Septimo decimo Kalendas Aprilis*] Sic, non *decimo septimo*, scribendum ex nota hodie lege Latinitatis in

qui putent, venenum ei a Caio datum lentum atque tabilicum. Alii, in remissione fortuitae febris cibum desideranti negatum: nonnulli, pulvinum iniectum, quum extractum sibi deficienti anulum, mox respiscens, requisisset. Seneca eum scribit, intellecta defectione, exemptum anulum, quasi alicui traditurum, parumper tenuisse: dein rursus aptasse digito, et, compressa sinistra manu, iacuisse diu immobili: subito vocatis ministris, ac nemine respondente, confurrexille, nec procul a lectulo, deficientibus viribus concidisse.

74

Supremo natali suo Apollinem Temenitem, et amplitudinis et artis eximiae, advectum Syraculis, ut in bibliotheca novi templi poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi, *Non posse se ab ipso dedicari*. Et ante paucos quam obiret dies turris Phari terrae motu Capreis concidit. Ac Miseni cinis e favilla et carbonibus ad calcificandum triclinium illatis, extinctus, et iam diu frigidus, exarsit repente prima vespera, atque in multam noctem pertinaciter luxit.

hoc genere. Vide et Gronovium ad Tacitum 6, 50. Hudsonus ad Iosephum Ant. Iudd. 18, 6. 10. e Dione malit VII. Kal. April., sed merito plus fidei tribuitur Suetonio et Tacito Ann. 6, 50. quam Dion. Conf. Pagium ad Baron. T. I. p. 29. Mox pro *Pontio Nigro* legendum esse *P. Nigrino*, sic a Viris doctis demonstratum est, consentiente etiam inscriptione veteri, apud Fabretum p. 474.,

ut sic corrigere non dubitaverim. ERR.

Subito vocatis] *Tum* vel similem particulam praeponi suadet Oudendorp. Sed bene ex uno cod. Torrentii succurrit *subitoque*.

Cap. 74. *Apollinem Temenitem*] Notus est e Cicerone Verr. 4. 55. dictus a Temeno, loco prope Syraculas. ERR.

Illatis] Sic correximus eum Oudendorpio, non sine codd

Morte eius ita laetatus est populus, ut ad 75
 primum nuntium discurrētes, pars, *Tiberium*
in Tiberim, clamitarent: pars, *Terram ma-*
trem, *deosque Manes* orarent, *ne mortuo*
sedem ullam, nisi inter impios, darent: alii
 uncum et Gemonias cadaveri minarentur, ex-
 acerbati super memoriam pristinae crudelitatis,
 etiam recenti atrocitate. Nam quum Senatus
 consulto cautum esset, ut poena damnatorum
 in decimum semper diem differretur, forte ac-
 cidit, ut quorundam supplicii dies is esset, quo
 nuntiatum de Tiberio erat. Hos implorantes
 hominum fidem, quia, absente adhuc Caio,
 nemo exstabat, qui adiri interpellarique pos-
 set, custodes, ne quid adversus constitutum fa-
 cerent, strangulaverunt, abieceruntque in Ge-
 monias. Crevit igitur invidia; quasi, etiam
 post mortem tyranni, saevitia permanente.
 Corpus ut moveri a Miseno coepit, conclā-
 mantibus plerisque, *Atellam potius deserē-*
dum, et in Amphitheatro semiustulandum,
 Romam per milites deportatum est, crematum-
 que publico funere.

auctoritate; quamquam conie-
 ctura sufficisset. Vulgo *illatus*.

Cap. 75. *Ad primum unu-*
tium] Casaubonus mavult cre-
 dere Iosepho Anti. Iudd. 13,
 6. 10.; qui nuntium hunc lae-
 tum quidem accidisse Romanis,
 dicat, sed non statim credi-
 disse; ne, laetitia erumpente,
 si falsus esset, saevitiam Tiberii
 experirentur. Sed ista perti-
 nent ad nobiliores, ut e subie-
 ta ratione apparet, et pru-

dentiores. Plebs autem non
 solet tam cauta esse. Atque
 ad hanc Suetonii discursus et
 clamores pertinent, ut e sequen-
 tibus etiam intelligitur. ERN.

Scito] Vide Tac. Ann. 3,
 51., ubi vide Lipsium. ERN.

Interpellari] Hoc loco
 ponitur pro *appellari*, nempe
 auxilii ferendi, et impediendi
 supplicii causa. ERN.

In Amphitheatro semiustu-
 landum] Recte animadverte-

76 Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterum sua, alterum liberti manu, sed eodem exemplo; obsignaveratque etiam humiliorum signis. Eo testamento heredes aequis partibus reliquit, Caium ex Germanico, et Tiberium ex Druso, nepotes; substituitque invicem. Dedit et legata plerisque: inter quos virginibus Vestalibus, sed et militibus universis, plebique Romanae viritum, atque etiam separatim vicorum magistris,

runt Gruterus et Casaubonus ad h. l., triplicem hic esse ignominiam: primam, quod Atellae; alteram, quod in Amphitheatro, ubi fontes solebant, Calig. c. 27.; tertiam, quod non cremari, sed semiustulari, volebant. ERN.

Cap. 76. *Sed eodem exem-*

plo] Ms. Lyser. *sub eodem exemplo.* ERN.

Ac militibus universis] Oudendorpius * Ms. Vindeb. et edd. Rom. edidit *sed et*, quod usitatum in tali textu Suetonio est, ut Aug. c. 69. Favet Ms. Lyser., qui habet *et*. Non dubitavi imitari. ERN.

SUETONII
LIBER QUARTUS.

CAIUS CAESAR CALIGULA.

Germanicus, C. Caesaris pater, Drusi et minoris Antoniae filius, a Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante, quam per leges liceret, et post eam, consulatum statim gessit. Missusque ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones universas, Imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes, et sibi summam reipublicae dese-

Cap. 1. *Quinquennio ante*] Legitimus quaesturae annus fuit XXV., de sententia Causuboni, Dodwelli (Prael. Cambd. p. 373.), Graevii ad Ciceronis Or. pro Lege Manil., qui ibi laudat huius sententiae auctorem etiam Zamoscium; qui tamen, in libro de Senatu, annum XXVII., ut P. Manutius, legitimum facit, p. m. 25. Hic intelligi annum XXV., et annum, quo Germanicus quaesturam cepit, fuisse XIX., Causubonus ex aetate Germanici et consulatu ostendit. ERX. Libera republ. le-

gitimus quaesturae annus fuisse videtur XXVII., ex Augusti constitutione erat XXV. Vide Polyb. 6, 17. et Lips. Exc. D. ad Tac. Ann. 3, 29.

Statim gessit] Recte vidit Burmannus, hoc *statim* non de tempore gesti consulatus, sed de ordine, capiendum esse, hoc sensu, ut post quaesturam consulatum ceperit, intermediis gradibus aedilitatis et praeturae praetermissis. Ita difficultates, a Causubono motae ex eo, quod octo annis post demum Consul factus est, concidunt, nec locus euen-

rentes, incertum, pietate an constantia maiore, compescuit; atque, hoste mox devicto, triumphavit. Consul deinde iterum creatus, ac prius quam honorem iniret, ad componendum Orientis statum expulsus, quum Armeniae regem devicisset, Cappadociam in provinciae formam redegisset, annum aetatis agens quartum et tricesimum diutino morbo Antiochiae obiit, non sine veneni suspitione. Nam praeter livores, qui toto corpore erant, et spumas, quae per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cuius ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat.

- 2 Obiit autem, ut opinio fuit, fraude Tiberii, ministerio et opera Cn. Pisonis: qui sub idem tempus Syriae praepositus, nec dissimulans, offendendum sibi aut patrem, aut filium, quasi plane ita necesse esset, etiam aegrum Germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit: propter quae, ut Romam rediit, paene discerptus a populo, a Senatu capitis damnatus est.

ditione eget. *EXX.* Rem antea recte viderat Perizon., *statim* h. l. ordinis vocabulum esse, non temporis.

Expulsus] Iustus enim erat abire in Syriam, cum imperio ille quidem, et per speciem honoris, sed odio, eiusque perdendi consilio. *EXX.*

Devicisset] Est sane suspecta merito haec lectio. Sed e duabus Lipsii coniecturis, *devicisset* et *dedisset*, magis placet posterior: nam Vonones

iam a suis deiectus regno erat, quum Germanicus in Armeniam veniret, exulabatque in Syria, unde mox, rogatu regis Parthorum, Pompeiopolin submotus est. Vide Tac. Ann. 2. 56. 58. Tum *regno devicere* dici, scio, non simpliciter *regem devicere*, nisi pro occidere in proelio. Regem autem Armeniae dedisse Germanicus, vere dici potest ex his, quae sunt apud Tacitum. *EXX.* Etiam Ruhkenius probabat

Omnes Germanico corporis animique vir- 3
tutes, et quantas nemini cuiquam, contigisse,
latis constat: formam, et fortitudinem egre-
giam; ingenium in utroque eloquentiae doctri-
naeque genere praecellens; benivolentiam sin-
gularem; conciliandaeque hominum gratiae ac
promerendi amoris mirum et efficax studium.
Formae minus congruebat gracilitas crurum,
sed ea quoque paullatim repleta, assidua equi
vectatione post cibum. Hostem cominus saepe
percussit. Oravit causas etiam triumphalis; at-
que, inter cetera studiorum monumenta reli-
quit et comoedias Graecas. Domi forisque ci-
vilis: libera ac foederata oppida sine lictoribus
adibat. Sicubi clarorum virorum sepulcra co-
gnosceret, inferias Manibus dabat. Caesarum
clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno
tumulo humaturus, colligere sua manu, et com-
portare primus aggressus est. Obrectatoribus
etiam, qualescumque et quantacumque de caus-
sa nactus esset, lenis adeo et innoxius, ut Pi-
soni, decreta sua rescindenti, clientelas diu ve-
xanti, non prius succensere in animum induxe-

dedisset. Alii credunt, falso
prodidisse Suetonium, vel ex
discrepantibus auctoribus.

Cap. 3. *In utroque eloquen-
tiae doctrinaeque genere*] Vi-
de ad Tiber. c. 70. ERN.

Triumphalis] Quum con-
sulares et triumphales, illis
quidem temporibus, id face-
re non solerent, sed aditum ad
honores sibi munituris hoc in-
dustriae genus relinquerent; id
quod etiam plerosque reipubli-

cae liberae temporibus fecisse,
intelligi posse videtur e loco
Ciceronis de Hortensio, in
Bruto c. 88. ERN.

*Reliquias uno tumulo hu-
maturus*] Ad hunc locum con-
ferendus Furstenbergius in Mo-
numentis Paderbornensibus p.
56. ERN.

Diu vexanti] Lipsius et
alii contecerunt *divexanti*, ut
Ner. c. 34. pr.; quod verissi-
mum videtur.

rit, quam veneficiis quoque et devotionibus impugnari se comperisset: ac ne tunc quidem ultra progressus, quam ut et amicitiam ei more maiorum renuntiaret, mandaretque domesticis ultionem, si quid sibi accideret.

4 Quarum virtutum fructum uberrimum tulit, sic probatus et dilectus a suis, ut Augustus, (omitto enim necessitudines reliquas,) diu cunctatus, an sibi successorem destinaret, adoptandum Tiberio dederit: sic vulgo favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquo adveniret, vel sicunde discederet, prae turba occurrentium prosequentiumve nonnunquam eum discrimen vitae adisse: e Germania vero, post compressam seditionem, revertenti praetorianas cohortes universas prodisse obviam, quam-

Amicitiam ei more maiorum renuntiaret] Eius moris vestigia apud Ciceroem non uno loco deprehenduntur. Is mos sapienter institutus a Romanis: primo, ut, quia diuum est et inhumanum, hoc facere, illa ipsa re absterrentur homines ab exercendis inimicitiiis; secundo, ut hoc melius sibi cavere alter ab altero posset, quam sciret, eum sibi inimicum certum esse. Quare nihil vident, qui hunc morem reprehendunt. Melius sane est, e Christianae religionis praecipis, omnino nullas cum quocquam inimicitias exercere: sed quia id inter homines, ut nunc sunt, non est sperandum, probanda utique sunt instituta.

quae libidinem inimiciarum clanculum exercendarum colibent. Eas. Paullo ante de *devotionibus* vide Tac. Ann. 2, 69. 4, 52. et Dukerum ad Liv. Epit. 8.

Si quid sibi accideret] E ratione Latinitatis exquilita debebat esse *accidisset*. Sic semper Caesar et Cicero, sic etiam noster in Claud. c. 18. Vide ad c. 29. Eas. Diversa ratio est loci in Claudio, similior sane in Octav. l. f. At quam h. l. *ultionem* dixerit, non verbum, *quod mandaret* iunxit imperfectum; neque id male.

Cap. 4. *Post compressam seditionem*] Intellige, exercitus Germaniciani, qui Tibe-

vis pronuntiatum esset, ut duae tantummodo exirent: populi autem Romani sexum, aetatem, ordinem omnem usque ad vicesimum lapidem effudisse se.

Tamen longe maiora et firmiora de eo iudicia in morte ac post mortem exsistere. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversae deum arae, Lares a quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi. Quin et Barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusque adversus nos bellum esset, velut in domestico communique moerore, consensisse ad inducias. Regulos quosdam barbam posuisse, et uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus: regum etiam regem et exercitatione venandi, et convictu Megistanum abstinnisse, quod apud Parthos iustitum instar est.

rium Imperatorem repudiarat, et ipsum destinarat imperio. Vide c. 1. Tac. Ann. 1, 35. ERN.

Pronuntiatum esset] Etiam militare verbum, de iis usurpatum, quae per tribunos et centuriones edicuntur et iubentur. ERN.

Cap. 5. *Iudicia*] Pro signis et effectis iudicii de aliquo, in utramque partem, dici, apud Ciceronem inprimis, docui in Clave Cicer. in h. v. ERN.

Lares familiares] Opponuntur publicis. Dixi de his in Clave. ERN.

Partus coniugum expositi] Quasi in nullam spem bonam tolli et educari possent, sublato

Germanico, qui unus spem meliorum aliquando temporum dedisset. Sic apud Livium 4, 54. patricii negant, esse, quare liberos tollant, quum possessione honorum a plebeiis patricii pellantur. ERN.

Barbam posuisse etc.] In luctu radi et tonderi sollemne erat apud populos Orientis, contra quam apud Graecos et Romanos, qui in luctu alebant barbam. Conf. Broukh. ad Propert. 3, 12, 18.

Regum etiam regem] Persarum olim reges Graecis reges magnos et reges regum dictos esse, pluribus locis veterum constat, quae collecta sunt diligenter a Briffonio in Regno

6 Romae quidem, quum ad primam famam valetudinis attonita et moesta civitas sequentes nuntios opperiretur, et repente iam velperi incertis auctoribus convaluisset tandem percrebrauisset: passim, cum luminibus et victimis in Capitolium concursum est, ac paene re-vulsae templi fores, ne quid gestientes vota reddere morarentur. Expergefactus e somno Tiberius est gratulantium vocibus, atque undique concinentium, *Salva Roma, salva patria, saluus est Germanicus*. Sed ut demum sato functum palam factum est, non solatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit, duravitque etiam per festos Decembris mensis dies. Auxit gloriam desideriumque defuncti et atrocitas infrequentium temporum: cunctis nec temere opinantibus, reverentia eius ac metu repressam Tiberii saevitiam, quae mox eruperit.

Perfarum. Isocrates quidem in Panegyrico etiam indignatur, id facere Graecos. Idem deinde a Latinis tributum regibus Parthorum. ERN.

Cap. 6. *Romae quidem*] Sic resolui pro *equidem*, quod est etiam in Burmanniana, quum optimus Memmianus aliique scripti et editi libri habeant *quidem*: eaque particula usitata sit in exemplis commemorandis, quam alibi, tum apud Suetonium. *Equidem* huius aetatis scriptores etiam tertiae personae iungere, scio; sed id hic nihil valet. ERN.

Tota reddere morarentur] *Reddere* omissum est in Burmanniana, haud dubie, operarum vitio; nam in notis nihil monitum video, et sine ea voce sensus non constat. *Morarentur* autem refer ad fores: sic autem potius legere suadent codices, quam *moraretur*. ERN. Etiam res ipsa et ulus loquendi. Ita *moras portarum* habet Statius Theb. 10, 190. *Quid est aliqua in te s. parte*, ut Hor. Secm. 2, 1, 78.

Festos Decembr. mensis dies] Saturnalia, quae imprimis hilariter et licenter acta constat. LRS.

Habuit in matrimonio Agrippinam, M. 7
 Agrippae et Iuliae filiam, et ex ea novem li-
 beros tulit: quorum duo infantes adhuc rapti;
 unus iam puerascens, insigni festivitate, cuius
 effigiem habitu Cupidinis in aede Capitolinae
 Veneris Livia dedicavit, Augustus in cubiculo
 suo positam, quotiescumque introiret, exoscu-
 labatur. Ceteri superflites patri fuerunt. Tres
 sexus feminini, Agrippina, Drusilla, Livilla,
 continuo triennio natae: totidem mares, Nero
 et Drusus et C. Caesar. Neronem et Drusum
 Senatus, Tiberio criminante, hostes iudicavit.

C. Caesar natus est pridie Kalendas Se- 8
 ptembre, patre suo et C. Fonteio Capitone
 Consulibus. Ubi natus sit, incertum diversitas
 tradentium facit. Cn. Lentulus Gaetulicus Ti-
 buri genitum scribit: Plinius Secundus in Tre-
 veris, vico Ambiatino, supra Confluentes: ad-
 dit etiam pro argumento, aras ibi ostendi, in-
 scriptas, OB AGRIPPINAE PUERPERIUM. Versicu-
 li, imperante mox eo, divulgati, apud hiber-
 nas legiones procreatum indicant:

*In castris natus, patriis nutritus in armis,
 Iam designati principis omen erat.*

Ego in actis Antii editum invenio. Gaetuli-
 cum refellit Plinius, quasi mentitum per adu-

Cap. 7. *In matrimonio etc.]*
In matrimonium, quod ed.
 Rom. et cod. Periz. habet, est
 etiam in Ms. Lyser. Saepe in
 hoc genere variant apud no-
 strum libri. ERN.

Rapti] Proprium de imma-
 tura morte defunctis verbum.
 Tac. Ann. 2, 71. FAX.

Cap. 8. *Apud hibernas le-
 giones]* Scilicet, quia *in ca-
 stris natus* esse dicitur: in il-
 lis temporariis castris aetivis
 ducis uxores parturientes esse
 non possunt. Duriuscule autem
 dictum pro. *apud hiberna*,
 live *in hibernis legionum*, ut
 alio loco loquitur noster. Di-

lationem, ut ad laudes iuvenis gloriosique principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra fumeret: abasumque audentius mendacio, quod ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus et ipse G. Caesar; de cuius amabili pueritia immaturoque obitu supra diximus. Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res Augusti memoriae mandarunt, Germanicum exacto consulatu in Galliam missum consentiunt, iam nato Caio. Nec Plinii opinionem inscriptio arae quidquam adiuverit: quum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit, et qualiscumque partus, sine ullo sexus discrimine, *puerperium* vocetur; quod antiqui etiam puellas *pueras*, sicut et pueros *puellos* dictitarent. Exstat et Augusti epistola, ante paucos quam obiret menses ad Agrippinam neptem ita scripta de Caio hoc (neque enim quisquam iam alius infans nomine pari tunc supererat): *Puerum Caium quintodecimo Kalendas Iunii, si Iii volent, ut ducerent Talarius et Asellius, heri cum his constitui. Mitto praeterea cum eo ex servis meis medicum, quem scripsi Germanico, si vellet, ut retineret. Valebis, mea Agrippina, et dabis operam, ut valens pervenias ad Germanicum tuum.* Abunde arbitror parere, non potuisse ibi nasci Caium, quo, prope binulus demum, perdu-

xit tamen imitatione Ciceronis, ut docuit Gronovius. Vide Excursum. ERN.

Ex urbe Herculi sacra] Tibure. Conf. Octav. c. 72.

Plinium] Vide Excursum 17. ERN.

Abunde arbitror parere] Vulgo *patere*, quod saepissime confunditur cum illo verbum iuris civilis. De ipso Scriptoris argumento, intelligit quisque, quam parum id validum sit.

ctus ab Urbe sit. ¹ Verficulorum quoque fidem eadem haec elevant; et eo facilius, quod li sine auctore sunt. Sequenda est igitur, quae sola restat, publici instrumenti auctoritas: praefertim quum Caius Antium, omnibus semper locis atque secessibus praelatum, non aliter quam natale solum dilexerit; tradaturque etiam, sedem ac domicilium imperii taedio Urbis transferre eo destinasse.

Caligulae cognomen castrensi ioco traxit, ⁹ quia manipulario habitu inter milites educabatur. Apud quos quantum praeterea, per hanc nutrimentorum consuetudinem, amore et gratia valuerit, maxime cognitum est, quum post excessum Augusti tumultuantes et in furorem usque praecipites, solus haud dubie conspectu suo, flexit. Non enim prius desisterunt, quam ablegari eum ob seditionis periculum, et in proximam civitatem demandari, animadvertissent. Tunc demum ad poenitentiam versi, reprenso ac retento vehiculo, invidiam, quae sibi fieret, deprecari sunt.

Comitatus est patrem et Syriaca expeditione. ¹⁰ Unde reversus primum in matris, de-

Sunt] Quum Memm. alique codd. et edd. vel omnes sic habeant; non video, quare invectum in Casaubonianam, forte typorum vitio, *sint*, retineatur, quum sit contra Latinitatem. EAN.

Cap. 9. *In proximam civitatem demandari*] I. e. mitti in proximam civitatem, ut ei publice demandaretur, ut lo-

quitur noster, Tiber. c. 6. EAN.

Reprenso — vehiculo] Male vulgo *represso*. Illud optimi codd. suadebant et infra c. 45. et Vitell. c. 12.

Invidiam, quae sibi fieret] Quod homines vulgo dicturi essent, tam boni ducis liberos non satis tutos esse apud ipsos, ideoque amandandos fuisse. EAN.

inde ea relegata, in Liviae Augustiae proaviae suae contubernio mansit: quam defunctam, praetextatus etiam tum, pro rostris laudavit. Transiitque ad Antoniam aviam, et inde, vicesimo aetatis anno, accitus Capreas a Tiberio, uno atque eodem die togam sumpsit, barbamque poluit; sine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum eius. Hic omnibus insidiis tentatus elicientium, cogentiumque se ad querelas, nullam unquam occasionem dedit, perinde oblitterato suorum casu, ac si nihil cuiquam accidisset: quae vero ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens. Tantique

Cap. 10. *Praetextatus etiam tum*] Videtur legendum *etiamnum*, vel *etiam nunc*: nam sensus requirit *adhuc*, ut est c. 14. *nepotem suum praetextatum adhuc* etc., aut similis significationis vocem. Sic in Othone, c. 9. *residuis integrisque etiam nunc copiis, quas ad secundos casus secum detinuerat*, ubi recte *nunc* defenditur contra eos, qui legi volunt *etiam tunc*, a Burmanno. ERN. Vide Indicem.

Inde, vicesimo aetatis anno] Alii libri habent *undevicesimo*. Oudendorpius corrigendum putat e temporum ratione *unetvicesimo*, quod alibi in *undevicesimo* mutatum reperitur. Non displicet. ERN. Saepe librariis fraudem fecit insolentia illius formae, etiam apud Tacitum. *Inde* ignava

vox est. Caius natus est a. U. 765., non potuit autem Capreas acciri ante a. 786. Recipiatur ergo Oudendorpii correctio in iustam editionem. De barba primum rarsa non sine sollemnitate vide Ner. c. 12. f. et Lips. ad Tac. Ann. 3. 29.

Elicentium, cogentiumque se] Praesentia hic pro futuris ponuntur, et tamquam factum, quod illi perficere volebant et cupiebant; qui modus loquendi etiam apud Ciceronem et Livium aliosque occurrit. ERN. Exprimitur tantum *conatus*, noto loquendi modo.

Occasionem dedit] Intellige, capiendi sui, ac deferendi apud Tiberium, ut factum in tractibus fuerat. *Occasio* simpliciter dicitur saepe, intellecta re, cuius occasio est. Sed

in avum, et qui iuxta erant, obsequi, ut non immerito sit dictum, *Nec servum meliorem ullum, nec deteriozem dominum fuisse.*

Naturam tamen saevam atque probrosam 11
ne tunc quidem inhibere poterat, quin et animadversionibus poenisque ad supplicium datorum cupidissime interesset, et ganeas atque adulteria capillamento celatus et veste longa noctibus obiret, ac scenicas saltandi canendique artes studiosissime appeteret: facile id sane Tiberio patiente, si per has mansuescitur posset servum eius ingenium. Quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, ut aliquoties praedicaret, *Exitio suo, omniumque, Caium vivere: et, se natricem (serpentis id genus) populo Romano, Phaëthontem orbi terrarum educare.*

Non ita multo post, Iuniam Claudillam, 12
M. Silani nobilissimi viri filiam, duxit uxorem. Deinde augur in locum fratris sui Drusi destinatus, prius quam inauguraretur, ad pontificatum traductus est, insigni testimonio pietatis at-

hic tamen durius est pro ea, quam Gr. dicunt λαβύνη. EKN.

Cap. 11. *Ganeas atque adulteria etc.*] Quia *ganeae* nomen loci est, *adulteria* de loco, ubi adulterae essent, accipiebat Torrentius; quod non est necesse. Neque necessarium, cum Casaubono, pro feminis dictum capere. Non tantum loca obeuntur, sed etiam tempora, officium, actionesque. EKN. Ceterum haec omnia pertinent ad naturam

probrosam, i. e. in flagitia pro-

nam; priora autem ad *saevam*. *Serpentis id genus*] Plane assentior Heinsio, qui hoc ab inepto glossatore profectum putabat. Nemo hoc Latinus, vel de vulgo, nesciebat. EKN.

Cap. 12. *Insigni testimonio pietatis etc.*] Intellige, quae res erat magno argumento, quid de eius pietate in se et indole indicaret Tiberius; sive, cum insigni testimonio pietatis atque indolis, quod erat in litteris,

que indolis: quum, deserta desolataque reliquis subsidiis aula, Seiano hosie tunc suspecto, mox et oppresso, ad spem successione paullatim admoveretur. Quam quo magis confirmaret, amissa Iunia ex partu, Enniam Naeviam, Macronis uxorem, qui tum praetorianis cohortibus praecerat, sollicitavit ad suprum, pollicitus et matrimonium suum, si potius imperio fuisset: deque ea re et iureiurando et chirographo cavuit. Per hanc insinuatus Macroni, veneno Tiberium aggressus est, ut quidam opinantur: spirantique adhuc detrahi anulum, et, quoniam suspicionem retinentis dabat, pulvinum iussit iniici, atque etiam fauces manu sua oppressit; liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, confestim in crucem acto. Nec abhorret a veritate, quum sint quidam auctores, ipsum postea, etsi non de perfecto at certe de cogitato quondam parricidio, professum. Gloriatum enim assidue in commemoranda sua pietate, *ad ulciscendam necem matris et fratrum, introisse se cum pugione cubiculum Tiberii dormientis; et misericor-*

quibus Tiberius Senatui scripserat, a se destinatum esse Pontificem. ERN.

Deserta desolataque etc.]

Aulae subsidia sunt, qui heredes imperii esse possunt, nati e principali genere. Desolata talibus aula erat, sublatis duobus Germanici filiis, mortuo Druso, Tiberii filio; quum nemo praeter Caium, et Tiberium, Tiberii nepotem, restaret. ERN.

Naeviam] Mf. Lyser. *Me-*
viam. ERN.

Pulvinum] Idem Mf. Lyser.
addit ori. ERN.

Gloriatum enim esse assidue] *Esse* abest libris plerisque, unde deletit Oudendorpius. Sed et permulti, in his Lyser., habent *gloriatumque et assidue*. Si *gloriatum enim* servatur, ut placet Oudendorpio, *esse* vix abesse potest. ERN. Omnibus Mff. abest verbum

dia correptum abiecto ferro recessisse: nec illum, quamquam sensisset, aut inquirere quidquam, aut exsequi ausum.

Sic imperium adeptus, populum Romanum, vel dicam, hominum genus, voti compotem fecit, exoptatissimus principis maximae parti provincialium ac militum, quod infantem plerique cognoverant: sed et universae plebi urbanae, ob memoriam Germanici patris, miserationemque prope afflictæ domus. Itaque ut a Miseno movit, quamvis lugentis habitu, et funus Tiberii prosequens; tamen inter altaria et victimas, ardentisque teditas, densissimo et laetissimo obviorum agmine, incessit, super fausta omina, *fidus et pullum et pupum et alumnum* appellantium. 13

Ingressoque Urbem, statim consensu Senatus et irrumpentis in curiam turbae, irrita Tiberii voluntate, qui testamento alterum nepo- 14

Substantivum. Mox nonnulli malunt *sed miseric.* sine idonea causa.

Cap. 13. *Voti compotem*] Grammaticè quidem refertur hoc ad *populum Romanum*; et simul complectitur *genus hominum*: de quo zengmate vide Perizon. ad Sanctium p. 712.

Prope afflictæ domus] H. e. quum pater esset veneno interceptus, mater relegata, fratres occisi.

Super fausta nomina] Plane assentior Viris eruditissimis, qui *omina* reponi iubent. Tantum

enim abest, ut Tac. Ann. 1, 35. cum Lipsio ex nostro loco mutemus, ut etiam ille locus et alius Ann. 5, 4. propriam locutionem confirmet, *fausta omina*. Conf. Octav. c. 57. l. 98. pr. Neque *omina* simpliciter continentur nominibus, etsi fere *nomina* sunt, ut *Magnus, Felix*, similia; verum sunt acclamationes favorem et vota prosperæ fortunæ significantes, integris sententiis comprehensæ. Denique ubicumque in talibus locis *fausta nomina* leguntur, vitium inesse censeo.

tem suum, praetextatum adhuc, coheredem ei dederat, ius arbitriumque omnium rerum illi permissum est; tanta publica laetitia, ut tribus proximis mensibus, ac ne totis quidem, supra centum sexaginta millia victimarum caesa tradantur. Quum deinde paucos post dies in proximas Campaniae insulas traiecisset, vota pro reditu suscepta sunt: ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine et cura de incolumitate eius. Ut vero in adversam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium, non defuerunt, qui depugnatos se armis pro salute aegri, quique capita sua titulo proposito voverent. Accessit ad immensum civium amorem notabilis etiam externorum favor. Namque Artabanus, Parthorum rex, odium semper contemptumque

Cap. 14. *Coheredem etc.*] Non modo honorum, ut vulgo dicitur, sed etiam imperii. Unice hic sequendus, ut recte iudicat Casaubonus, Philo, qui in Leg. ad Cai. p. 995. Tiberium Caio consortem imperii relictum scribit. EAN.

In testificanda sollicitudine] Nove dictum, pro, testificandae sollicitudinis. EAN.

Depugnatos se] Placandorum deorum causa: quos tali modo placari posse putabant, ut ludorum gladiatoriorum consuetudo et causa docet; non, ut anima pro anima redderetur, ut Casaubonus interpretari videtur. Haec est ratio

superstitionis eorum, qui capita sua devoverent pro eius salute, ducta illa ab antiquis devotionibus Deciorum pro exercitibus Romanis. EAN.

Titulo proposito] *Titulus* h. l. est tabula, in qua formula voti descripta patet. Ea tabula proposita, hoc est, loco publico fixa stetit, ut omnes voti conscii essent, idque exigi ab ipsis, velut e lygrapha, posset. Sic Aug. c. 97. commemorantur tabulae, quibus conscriberentur vota suscipienda. EAN.

Artabanus, Parthorum rex] De dissenso Suetonium inter et alios historicos in hac re vide Excursum. EAN.

Tiberii prae se ferens, amicitiam eius ultro petiit; venitque ad colloquium legati consularis; et transgressus Euphratem, aquilas et signa Romana Caesarumque imagines adoravit.

Incendebat et ipse studia hominum omni genere popularitatis. Tiberio cum plurimis lacrimis pro concione laudato, funeratoque amplissime, confestim Pandateriam et Pontias, ad transferendos matris fratrisque cineres festinavit, tempestate turbida, quo magis pietas emereret: adiitque venerabundus, ac per semet in urnas condidit. Nec minore scena Ostiam, praefixo in biremis puppe vexillo, et inde Romam Tiberi subvectos, per splendidissimum quemque equestris ordinis, medio ac frequenti die, duobus ferculis Mausoleo intulit. Inse-

Prae se ferens] Hoc quoque recedit ab exquisitiori Latinitatis ratione, quam aureae aetatis scriptores sequuntur: debebat esse, *quum prae se tulisset*, sive, *qui tulerat*. De re vide Tiber. c. 66. ERN. Conf. ad Caes. c. 57. p. 49.

Legati consularis] Intellige L. Vitellii, qui fuit pater Vitellii Imperatoris, Praefes tum Syriae. Vide in Vitell. c. 2., ubi id fecisse dicitur Artabanus, inductus artibus Vitellii, non sua sponte, et praecipuo in Caligulam favore. Sed homines vulgo ita, Romae in primis, videntur accepisse, quasi id Caii favore fecisset. ERN.

Caesarumque imagines] H. e. clipeos, qui Caesarum facies

expressas habebant, suspensos in hastilibus signorum. In Vitell. c. 2. rem omnem uno signorum Romanorum nomine expressit. ERN. Vide ad Tiber. c. 48.

Cap. 15. *Venerabundus*] Quo ritu et gestu deorum immortalium sacra et religiones adeuntur. ERN.

Medio ac frequenti die] Lipsius et Torrentius malebant *serventi die*, quod ea res pietatem eminentiorem faciat, *frequens dies* nullum commodum sensum habeat. Casaubonus autem defendit vulgatum, et comparat cum *πληθούση ἀγορῶν* Graecorum: popularitatem autem hic quaerit potius, quam pietatem, quod delegerit tem-

riasque his annua religione publice instituit: et eo amplius matri circenses, carpentumque, quo in pompa traduceretur. At in memoriam patris, Septembrem mensē *Germanicum* appellavit. Post haec, Antoniae aviae, quidquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno Senatus consulto congeffit. Patrum Claudium, Equitem Romanum ad id tempus, collegam sibi in consulatu assumpsit. Fratrem Tiberium die virilis togae adoptavit, appellavitque *principem iuventutis*. De sororibus auctor fuit, ut omnibus sacramentis adiiceretur: NEQUE ME

pus per se frequens hominibus, ne inquietarentur officio homines. Casauboni defensionem arguit, quod *πλήθους ἀγορὰ* diserte distinguitur a meridie, et inter mane et medium diem dicitur media interesse. Vide Perizonium ad Aelian. V. H. 12, 30., unde mirandum, Olearium ad Philostratum p. 70. interpretari meridiem, et 7, 29. de vita Apollonii *περὶ πλήθους ἀγορὰν* vertere, *circa meridiem*. Neque hic tam pietas et popularitas, quam apparatus magnificentiae describitur. Lipsianae coniecturae temporis ratio videtur adversari: res enim gesta est Martio mense; quo tempore nondum solet esse fervens calor. *Frequentem diem* probo, sed qui tum forte, alia de causa solemnī, frequens esset hominum undique confluentium concursu. Similiter apud Ciceronem Catil.

4, 7. *dies dicitur, casu scribas ad aerarium frequentasse.* ERN.

Equitem Romanum] In ordine equestri solebant manere, et Equites esse, et vocari, nobiles homines, qui rempublicam attingere nollent, qualis Atticus fuit, aliique apud Ciceronem, pro Murena. Tum, omnes nobiles, antequam magistratus caperent, locumve in Senatu tenerent, Equites erant et dicebantur. Caesarum autem filii, principes iuventutis, h. e. ordinis equestris, ut L. et C. Caesares, et Tiberius, Tiberii nepos, ut mox ipse Suetonius tradit. Ille Claudius autem, propter contemptum et stuporem, in eo ordine relictus fuerat, procul a republica, ne Senator quidem. ERN.

Ut — adiiceretur] Salmast. ex corrupta lectione correxit *adiicerentur*, quod placet Ouy

LIBEROSQUE MEOS CARIORES HABEBO, QUAM CAIUM HABEO, ET SORORES EIUS. Item relationibus Consulum: QUOD BONUM FELIXQUE SIT C. CAESARI SORORIBUSQUE EIUS. Pari popularitate damnatos relegatosque restituit: criminumque, si qua residua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Commentarios, ad matris fratrumque suorum causas pertinentes, ne cui postmodum delatori aut testi maneret ullus metus, convectos in forum, et ante clare obtestatus deos, neque legisse neque attigisse quidquam, concremavit. Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens, *Nihil sibi admissum, cur cuiquam invisus esset*: negavitque, se delatoribus aures habere.

Spintrias monstrosarum libidinum, aegre, 16
ne profundo mergeret, exoratus, Urbe summovit. Titi Labieni, Cordi Cremutii, Cassii Severi scripta, Senatus consultis abolita, requiri, et esse in manibus lectitarique permisit: quando maxime sua interesset, ut facta quaeque posteris tradantur. Rationes imperii, ab

dendorpio, non mihi. Nam ita si scripsisset S., non potuisset statim abrupte verba formulae apponere.

Habebo] Quia est in Memmiano, praetuli τῶν *habeo*. Ita et Oudendorpius fecit. ERN.

Criminum — gratiam fecit] Venia delictorum concessa iis, qui aliquid commisissent aut commisisse falso arguerentur. Ita et P. Faber Semestr. 2, 16. Perperam Lipsius pro *criminum* coni. *nominum*.

Cap. 16. *Spintrias monstrosarum libidinum*] Sic in Tib. c. 43. *monstrofi*. Miror inconstantiam Burmanni, qui ibi *monstrofi* habet, hic *monstrosarum*: quum *monstrosarum* etiam Memm. 682 habeat. Ceterum, verba, *monstrosarum libidinum*, arbitror male repetita e Tiber. c. 43. *Spintriae* non sunt inventores simpliciter, sed monstrosarum libidinum repertores. Probat Oudendorpius. ERN.

Augusto proponi solitas, sed a Tiberio intermissas, publicavit. Magistratibus liberam iurisdictionem, et sine sui appellatione, concessit. Equites Romanos severe curioseque, nec sine moderatione, recognovit; palam adempto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiae inesset; eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione praeteritis. Ut levior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentavit et, comitorum more revocato, suffragia populo reddere. Legata ex testamento Tiberii, quamquam abolito, sed et Iuliae Augustae, quod Tiberius suppresserat, cum fide, ac sine calumnia repraesentata, persolvit. Ducentessimam auctionum Italiae remisit. Multis incendiorum

Nominibus — praeteritis]

Talis praeteritio erat quodammodo species oblivionis et sine ignominia, equo non publice adempto.

Suffragia populo reddere]

Sic et Dio lib. 59. p. 742. Quae-ri potest, utrum sic, ut libera republica habuerat, an ita, ut Iulius Caesar instituerat, et Augustus postea, auctore Suetonio c. 40. ? Hoc placet Lipsio Exc. ad Tac. Ann. 1. litt. E., atque haud dubie verum est. Ceterum dicit *tentavit*, quia mox institutum Tiberii revocavit, et populo suffragia ademit. Dio l. c. p. 753. ERN.

Sed et] Ut, post non modo, interdum non sequitur *sed etiam*: sic h. l. omittitur non

modo ante *Tiberii* nomen. ERN.

Sine calumnia] H. e. sine ulla vel dilatione, vel detractioe, quocumque praetextu facta. ERN.

Ducentessimam] Reduxi lectionem veterem codd. MSS, praeter unum, a Casaubono inspectum, omnium, sublata ea, quam Casaubonus, ex uno illo codice Lipsiae, induxit, motus Dionis auctoritate, qui centesimam remissam dicit. Pra illa sicut, praeter libros, quos dixi, primo numus a Patino productus, in quo *CC. Remissa* a Caligula reperitur, cuius nummi maior fides est, quam Dionis: deinde ipsius Suetonii fides et auctoritas, ex diligentia,

damna supplevit: ac si quibus regna restituit, adiecit et fructum omnem vectigaliorum, et redditum mediū temporis, ut Antiocho Commageno sestertium millies confiscatum. Quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur,

litteras publicas et monimenta inspiciendi, longe illa maior, quam Dionis, ut iam aliis locis demonstratum est: denique, quod dudum a Tiberio centesima sublata et ducentesima instituta fuerat. Tac. Ann. 2, 42. Leges quidem criticae artis ducentesimam servari in textu iubent. Sic visum et Oudendorpio. ERN.

Supplevit] Imo restituit tota. Sed proprium est illud Suetonii verbum in donationibus principum pecuniariis: neque solum supplementum alicuius rei indicat, sed rei totius etiam donationem; veluti, quum de censu dicitur. ERN.

Fructum omnem vectigaliorum, et redditum] Beroaldus *vectigalia* et *redditus* sic distinguebat, ut illa publica diceret esse, hos privatos; quod in principe Romano ferri et intelligi posset, ubi aerarium, publicum fuit patrimonium, fiscus, principis res privata. Sed aliter est in regno. Ac primo quidem non necesse est, subtiliter ista verba sensu distinguere; quippe saepe scriptores duo verba eadem vi iungunt. Apud Tacitum quidem Ann. 2,

42. fructus regni simpliciter dicuntur: sed potest commode *vectigaliorum* nomine intelligi ea pecunia, quae venit e portoriis, decumis, scriptura etc.; *redditus* autem ea, quae venit e metallis regniis, tributis etc. ERN. Aliquot Mss. *reditum*, quod defunderim, sed alio quodam modo ac Ryckius ad Tac. Hist. 2, 21. Nam etsi plerumque *fructus* et *redditus* eandem rem designant, tamen h. l. *fructus vectig. et redditum* esse potest is, qui consistabat vectigalibus et redditibus bonorum, ex metallis etc.

Sestertium millies] Ex hoc loco colligas fere, qui redditus regii in regno Commageno fuerint: nam Commagenum regnum a Tiberio facta est provincia a morte Antiochi, qui mortuus est a. U. DCCLXX.; redditum autem est Antiocho primo Caligulae anno, qui est a. U. DCCXC. currens. Unde fit, ut in singulos annos conveniat fere quinquagies HS., h. e. 250000 floreni imperiales. ERN.

Confiscatum] In quo Glaucanus haeret, utrum ad *regnum*, an ad *reditum* referen-

mulieri libertinae octoginta donavit, quod, excruciatam gravissimis tormentis, de scelere patroni reticisset. Quas ob res, inter reliquos honores, decretus est ei clipeus aureus: quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu prosequente; nobilibusque pueris ac puellis, carmine modulato, laudes virtutum eius canentibus. Decretum autem, ut dies, quo cepisset imperium, *Parilia* vocaretur, velut argumentum rursus conditae Urbis.

- 17 Consulatus quatuor gessit: primum, ex Kalendis Iul., per duos menses; secundum, ex Kalendis Ianuar., per triginta dies; tertium, usque in Idus Ianuarii; quartum, usque in septimum Idus easdem. Ex omnibus duos novissimos coniunxit. Tertium autem Lugduni iniiit solus, non, ut quidam opinantur, superbia negligentiae, sed quod defunctum sub Kalendarum diem collegam rescisse absens non potuerat. Congiarium populo bis dedit, trecentos sestertios: toties abundantissimum epulum Senatui equestrique ordini, etiam coniugibus ac liberis utrorumque. Posteriore epulo, forensia insuper viris, feminis ac pueris

idum, id optime referes ad *festertium millies*: reddidit HS. millies, in fisco congestum, et repositum. Ita *confiscatam pecuniam* dici vidimus Aug. c. 101. Atque eundem sensum habebit, si referas ad *fructum vectigaliorum et redditum*, hac interpunctione: *adiicit et fructum omnem vectigaliorum,*

et redditum mediis temporis, ut Antiocho Commagene HS. millies, confiscatum. Sed durius est hoc. ERN.

Octoginta] Intelligant tirones *festertia*, quae efficiunt 4000 florenos imperiales. ERN.

Decretum autem] Non satis placet autem, nisi accipiamus pro etiam. Vide ad c. 21. ERN.

fascias purpurae ac conchylii distribuit. Et ut laetitiam publicam in perpetuum quoque auget, adiecit diem Saturnalibus, appellavitque *Iuvenalem*.

Munera gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in septis, aliquot edidit: quibus inferuit catervas Afrorum Campanorumque pugilum, ex utraque regione electissimorum. Neque spectaculis semper ipse praesedit: sed interdum aut magistratibus aut amicis praesidendi munus iniunxit. Scenicos ludos et asidue, et varii generis, ac multifariam, fecit: quondam etiam et nocturnos, accensis tota Urbe luminibus. Sparsit et missilia variarum rerum, et panaria cum opsonio viritim divisit. Qua epulatione Equiti Romano, contra se hilarius avidiusque vescenti, partes suas misit: sed et Senatori, ob eandem causam, codicillos, quibus Praetorem eum extra ordinem designabat. Edi-

Fascias purpurae ac conchylii] *Purpureae fasciulae* in ornatu muliebri, etiam delicati et mollis hominis, sunt apud Ciceronem de Harusp. Resp. c. 21. Vide Clav. Cic. in *fasciola* et *strophium*. Ceterum varios usus fasciarum purpurearum apud feminas fuisse, credibile est: unde apud Lampridium in Alex. Severo c. 40. Alexander dicitur diligentissime exegisse purpuram ad usum matronarum. ERN.

Cap. 18. *Catervas Afrorum*] H. c. qui catervatim, non singuli cum singulis, pugnarent: unde *catervarii* dicti;

quorum mentio in Aug. c. 45. et inscriptione Gudiana, ibi a Burmanno producta. ERN.

Praesedit] Vide ad Tiber. c. 6. ERN.

Ac multifariam, fecit] Recepti copulam *ac*, quam habet unicus Memmianus et Ms. Lyser. Vestigia eius etiam in Copesiano, qui habet, *aut multifariam*. Fecit ludos saepe, et varie, et pluribus locis. ERN. Mox valde offendit *etiam*; et magis placeret *autem*. Sed Oudend. plane delevit vocem auctoritate Memm. et aliorum MSS.

Codicillos] Conf. Tiber. c. 42. ERN. Et Claud. c. 29.

dit et circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interiecta modo Africanarum venatione, modo Troiae decursione: et quosdam praecipuos, minio et chryfocolla confrato circo; nec ullis, nisi ex senatorio ordine, aurigantibus. Commisit et subitos, quum e Gelotiana apparatus circi prospicientem pauci ex proximis Maenianis postulassent.

19 Novum praeterea atque inauditum genus spectaculi excogitavit. Nam Baiarum medium intervallum Puteolanas ad moles, trium millium et sexcentorum fere passuum, ponte coniunxit, contractis undique onerariis navibus, et ordine duplici ad ancoras collocatis, superiectoque ag-

Et quosdam] Lipsius malebat *quondam*: nempe quia paullo ante, *quondam etiam et nocturnos*. Sed ibi quoque codd. plures habent *quosdam*; et parum referre arbitror, utrum probetur. ERN.

Cap. 19. *Excogitavit*] Recte retinetur hoc verbum in contextu, etsi in pluribus codd. desideratur. Neque enim intelligi potest *edidit*, propter interiecta verba, *commisit et subitos* etc., et reperitur idem verbum infra, *talem pontem a Caio excogitatum*. ERN. Absit vocabulum a paucis codd. neque optimis.

Passuum] Memmianus, Salmasianus et Copelianus addunt *spatium*, quod probat Davilius ad Caesarem B. G. 1, 49. Ita fit saepe paullo clarior oratio; sed potest tamen etiam

ad *intervallum* referri *passuum*: sensus est hic: pontem e navibus fecit per medium Baiarum sinum, qua maxima est eius latitudo, patetque ad tria milia et sexcentos passus, inde a Baiarum urbe usque ad aggeres Puteolanos. Pro Baiis Dio ponit Baulos, Iosephus Misenum, quae fuit nobilis prope Baias villa, quae pro Baiis interdum ponitur. Cicero quidem Baulos et Puteolos similiter iunxit. Oudendorpius locum vitiosum putat. ERN. Vulgatus bene tuetur Bremius.

Collocatis] Non est praetereunda lectio M. Lyser. *colligatis*. Sed tamen nihil mutandum: nam naves dicuntur ad ancoras, sive in ancoris, *sisti, collocari* etc. ERN.

Superiecto aggere terreno] Breviloquentia h. l. utitur Sue-

gere terreno, ac directo in Appiae viae formam. Per hunc pontem ultro citro commeavit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, insignisque querneae corona, [et securi,] et caetra, et gladio, aureaque chlamyde. Postridie quadrigario habitu, curriculoque biugi famolorum equorum, prae se ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus; comitante praetorianorum agmine, et in effedis cohorte ami-

tonius. Sic autem caepe: duplex ordo navium onerariarum iunctus est, transverse positus trabibus vel longuriis, contabulatus asseribus, ut e sequentibus etiam patet: his ingesta materia aggeribus faciendis idonea, quae Latinis etiam *agger* metonymice dicitur. Virg. Aen. 9, 567. *et fossus aggere complent*. Sed quoniam non modo terra, sed etiam ligna, lapidesque aggeribus struendis adhibentur, propterea dixit *aggerem terrenum*, ut indicetur, tantum terra et cespite stratum pontem illum fuisse. *Terrenum aggerem* similiter dixisse Virg. Aen. 11, 857., iam notarunt Viri docti. ERN.

Quercica corona] *Quercicus* apud auctores antiquos et bonos non occurrit, sed *quernus* aut *quernus*, illud apud profanos, hoc apud poetas. Itaque, quum *querna* sit in M. Lyser. et aliis, id cum Oudendorpio praetuli. ERN.

Et securi] Absit quoque a M. Lyser. displicetque Burman-

no, quod, si securim habuerit, gladium tenere non poterit. *Securim* requirere videtur *caetra*, ut animadversum Torrentio. Potuit gladio cinctus fuisse. securim manu gestasse. Non ignoro, securim gladii locum tenere, neque in armatura eadem esse securim et gladium: sed hominis vani et stulti instituta non sunt ad veram rationem exigenda. Dio quidem lib. 59. p. 653. disertè: *ξίφος τε παρὲς ζώσαστο*: *gladio se accinxit*: quia tamen, quod non vidit Burmannus, *securis* etiam a Dione omittitur, lectio illorum codd. et sententia Burmanni adiuvatur, quam et secutus est Oudendorpius, qui *et securi* delevit. ERN. Glossema est haud dubie, quae omnes carent codd. nostri.

Famosorum equorum] Nobilium, ut Ovidius vocat. Sic in Caes. c. 26. *noti gladiatorum*, nobiles. ERN. Conf. Dukerum ad Flor. 3, 7. p. 508.

Effedo] Alii *effedis*; eadem utriusque sententia. Dio

corum. Scio, plerosque existimasse, talem a Caio pontem excogitatum aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulaverit: alios, ut Germaniam et Britanniam, quibus imminebat, alicuius immensi operis fama territaret. Sed avum meum narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam, quod Thra-syllus mathematicus, anxio de successore Tiberio, et in verum nepotem proniori, affirmasset, *Non magis Caium imperaturum, quam per Baianum suum equis discursurum.*

20 Edidit et peregre spectacula: in Sicilia Syracusis alicos ludos, et in Gallia Lugduni miscellos. Sed et certamen quoque Graecae Latinaeque facundiae: quo certamine ferunt victoribus praemia victos contulisse, eorundem et laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere iussos, nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent.

p. 653. Οἱ τε φίλοι καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ ἐπὶ ὀρχημάτων. Hoc addimus propter Torrentium, qui cohortem amicorum maiorem, dicit, credendam, quam ut uno effedo vehi poterit. Ovidendorpius tamen *effedis* secutus est. ERN. Recte pluralem, quem h. l. perspicuitas postulat, habet cod. Memm.

Aliquanto angustiorem] I. e. longe angustiorem. Vide ad Caes. c. 86. ERN.

Cap. 20. *Alicos ludos*] Hic

locus varie legitur et emendatur. Vide Excursum. ERN.

Miscellos] Iuvenalis Sat. 11. 20. *miscellaneos* vocat. Sic dicti videntur, quia non unius, aut certi generis suere, sed o variis mixti et compositi. Vera autem ratio non constat. Arbitror autem, eos non a Caio demum institutos, sed ab eo tantum, quum forte Lugduni esset, quod factum est paullo ante tertium consulatum, eiusdemque initio, c. 17., celebratos et editos, per occasionem

Opera sub Tiberio semiperfecta, templum 21
 Augusti, Theatrumque Pompeii, absolvit. In-
 choavit autem aquae ductum regione Tiburti,
 et Amphitheatrum iuxta septa: quorum ope-
 rum a successore eius Claudio, alterum per-
 actum, omissum alterum est. Syracusis colla-
 pta vetustate moenia, deorumque aedes refe-
 ctæ. Destinaverat et Sami Polycratis regiam
 restituere, Mileti Didymeum peragere, in iugo
 Alpium urbem condere, sed ante omnia Isthmum
 in Achaia perfodere. Miseratque iam ad di-
 metiendum opus primipilarem.

Hactenus quasi de principe: reliqua ut de 22
 monstro narranda sunt. Compluribus cognomi-

praesentiae suae, quum diu
 ante, ab Augusto fortasse, vel
 Druso, qui aram dedicaverat
 Lugdunensem, ad quam ludi ha-
 bere soliti, instituti essent. ERN.

Cap. 21. *Inchoavit autem*]
 Illud *autem* h. l. non placet.
 Codd. duo a Torrentio laudati
 et ed. Rom. habent *inchoavit-
 que*, quod longe praefero: est
 enim Suetonianum. Vide ad
 Ner. c. 37. De re ipsa vide
 Claud. c. 20. Si *autem* est a
 Suetonio, est pro *que*, porro,
praeterea. ERN. Illa *absol-
 vit* — alia autem opera *inchoa-
 vit*. Hodie vulgo dicunt *con-
 tra*, sed minus Latine.

Didymeum] Templum Apol-
 linis Didymaei celeberrimum,
 de quo Strabo lib. 14. p. 634.
 Apollo unde hoc cognomen ha-
 beat, quaeri potest. Macrobius

scribit *διδυμαίου*, Sat. 1. 17.:
 quo nomine etiam Romae cul-
 tum dicit. Ratio nominis ab
 eo prolata, philosophica est po-
 tius, quam grammatica et ve-
 ra. Si sic scribitur, est haud
 dubie Apollo geminus, sive ge-
 mellus, quod cum Diana uno
 partu editus est. Atque haec
 vis potuit esse eius cognomi-
 nis apud Romanos. Sed de
 Apollinis, cuius de templo Mi-
 lesio hic sermo est, dubitandum
 videtur: nam non modo Pau-
 sanias, sed etiam Stephanus, in
Διδυμα, dicit, vocatum a lo-
 co, qui Didyma vocaretur. In
 ea sententia fuisse videtur etiam
 Strabo: nam appellat templum
 Apollinis non *Διδυμαίου*, sed
Διδυμείως, quod est a *Διδυμείος*.
 Id autem formatur a nomine loci
Διδυμα, non ab adiectivo *διδυ-*

nibus assumptis (nam et PIUS, et CASTRORUM FILIUS, et PATER EXERCITUUM, et OPTIMUS MAXIMUS CAESAR vocabatur) quum audiret forte reges, qui officii causa in Urbem advenerant, concertantes apud se super coenam de nobilitate generis, exclamavit: Εἷς κείρωνος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. Nec multum astit, quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret. Verum admonitus, et principum et regum se excessisse fastigium, divinam ex eo maiestatem asserere sibi coepit. Datoque negotio, ut simulacra numinum, religione et arte praeclara, inter quae Olympii Iovis, apporarentur e Graecia, quibus capite dempto suum imponeret, partem Palatii ad forum usque promovit, atque aede Castoris et Pollucis in vestibulum transfigurata, consistens saepe inter fra-

μος. Atque hinc ducitur διδυμείων, templum Διδυμείως. Itaque scripsi etiam *Didymium*. Iulianus autem ep. 62. appellat Διδυμαίων, eius oraculum profert, seque sortitum esse τοῦ Διδυμαίου προφητεύειν. ERN.

Cap. 22. *Castrorum filius*] Similiter Victoria, Victorinorum mater, dicta *mater castrorum*, apud Pollionem XXX Tyr. c. 51. ERN.

Reges] Agrippam et Antiochum Commagenum intelligi, e Dione iam monuit Calaubotus. Mirum autem videri possit, quomodo Agrippa, cuius genus demum per Antipatrum, Herodis M. patrem, in orbe quidem Romano, nobilitatum

fuerat, cum Antiocho, Seleucida, contendere super nobilitate generis potuerit. Nisi forte, quod rex Iudaeae esset, et Iudaeorum sacris addictus, reges Iudaeae in genere, quoad a Davide oriuntur, antiquiores et nobiliores Seleucidis iactavit. ERN.

Speciem principatus etc.] Recte interpretantur de insignibus, et pompa, qua principes Romani et reges utebantur. *Speciem* saepe dici a Cicerone de apparatu et pompa, notavimus in Clave Cicer. Inprimis huic pertinet Agr. 2. 13. *Species tyrannorum*, et in Pilon. c. 11. *Species Consulit*. Eodem Agrariae loco eli etiam *forma tyrannorum*. ERN.

tres deos medius, se adorandum adeuntibus exhibebat; et quidam eum LATIAREM IOVEM consalutarunt. Templum etiam, numini suo proprium, et sacerdotes, et excogitatissimas hostias instituit. In templo simulacrum stabat aureum iconicum, amiciebaturque quotidie veste, quali ipse uteretur. Magisteria sacerdotii ditissimus quisque, et ambitione et licitatione

Medius] Sic cum Burmano ex edd. quibusdam antiquis edidi. Libri scripti omnes *medium*, quod male servavit Oudendorpius, quum ineptum sit et non Latinum. Mox alii dedere *Latiarem* e libris utique scriptis, qui semper in hac forma variant, in qua est nihil nisi diversa eiusdem verbi pronuntiatio: est tamen haec scriptura vel apud Cic. in plerisque libris, ut Mil. c. 51. ERN. Vulgo, *Latialem*.

Iconicum] Sic apud Platonem Phaedr. p. 235. E. εἰκὼν ἰσομέτερος χρυσῆ, non intellecta Serrano. *Iconici duces* picti sunt apud Plin. H. N. 35, 8. ERN.

Magisteria sacerdotii] Haesito, utrum sacerdotes simpliciter, an magister aliquis, et praeful sacerdotum intelligendus. Si *magisteria sacrorum* scripsisset, intelligerentur sane sacerdotes. Nunc magis inclino in alteram sententiam, ut praefulatus, et velut pontificatus maximus, tantum tempo-

rarius fuerit (nam hoc indicat vox *vicibus*) et magno studio et pecunia emtus. Dubitationem movere potest locus Dionis p. 662. et in Claud. c. 9., ex quo patet, omnes sacerdotes pecuniam magnam pro sacerdotio dedisse. Sed primo, si principes illius sacerdotii plurimo emerunt honorem, non propterea repugnat, ceteros etiam dedisse pecuniam: deinde ex Dione patet, eam summam, quam sacerdotes darent, definitam fuisse et ab omnibus eandem datam: itaque nulla ibi licitatio locum videtur habuisse. Plures autem sacerdotes fuisse simul constitutos, patet ex ipso Suetonio, qui templum, *sacerdotes* et hostias instituisse sibi Caligulam scribit, tum e Dione l. c. ERN. *Magistri* sacerdotii alicuius sunt ii, qui primum locum tenent inter sacerdotes deo cuiuspiam consecratos: unde *magisterium* dicitur ipse locus et munus; h. l. pluraliter, quia per vices obiri solebat, quum

maxima, vicibus comparabant. Hostiae erant phoenicopteri, pavones, tetraones, numidicae, melēagrides, phasianae, quae generatim per singulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam invitabat usfidue in amplexus, atque concubitus: interdum vero cum Capitolino Iove secreto fabulabatur, modo insultrans, ac praebens invicem aurem; modo clarius, nec sine iurgiis. Nam vox dominantis audita est,

Ἡ μὲ ἀνδρείῳ ἢ ἐγὼ σέ.

donec exoratus, ut referebat, et in contubernium ultro invitatus, super templum Divi Augusti ponte transmissio, Palatium Capitoliumque coniunxit. Mex, quo prior esset, in area Capitolina novae domus fundamenta iecit.

23 Agrippae se nepotem neque credi, neque dici ob ignobilitatem eius volebat: succensebatque, si qui vel oratione, vel carnine, imaginibus eum Caesarum infererent. Praedicabat autem, matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Iulia filia admisisset, procreatam. Ac non contentus hac Augusti incestatione, Actiacas Siculasque victorias, ut funestas populo Romano, et calamitosas, vetuit sollempnibus feriis celebrari. Liviam Augustiam proaviam, Uly-

ipsum sacerdotium perpetuum esset. Conf. Lips. ad Tac. 6. 12. et Casaub. ad Capitol. M. Anton. c. 4.

[Praebens invicem aurem] Vulgo perperam *aures*, invisus optimis codd. et usu loquendi, quem docte notavit

Oudendorp. *Praebemus aures*, quum attente audimus; *aurem praebemus*, admovemus alteri, ut aliquid nobis insultraret.

[Ἡ μὲ ἀνδρείῳ] Auctoritas codicis Memmiani, aliorumque Graevio laudatorum, Dionis et Senecae facit, ut recte hoc

xem stolatum identidem appellans, etiam ignobilitatis quadam ad Senatum epistola arguere ausus est, quasi materno avo Decurione Fundano ortam: quum publicis monumentis certum sit, Aufidium Lurconem Romae honoribus functum. Aviae Antoniae secretum petenti denegavit, nisi ut interveniret Macro praefectus. Ac per istiusmodi indignitates et taedia, caussa exstitit mortis; dato tamen, ut quidam putant, et veneno. Nec defunctae ullum honorem habuit: prospexitque e triclinio ardentem rogam. Fratrem Tiberium inopinantem, repente immisso Tribuno militum, interemit. Silanum item locerum ad necem, secandasque novacula fauces, compulit: caussatus in utroque, quod hic ingrellum se turbatius mare non esset secutus, ac

Homericum ex Iliad. ψ . 724. praefertur vulgatae alias εἰς γαῖαν Δαναῶν περὶ ὧ σε. ERN.

Cap. 23. *Aufidium Lurconem*] Recte sic resoluere Viri docti pro *Lingonem*. Aetas autem convenit ita, ut credam, esse M. Lurconem, cuius mentio apud Ciceronem ad Att. 1, 16., qui legem de ambitu tulit, Pisone et Messala Coss., quod videbatur etiam P. Manutio. ERN.

Fratrem] Pelschwitz in Comment. Famil. Caesar. p. 118. ed. Fabricii, incongrue putat, fratrem Caligulae a Suetonio dici, quem Philo patruelem vocet. Imperite. Nam patrueles, et consobrinos, et patri cognatione iunctos, *fratres* apud

Latinos dici, constat hodie etiam inter tirones. ERN.

Compulit] Dio lib. 59. p. 646. indignitatibus et ignominiiis compulsus sibi manus intulisse, tradit. At Philo Leg. ad Cai. p. 1002., caesum ab eo Silanum ordinis senatorii, et Macronem equestris principem. Philoni consentientem possumus efficere Suetonium, si illud *compulit* ita interpretemur, ut iussus sit, sibi ipse vitam, quo modo vellet, adimere: id quod saepe factum ab Imperatoribus scimus. Atque non dubitandum est, quin *compulit* sic explicari possit. Tiber. c. 56. *Seleucum Grammaticum* — *primum a contubernio removit, deinde etiam ad ne-*

spe occupandi Urbem, si quid sibi per tempestates accideret, remansisset; ille antidotum obolisset, quasi ad praecavenda venena sua sumptum: quum et Silanus impatientiam nauleae vitalset et molestiam navigandi, et Tiberius propter asfiduam et ingravescentem tussim medicamento usus esset. Nam Claudium patrum non nisi in ludibrium reservavit.

24

Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit: plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante. Ex his Drusilliam vitiasse virginem, praetextatus adhuc, creditur. Atque etiam in concubitu eius quondam deprehensus ab Antonia avia, apud quam simul educabantur. Mox Lucio Cassio Longino consulari collocatam abduxit, et in modum iustiae uxoris propalam habuit. Heredem quoque bonorum atque imperii aeger instituit. Eadem defuncta, iustitium indixit: in quo risisse, lavisse, coenasse cum parentibus, aut coniuge liberisque, capital fuit. Ac moeroris impatiens, quum repente noctuque profu-

cem compulit. Conf. Ner. c.

35. Quid? quod sequentia hanc interpretationem desiderant, ubi, quibus causis utramque caedem excusare tentarit, commemorat. Atque etiam Macronem non aliter interfecit, nisi ad mortem voluntariam adigendo, auctore Dione p. 647. EKK.

Accideret] Vide ad c. 3. EKK.

Cap. 24. Capitale fuit] Oudendorpius & Mss. edidit *capit-*

tal, ut et alii dixerunt, quod mutatum est subinde in *capitale*. Sed in istis locis apud veteres, ubi recte est *capital*, quales sunt hic prolati ab Oudendorpio, semper orationis sententia refertur ad legem aliquam: in qua *capital* dictum recte puto, quia id verbum erat in legibus Romanis. Vide Clav. Cic. in h. v., ubi autem sermo est de facto, quum aliquis dicitur supplicio adfectus esse, *capitale* melius

gisset ab Urbe, transcurrissetque Campaniam, Syraculas petit. Rursusque inde prope re-
diit, barba capilloque promisso. Nec unquam
postea, quantiscumque de rebus, ne pro con-
cione quidem populi, aut apud milites, nisi
per numen Drujillae deieravit. Reliquas sorores
nec cupiditate tanta, nec dignatione dile-
xit, ut quas laepe exoletis suis prostraverit. Quo
facilius eas in causa Aemilii Lepidi condemna-
vit, quasi adulteras, et insidiarum adversus se
conscias. Nec solum chirographa omnium, re-
quisita fraude ac stupro, divulgavit, sed et tres
gladios in necem suam praeparatos Marti ul-
tori, addito elogio, consecravit.

Matrimonia contraxerit turpius, an dimise- 25

ut nunc est, puto. ERN. No-
bis potius optimi codd. se-
quendi videntur, et integra
forma ad priscum usum, con-
tracta ad recentiore referen-
da.

[*Chirographa etc.*] Quid sint
chirographa requisita fraude
ac stupro, nemo Interpretum,
quod sciam, explicavit; nec,
ut opinor, explicari potest.
Lipsius pro *stupro* legi vole-
bat *supra*. Sed restat tamen
obscuritas in altero, *requisi-
ta fraude*. Si *fraude* abesset,
legereturque *chirographa re-
quisita ac supra*, intellige-
rem. Possset etiam intelligi,
si *requisita* positum diceremus,
pro simplici *quae sita*, quod
esset, ablata ab ipsis, parata.
Obvia sunt et alia exempla

elicientium malis artibus chi-
rographa, quibus ad insidias
perniciemque abuterentur. Sed
dudum esse, fateor, ita acci-
pere *τὸ requisita*. Non liquet.
Oudendorpius putat coniun-
gendum *requisita fraude*, ut
dicuntur *requisiti auctores* apud
nostrum. Sed *chirographa* hic
nude stare non possunt. ERN.
Oudendorpio accedebat Rubin-
ken., quod vehementer miror.
Mihiquidem sanus videtur lo-
cus, nec quicquam duri esse
in illa significatione, qua *re-
quiri* dicitur pro *curiose quae-
ri*. Divulgare *supra* nihil opus
erat, sed *chirographa*, testes
conspirationis; in quibus con-
quirendis ne turpissimas quidem
artes spernebat. Ita et ama-
tores immisit.

rit, an tenuerit, non est facile discernere. Liviam Orestillam, C. Pisoni nubentem, quum ad officium et ipse venisset, ad se deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam bienio post relegavit; quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt, adhibitum coenae nuptiali, mandasse ad Pisonem, contra accumbentem, *Noli uxorem meam premere*: statimque e convivio abduxisse eam, ac proximo die edixisse, MATRIMONIUM SIBI REPERTUM EXEMPLO ROMULI ET AUGUSTI. Lolliam Paullinam, C. Memmio confulari, exercitus regenti, nuptam, facta mentione aviae eius, ut quondam pulcherrimae, subito ex provincia evocavit, ac perductam a marito coniunxit sibi, brevique nissam fecit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu. Caesoniam, neque facie insigni, neque aetate in-

Cap. 25. *Discernere*] Gronovius Obsl. 3, 15. legendum putat *decernere*. ERN. Et Perizon. in Lectionibus, et ad Sanctium p. 784., assentiente Ruhkenio. Verissime. Conf. de facillima hac scripturae confusione Intpp. ad Liv. 7, 9.

Mandasse ad Pisonem] Mississe, qui diceret Pisoni, vel, per tesseram denunciassse; quod genus loquendi nec ab aureae aetatis consuetudine abhorret: nam etiam Cicero *mandare*, pro *mittere*, dixit, pro Sullia c. 20. *mandare in ultimas terras*. Ut itaque *mittere ad aliquem* dicitur, pro, *mittere*, qui nuntiet alleui, v. c. apud

Cic. ad Att. 2, 3. *Nam ita ad me mittunt*. *Nigidium minari in concione*. (conf. Gronov. ad Liv. 34, 29.) sic etiam dicitur, *mandare ad aliquem*, eodem sensu. ERN. *Mandatur* aliquid *ad aliquem* vel nuntio, vel literis. Conf. Duk. ad Flor. 5, 3, 6.

Ex provincia] Macedonia et Achaia, quas, paucis annis ante Caii iustia, attribuerat ei Tiberius. Vide Pighium ad a. DCCCLXXXVII. ERN.

Perductam] Debebat dicitur *deductam*: nam Memmius coactus fuerat, eam, ut pater, despondere, dotare et deducere ad Caium. Sed Suetonius

tegra, matremque iam ex alio viro trium filiarum, sed luxuriae ac lasciviae perditae, et ardentius et constantius amavit: ut saepe chlamyde peltaque et galea ornatam, et iuxta adequitantem, militibus ostenderit; amicis vero etiam nudam. Quam enixam uxorio nomine dignatus est, uno atque eodem die professus, et maritum se eius, et patrem infantis ex ea natae. Infantem autem, Juliam Drusillam appellatam, per omnium dearum templa circumferens, Minervae gremio imposuit, alendamque et instituendam commendavit. Nec ullo firmiore iudicio, sui feminis esse credebat, quam feritatis: quae illi quoque tanta iam tunc erat, ut infectis digitis ora et oculos simul ludentium infantium incesset.

Leve ac frigidum sit his addere, quo propinquos amicosque pacto tractaverit, Ptolemaeum, regis Iubae filium, consobrinum suum, (erat enim et is M. Antonii ex Selene filia nepos) et in primis ipsum Macronem, ipsam Enniam, adiutores imperii: quibus omnibus pro necessitudinis iure, proque meritorum gratia, cruenta mors persoluta est. Nihilo reverentior leniorve erga Senatum: quosdam summis honoribus functos, ad essedum sibi currere toga-

consulto turpi verbo usus videri potest, quod perductoris magis rem fecit Memmius, quam patris deducens. ERN.

Cap. 26. *Consobrinum*] Sic vocat, quia genus uterque a duabus sororibus, Antonii filiabus, duxit, etsi Caius uno gradu remotior fuit: fuit enim

Antonii pronepos, Ptolemaeus autem, ut Suetonius ait, nepos. ERN.

Selene] Quae apud Dionem *Cleopatra* dicitur, cuius cognomen *Selene* fuit. ERN.

Currere] Sic codd. MSS. a Torrentio et Ursino inspecti, Palat. sec. et edd. plures, in

tos per aliquot passuum millia, et coenanti, modo ad pluteum, modo ad pedes stare, succinctos linteo, passus est: alios quum clam interemisset, citare nihilo minus ut vivos, perseveravit, paucos post dies voluntariâ morte perisse mentitus. Consulibus, oblitis de natali suo edicere, abrogavit magistratum, fuitque per tri-duum sine summa potestate respublica. Quæstorem suum in coniuratione nominatum flagellavit, veste detracta, subiectaque militum pedibus, quo firme verberaturi insisterent. Simili superbia violentiaque ceteros tractavit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit. Elisi per eum tumultum viginti amplius Equites Romani, totidem matronae, super innumeram turbam ceteram. Scenicis ludis, inter plebem et Equitem caussam discordiarum serens, decimas maturius dabat, ut equestria

hisque Iuntina et Aldina. Id, quia sensus manifeste postulat, ut rectè docuit Burmannus, allato inoptimis loco e Galba c. 6., recepi. *Occurrere* et *accurrere*, quod idem est, neque durum satis est, indicandae insolentiae in Senatun: nam servile aliquod officium indicare voluisse, sequentia docent: *occurrere* autem adveniēti ita erat usitatum, ut etiam iratus Senatui, quemquam Senatorum sibi occurrere vetaret, infra c. 49.: neque stare potest, propter verba *ad effectum*. ERN.

Consulibus] Eos fuisse Sabinium Maximum et Cn. Domitium Corbulonem, e Dione discimus lib. 59. p. 649. 651. ERN.

Quæstorem] Vide Senec. de Ira 3, 18. ERN.

Decimas maturius dabat] Obscurus hic locus varie tentatus est, frustra adhuc, ut opinor. Casauboni emendationem, *tesseras decima maturius dabat*, probarem, (habet enim in se commodum sensum, quum tesseras missilium, atque adeo missilia ipsa, post decimam vulgo data, et, ea imminente, su-

ab infimo quoque occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo sole velis, emitti quemquam vetabat: remotoque or-

gisse honestiores, constat) si non sequeretur, ut *equestria ab infimo quoque occuparentur*. Quomodo enim, si tesserae maturius solito dantur, equestria loca ab infimis occupari possunt, iam occupata ab Equitibus? ut iam vidit et monuit Burmannus de Vectigal. P. R. p. 22. Magis placet Burmanni coniectura, ibidem proposita, *mimos maturius*, solito scil. dabat. Nam et Dio auctor lib. 59. p. 649. ludos citius, quam edixisset, interdum noctu coeptos. Sed tamen oritur sic tautologia quaedam: nam *mimos dare* dicitur, pro ludos scenicos edere. Quid ergo est, *ludis scenicis mimos maturius dabat*? nil, nisi: *quum ludos scenicos ederet, citius edebat*. Itaque ipsi Burmanno non satis placebat, quum Suetonium ederet. Hoc manifestum est, Caium plebi dedisse aliquid maturius solito, quo dato, plebs citius Equitibus in Theatrum conflueret, et, quum loca popularia occupata essent, vacua adhuc equestria occuparet, quum illis temporibus licentia Rosciae legis negligendae invalescere coepisset, ut patet e Domit. c. 8. Quid autem dari ante ludos

potest, unde facultas fiat, maturius loca in Theatro occupandi? Nihil, opinor, nisi tesserae, quibus in aditu exhibendis, gratis ingredi, nullo persoluto lucrari, licet, *Freybillets*: nam tales populo dari potuisse, et interdum datas, non dubitandum, ut spectare gratis posset; idque genus liberalitatis in plebem fuisse, vide Cic. Mur. c. 34. 35. Unde fit, ut legendum sit, *tesseras maturius dabat*; aut simile quid, quod eodem referatur. Sic reperi post coniecisse Bulengerum de Venat. c. 24. apud Oudendorpium, qui hanc correctionem non cepit. ERN. Nihil fati certi ad h. l. vel restituendum vel explicandum repertum est. Perizonio tamen placebat Casauboni correctio, vel *Scenicis ludos — decima mat. dabat*.

Reductis — velis] Notum est, inde a Q. Catuli temporibus institutum fuisse, ut fœnibus, si non super omne Theatrum et Amphitheatrum, saltem super capita spectantium, ductis, vela tenderentur, ut ardor solis a capitibus nudis cohiberetur, et hoc iucundius salubriusque spectarentur ludî. *Velarium* ista tota machinatio dicitur posterioribus scriptoribus. De

dinario apparatu, tabidas feras, vilissimos senioque confectos; gladiatores quoque pegmares, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subiiciebat. Ac nonnunquam, horreis praeclusis, populo famem indixit.

27

Saevitiam ingenii per haec maxime ostendit. Quum ad saginam ferarum, muneri praeparatarum, carius pecudes compararentur, ex no-

eo est locus classicus Plinii Hist. Nat. 19, 1. Conf. Lucret. 4, 73. Vestigia operis deprehensa sunt in Colifaeo Titi, et Amphitheatro Veronensi, narrante Maffeo, de Amphith. 2, 14. Veronae illustrat. T. IV. p. 175. seq. ERN.

Rabidis feris — pegmares] Hic locus valde exercuit viros doctos. Qui *tabidas feras*, partim e codd., partim de coniectura, reponi voluere, docere debebant, *tabidas ferus*, pro macilentis aetate et fame, dici, et *tabem*, pro macie *quacunq;*, v. c. *corpus senectute tabidum*, aut, *fame*, aut, *senectutis tabem*; inprimis in tenui genere scribendi: quod nec Oudendorpius fecit, quum hanc correctionem probaret. Tum quae est in hoc crudelitas, si senes et debiles tabidis feris obiiciantur? Immo haec illis conveniunt. In omnibus coniecturis, quas vidi, nimis multa mutantur. Quod si *tabidas feras* recipere non possumus, sit, ut *subiiciebat* stare non possit: nam ferarum

loco non exhibentur homines; neque modo ferocibus bestiis aliud genus subiiciendum erat, sed etiam pugnacibus gladiatoribus. Quare probem posteriorem Burmanni coniecturam *obiiciebat*, quam recte vidit e Domit. c. 10. stabiliri. Conf. Calig. c. 27. Deinde *pegmares* et *gladiatores* loca mutasse puto. Locum igitur sic constituo: *Rabidis feris vilissimos, senio confectos, pegmares quoque gladiatores, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, obiiciebat*. Finalis littera praecedentis vocis facilem fecit in corruptelam lapsum. *Pegmares gladiatores* qui sunt, Lexica e Casauboni nota docent. Tum *patres familiarum noti*, sunt honesti cives e genere plebeio. Saepe sic utitur illo verbo Sueton.: sed etiam Cicero sic dixit in Verr. 4, 26. ERN. Conf. Lips. Sat. 2, 14, et de Amphith. c. 22. De verbis conf. Ind.

Horreis praeclusis] Omissa frumenti mentium distributione: sermo enim est de plebe

xiis laniandos annotavit: et, custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum ineam, a calvo ad calvum duci imperavit. Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat, spectavitque ferro dimicantem; nec dimisit nisi victorem, et post multas preces. Alterum, qui se periturum ea de causa voverat, cunctantem pueris tradidit, verbenatum insulatumque, votum reposcentes per vicos agerent, quoad praecipitaretur ex aggere. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla et munitiones viarum, aut ad bestias condemnavit, aut bestiarum more quadrupedes cavea coercuit, aut medios serra dissecuit. Nec omnes gravibus ex causis, verum male de munere suo opinatos, vel quod nunquam per Genium suum deierassent. Parentes

tenui. Locupletiores e praediis frumenti satis, opinor, habebant. ERN.

Cap. 27. *Stans tantummodo intra porticum ineam*] Offendit Viros doctos verbum *ineam*, idque varie tentant. Ego non video satis, quare: nam, si *intra porticum stans* Latinum est, pro *in porticu*, ut Galb. c. 8., non video, quare, quum *in porticu ineam stans* dicatur recte, non etiam dici possit *intra porticum ineam*. Non consedit in tribunali, quod esset in porticu, ut, reis adductis in conspectum, et adstantibus, appenso cuiusque elogio, senten-

tiam diceret: sed stans in *ineam* porticu, quum extremos calvos esse videret, a calvo ad calvum duci iussit, unde res in proverbium abiit. Ipsos quidem homines in porticu stansse, declarat Dionis locus lib. 59. *ἰδὼν δὲ* etc. ERN.

Aggere] Non de quocumque aggere ceperim, quod per Casaubonum liceret; addidisset enim, ut opinor, *aliquo*: sed eo, qui simpliciter dicebatur, intra portam Collinam, nempe eo, quem commemorat Plutarchus in Numa p. 67., quem locum iam laudavit idem Casaubonus. De re vide Servium ad Virg. Aen. 3, 57. ERN.

supplicio filiorum interesse cogebat. Quorum uni valetudinem exculanti lecticam misit; alium, a spectaculo poenae, epulis statim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem et iocos provocavit. Cnratorem munerum ac venationum, per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum, non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore. Atellanae poetam, ob ambigui ioci versiculum, media Amphitheatri arena igni cremavit. Equitem Romanum obiectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit; abscisaque lingua, rursus induxit.

28

Revocatum quendam a vetere exilio sciscitatus, quidnam ibi facere consueffet, respondente eo per adulationem: *Deos semper oravi, ut, quod evenit, periret Tiberius, et tu imperares*: opinans, sibi quoque exules suos mortem imprecari, misit circum insulas, qui universos contrucidarent. Quum discerpi Senatorem concupisset, subornavit, qui ingredientem curiam, repente hostem publicum appellantes, invaderent, graphiisque confossum laccerandum ceteris traderent. Nec ante satiatus est, quam membra et artus et viscera hominis, tracta per vicos, atque ante se congesta vidisset.

Catenis verberatum] Quia inusitatum hoc supplicium, varie tentata est vox *catenis*; quasi novum in tyrannis esset, ut inauditis tormentis excruciantur homines, nec plura eiusmodi supplicia in Suetonio occurrerent. I. F. Gronovius legendum putabat *catomis*: cui quum non satis conveniat ce-

rebra mentio. Iac. Gronovius etiam *putrefacti tibi odore* emendabat; quasi *tabum* non per se putrefactionem indicaret. *Cerebrum effringere, diminueret* etc. de capite dici, satis notum est. Sidonius Ep. 3. 15. *tacco cerebrum crebra vibice peraratum*; quare nihil movendum. ERR.

Inmanissima facta augebat atrocitate verborum. *Nihil magis in natura sua laudare se ac probare dicebat, quam, ut ipsius verbo utar, ἀδιατρεψίζν.* Monenti Antoniae aviae, tamquam parum esset non obedire: *Memento, ait, omnia mihi et in omnes licere.* Trucidaturus fratrem, quem metu venenorum praemuni medicamentis suspicabatur: *Antidotum, inquit, adversus Caesarem?* Relegatis sororibus, non solum insulas habere se, sed etiam gladios minabatur. Praetorium virum ex secessu Anticyrae, quam valetudinis causa petierat, propagari sibi commeatum saepius desiderantem, quum mandasset interim, adiecit, *Necessariam esse sanguinis missionem, cui tam diu non prodesset elleborum.* Decimo

Cap: 29. [Ἀδιατρεψίζν] H. e. firmitatem et robur animi tantum, ut omnia, etiam saevissima supplicia, quae cuiusque oculos avertant, fixis oculis, ἀσχαρδαμυκτί, videre possis: Aliter prisca Romani: Liv. 1, 28. *Avertere omnes a tanta foeditate spectaculi oculos.* ERN.

Omnia mihi et in omnes licere] Quia haec lectio intelligi potest, neque aliena est a contextu: quippe sic etiam aviae minatur: ea potius servanda erat, quam altera, *et homini*, quae nullum sensum efficit, recipienda. Coniecturae doctorum non sunt unius assis: qualis est etiam Belsiana de Interpretatione, *omnia mihi, licet homini, licere.* Nero so-

lebat dicere, *nullum principem scisse, quid sibi liceret,* Ner. c. 37., i. e. omnia sibi et in omnes licere. ERN.

Prorogari sibi] Quia plures Mss. codd. hoc habent, praefendum vulgato *propagari*: nam commeatus continuatio sit per decretum, quae est *prorogatio*, non *propagatio*, quae dicitur de continuatione, quae sit naturalibus causis. Atque hoc in his duobus verbis, quae saepe permutata sunt a librariis, sequendum. Vide praeter Periz. Animadv. hist. c. 6. p. 229. inprimis Deak. ad Liv. 23, 25. ERN. Conf. ad Oct. c. 23.

Prodesset] Latinitatis recta ratio postulat, *profuisset*, quod a Torrentio in optimo codice

quoque die, numerum puniendorum ex custodia subscribens, *Rationem se purgare*, dicebat. Gallis Graecisque aliquot uno tempore condemnatis, gloriabatur, *Gallograeciam se se subegisse*.

30 Non temere in quemquam, nisi crebris et minutis ictibus animadverti passus est: perpetuo notoque iam praecepto: *Ita feri, ut se mori sentiat*. Punito per errorem nominis alio, quam quem destinaverat, ipsum quoque paria meruisse, dixit. Tragicum illud subinde iactabat:

Oderint, dum metuant.

Saepe in cunctos pariter Senatores, ut Seiani clientes, ut matris ac fratrum suorum delatores, invecus est: prolatis libellis, quos crematos simulaverat, defensioneque Tiberii saevitia, quasi necessaria, quum tot criminantibus credendum esset. Equestrem ordinem, ut scenae arenaeque devotum, assidue proscidit. Inensus turbae, faventi adversus studium suum, exclamavit: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet!* Quumque Tetrinius latro postularetur, *et qui postularent, Tetrinios esse*, ait. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem

inventum reciperem, nisi aliis exemplis constaret, Suetonium, omninoque eam aetatem, in his non satis constantem ac diligentem fuisse. Vide ad c. 5. 14. ERN. Non attendit ad voc. *diu*.

Subscribens] Idem quod supra annotare c. 27. ERN.

Cap. 50. *Scenae arenaeque devotum*] Nimis studiosum spectaculorum scenicorum et gladiatoriorum. Phaedr. Fab. 4, 4. *devotam vino tertiam*. ERN.

Turbae, faventi adversus] H. e. plaudenti alii circensi factioni, quam praelinae, cui ipse favebat, ut docet Dio. ERN.

CALIGULA.

secutoribus succubuerant: quum occidi iuberentur, unus, resumpta fulcra, omnes victores interemit. Hanc, ut crudelissimam caedem, et dessevit edicto, et eos, qui spectare sustinuisent, execratus est.

Queri etiam palam de conditione temporum suorum solebat; quod nullis calamitatibus publicis insignirentur: Augusti principatum clade Variana, Tiberii, ruina spectaculorum apud Fidenas, memorabilem factum; suo oblivionem imminere, prosperitate rerum. Atque identidem exercituum caedes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terrae optabat. 31

Animum quoque remittenti, ludoque et epulis dedito, eadem dictorum factorumque saevitia aderat. Saepe, in conspectu prandentis vel comissantis, seriae quaestiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Puteolis, dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significavimus, quum multos e litore invitasset ad se, repente omnes praecipitavit. Quosdam gubernacula apprehendentes, contis remisque detruisit in mare. Romae publico epulo servum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit, ut, manibus abscisis, atque ante pectus e collo pendentibus, praecedente titulo, qui causam poenae indicaret, per coetus epulantium circumduceretur. Mirmillonem e ludo, rudibus secum batuentem, et sponte 32

Suo oblivionem] Pro vulg. *sui* cum Oudendorpio rescripti *suo*, quod in bonis libris aliquot reperitur est. Intelligen-

dum principatus, referturque ad *Augusti principatum*. Nil certius hac correctione. ERR. At variari in talibus solet. Igi-

prostratum, confodit ferrea sica, ac more victorum cum palma discucurrit. Admota altari-
bus victima, succinctus poparum habitu, elato
alte malleo, cultrarium mactavit. Lautiore con-
vivio effusus subito in cachinnos, Consulibus,
qui iuxta cubabant, quidnam rideret, blande
quaerentibus, *Quid, inquit, nisi uno meo
nutu iugulari utrumque vestrum statim
posse?*

33 Inter varios iocos, quum assistens simula-
cro Iovis Apellem tragoedum consulisset, uter
illi maior videretur, cunctantem flagellis disci-
dit; collaudans subinde vocem deprecantis,
quasi etiam in gemitu praedulcem. Quoties
uxoris vel amicae collum exoscularetur, ad-
debat, *Tam bona cervix, simulac iussero,
demetetur.* Quin et subinde iactabat, *Exqui-
siturum se vel fidiculis de Caesonia sua, cur
eam tanto opere diligeret.*

34 Nec minore livore ac malignitate, quam
superbia saevitiaque, paene adversus omnis aevi
homines grassatus est. Statuas virorum illu-

tur non certa est correctio, ex
paucis facta libris, verum pro-
babilis tamen.

Cap. 33. *Tam bona — de-
metetur*] Broukhufius, Burman-
nus et Oudendorpius probant
coniecturam Graevii aliorum-
que, *demetetur*; cuius verbi ele-
gantiam facile agnosco. Inte-
rim quum omnes libri in vul-
gata consentiant, et supra etiam
c. 22. *capite dempto* occurrat,
quamquam paullo aliter, non
audeo dicere, *demetetur esse a*

Suetonio. ERN. *Demetere*
proprium est hac in re verbum,
et facillimus lapsus librario-
rum. Huc plane non pertinet
exemplum c. 22.

Cap. 34. *Adversus omnes
aevi homines*] MS. plures ho-
minum genus; quod Graevius,
Gronovius et Oudendorpius
probarunt. Hi duo et recepere.
Mili haec lectio friget. ERN.
Vereor, ut et alii lentiant id
frigus. Ac plures codd. habent
certe genus.

firium, ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Martium campum collatas, ita subvertit atque disiecit, ut restitui salvis titulis non potuerint. Vetuitque posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi se consulto et auctore, poni. Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. *Cur enim sibi non licere, dicens, quod Platoni licuisset, qui eum civitate, quam constituebat, eiecerit?* Sed et Virgilio ac Titi Livii scripta et imagines, paullum afuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret: quorum alterum, ut *nulius ingenii, minimaque doctrinae*; alterum, ut *verbosum in historia negligentemque* carpebat. De iuris quoque consultis, quasi scientiae eorum omnem usum aboliturus, saepe iactavit, *Se, mchercule, effecturum, ne qui respondere possent praeter eum.*

Non potuerint] Sic pro vulgato *valuerint* edidi, tum librorum vett. auctoritate, tum Latinitatis causa. ERN. *Suis titulis* corrigebant Lipsius et Torrent., nescio quo consilio. *Salvae* ne essent honorificae inscriptiones, maxime laborabat lividum monstrum.

Non licere, dicens] Bouhierius *dicens* delendum putabat. Placet Oudendorpio correctio; etiam mihi. ERN.

Ne quid respondere possent praeter eum] Sic vulgo. Sed primo codd. et libri nonnulli habent *possint*, quod est, e regula Latinitatis exquisitae, reiectus post futurum. Si *prae-*

ter eum dictum intelligamus, pro *praeter se*, quod facere multa exempla, apud veteres obvia, permittunt; non video, quid magnopere dubitandum sit, quo minus e codd. et edd. vett. non paucis legamus, *ne qui respondere possint*, quod est etiam in Ms. Lyser., aut, *ne qui (vel quis) respondere possit*: nam ita sensus exsistit planissimus: se effecturum, ut ipse solus de iure respondere possit. Insolentia τὸν *praeter eum* locum dedit mutationi in *praeter aequum*: ea necessariam fecit alteram, *ne quid*. Itaque sic nunc edidi, ut et Oudendorpius fecit. Ceterum

35

Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit: Torquato torquem; Cincinnato crinem; Cn. Pompeio stirpis antiquae, Magni cognomen. Ptolemaeum, de quo retuli, et arcellitum e regno, et exceptum honorifice, non alia de causa repente perculit, quam quod, edente se munus, ingressum spectacula, convertisse hominum oculos fulgore purpureae abollae animadvertit. Pulcros et comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Erat Esus Proculus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem et speciem *Coloçferos* dictus. Hunc spectaculis detractum repente, et in arenam deductum, Threci, et mox hoplomacho comparavit; bisque victorem constringi sine mora iussit; et pannis oblitum vicatim circumduci, ac mulieribus ostendi, deinde iugulari. Nullus denique tam abiectae conditionis, tamque extremae sortis fuit, cuius non

huc pertinet insignis locus Philonis Leg. ad Caium p. 1009. Νόμον ἡγούμενος ἐκυτόν, τοὺς τῶν ἐκασταρχοῦ νομοθετῶν, ὡς κενὸς ἐρήσεις, ἔλυεν. ERN.

Cap. 35. Cn. Pompeio stirpis antiquae] Conf. Claud. c. 27. Rupertus Epist. 48. ad Reinesium p. 428. putat, fuisse filium M. Licinii Crassi, qui Scriboniam, Cn. Pompeii Magni, Trinumviri, proneptim, duxit. Apud Senecam quidem, in Apocolocyntosi, Crassi filius diserte vocatur. Nempe mos fuit illorum temporum, maiorum, etiam maternorum, no-

mina, misso paterno, usurpare. Eum porro, ex Inscriptione aliqua vetere, suspicatur, adempto Magni cognomine, dictum Cn. Pompeium Ferocem Licinianum: aut saltem hunc filium illius fuisse. ERN.

Perculit] Certissima est haec emendatio Lipsii, et Perii omni pro vulgato *percussit*: quod est proprium Latinorum, de repentina pernicie, improbitaque Suetonii, verbum. Vide Tibull. c. 55. Nott. c. 55. *Percussit* nimis leve, quam pro re, verbum est. Tum haec duo verba infinitis

commodis obtrectaret. Nemorensi regi, quod multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorum adversarium subornavit. Quum quodam die muneris essedario Porio, ob prosperam pugnam servum suum manumittenti, studiosius plausum esset, ita se proripuit e spectaculis, ut calcata lacinia togae, praeceps per gradus iret, indignabundus et clamitans, *Dominum gentium populum ex re levissima plus honoris gladiatori tribuentem, quam consecratis principibus, aut praesenti sibi.*

Pudicitiae neque suae neque alienae pe- 36
percit. M. Lepidum Mnesterem pantominum, quosdam obsides dilexisse fertur, commercio mutui stupri. Valerius Catullus, consulari familia juvenis, stupratus a se, ac latera sibi contubernio eius defessa, etiam vociferatus est. Super sororum incesta, et notissimum prostitutaey Pyralidis amorem, non temere ulla illustriore femina abstinuit: quas plerumque cum maritis ad coenam vocatas, praeterque pedes suos transeuntes, diligenter ac lente mercantium more, considerabat; etiam faciem manu allevans, si quae pudore submitterent. Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, quum maxime placitam levocasset, paullo post, recentibus adhuc lasciviae notis, reverfus, vel lau-

locis veterum scriptorum a librariis permutata sunt. Vide ad Tiber. c. 11. ERN.

Nemorensi regi] Sacerdoti in Dianae Aricinae templo, quod in Nemorensi situm erat. De hoc sacerdote locus est consulendus tironibus apud Ovid.

Fast. 3, 271. ERN.

Iret] Intellige *rueret*: nam *ire* in ista forma sic dici, satis hodie notum est. ERN.

Tribuentem] Indignantis exclamatio est, si haec genuina lectio. Sed frigidior videtur oratio: valdeque aridet Li-

dabat palam, vel vituperabat: singula enumerans bona malave corporis, atque concubitus. Quibusdam absentium maritorum nomine, repudium ipse misit, iussitque in acta ita referri.

57 Nepotatus sumptibus omnium prodigiorum ingenia superavit: commentus novum balnearum usum, portentosissima genera ciborum atque coenarum; ut calidis frigidisque unguentis lavaretur, pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet, convivis ex auro panes et opsonia apponeret, *aut frugi hominem esse oportere*, dictitans, *aut Cacsarem*. Quin et nummos non mediocris summae e fastigio basilicae Juliae per aliquot dies sparsit in plebem. Fabricavit et deceres Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis, magna thernarum et porticum et tricliniorum laxitate, magnaque

psii coniectura, *tribuere*. Eas. Recte vulgatum defendit Oudendorp.

Cap. 37. *Nepotinis sumptibus*] Mss. plures et boni habent *Nepotatus sumptibus*; quo verbo et Plinius usus est. Recepit Oudendorpius. Eas.

Deceres] Codd. et libri edd. fluctuant inter *deceres* et *decedris*, ut difficile sit, optionem facere; quod utrumque commodum sensum habet. Quod Torrentinus ait, Suetonium non solere Graece loqui, et hic Latine dicturum fuisse, id nihili est: nam historici Latini, nominatim Livius, qui et ipse non solet Graece scribere, *unius, sex, septem* ordinum

naves, moneres, hexeres, septeres vocat Graecis verbis, quod tales naves Latinis non usitatae, adeoque nec verba sacra iis propria, ut recte Schaefferus existimat de Re navic. p. 100. *Decemremis* Pliniana minus elegans est, quam *deceris* Suetoniana. Quaesitam autem magnificentiam in multitudine ordinum remigum, tellantur prodigiosae Aegyptiorum regum naves, quas imitari Caligula voluisse manifestum est. Tales autem naves *thalamegi, lusobiae* et *cubiculatae* Senecae dicuntur, de quibus vide Schaefferum l. c. p. 203.: unde dilces, non totas naves illas cecidisse, ut id imitatus esse

etiam vitium et pomiferarum arborum varietate: quibus discumbens de die inter choros ac symphonias, litora Campaniae peragraret. In exstructionibus praetiorum atque villarum, omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. Et iactae itaque moles infesto ac profundo mari, et excisae rupes durissimi silicis, et campi montibus aggere aequati, et complanata fossuris montium iuga, incredibili quidem celeritate, quam morae culpa capite lueretur. Ac, ne singula enumerem, immensas opes, totumque illud Tiberii Caesaris, vicies ac septies millies sestertium non toto vertente anno absumpsit.

Exhaustus igitur atque egens, ad rapinas convertit animum, vario et exquisitissimo calumniarum et auctionum et vectigalium genere. Negabat, iure civitatem Romanam usurpare eos, quorum maiores sibi posterisque eam impetrassent, nisi filii essent: neque enim intelligi debere *posteris* ultra hunc gradum: prolataque Divorum Iulii et Augusti diplomata, ut vetera et obsoleta, deslebat,

potuerit Caius. quod Torrentio videtur, sed partes quasdam. alias autem e cupresso etc. Itaque magis probo *deceres*. ERN. Verissime.

Cap. 38. *Ut vetera et obsoleta, deslebat*] Sic plerique codd. et libri: eamque ob causam haec lectio retinenda est. Ceterum mihi a Suetonio profecta non videtur: nam si cum Torrentio, Canegietero et Casaubono capias de mimica qua-

dam commiseratione in vetustatem diplomatum nimiam, quod sane et Latinitas patitur, nec abhorret a Cui ingenio, manifestum est, id esse ab hoc loco alienum, ubi simpliciter narrare instituit calumnias eius, non in calumniando etiam contumeliosum et derisorem fuisse. Neque huc facit illud Virgilianum, *haec ubi deslevit*, h. e. ubi cum lacrimis dixit, aut Suetonianum illud, supra c. 30.

Arguebat et perperam editos census, quibus postea quacumque de causa quidquam incre-

caedem deslevit edicto. Multo minus autem probari potest, quod nonnulli habent *deslebat*: nam contemnendi significatio in hoc verbo Suetonii aetatem non attingit. Non autem omnino est contemnenda lectio cod. Obsop. *delebat*. Sic Vesp. c. 23. pro *dilucret* quidam *deslucret*, quod factum e *delucret*: vide Drakenb. ad Liv. 4, 13.: similiterque e *delebat* fieri potuit *deslebat*. Id dictum putandum pro *abolebat*, quod parum differt; ut v. c. *monumenta deleri* et *aboleri* dicuntur. Burmanni ratio, quare haec lectio repudietur, mira est. Fingendum esse, ait. Caligulam spongiam aut aliud instrumentum ad manus habuisse, quo ea deleret; quod negat verosimile esse. Sed non negem, me legi malle. *abolebat*, quod est proprium Suetonii in hac re verbum. Galb. extr. *quod decretum Vespasianus abolevit*. Aug. c. 32. *reorum nomina abolevit*. Claud. c. 6. *quod decretum abolitum est*, h. e. Tiberius ratum esse, valere, non sivit; et per multis aliis locis. Littera prima absorpta a finali praecedentis verbi haec corruptio oriri potuit. Lectio Hulsiani cod. *deslebat* possit etiam suspicionem asserere, scriptum fuisse *deridebat*. Sueton.

Rhet. c. 2. *deridens, ut inflatum ac levem, ac sordidum*. Sed magis placet, *abolebat* diplomata, sub praetextu, ea iam obsoleta esse, et ipsa vetustate sublata: nam hanc vim τὸ ut in his semper habet. FRÆN. Gesneus ad Claud. in Eutrop. 2, 191. accessit vulgatum defendentibus, ut et Oudendorp., in gestu *deslendi* genus calumniae latere censens. Sed id maxime est contortum, meliusque vel *delebat*, vel *deslebat*, quod coniecit Lips. ad Tac. Hist. 2, 54. Et hoc praeferebat Ruhnkenius, auditoribus ad Casaubonum remissis.

Arguebat et perperam editos census] Casaubonus *editi* legebat, quod aliter constructio non constaret. Burmannus autem *census* capiendos pro patrimonio dicit, adeoque nihil mutandum; quasi Casaubonus aliter ceperit. Nescio, quid sibi voluerit Vir Cl. Neque quisquam umquam dubitavit, *edere censum* Latine dici, ut testimoniis opus sit. Si vulgata recte se habet, *quibus referri* debet ad *census*; in eoque nil incommodi est. Sed quaeritur, an dici possit Latine, *censum perperam editum arguere*, hoc sensu, ut sit, *per calumniam accusare aliquem census perperam editi*: nam

menti accessisset. Testamenta primipilariū, qui ab initio principatus Tiberii, neque illum, neque se heredem reliquissent, ut ingrata, rescidit. Item ceterorum, ut irrita et vana, quoscunque quis diceret herede Caesare mori destinasse. Quo metu iniecto, quum iam et ab ignotis inter familiares, et a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, derisores vocabat; quod post nuncupationem vivere perseverarent, et multis venenatas mactas misit. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius modo summae, ad quem conficiendum consideret: confecto demum exci-

pro accusare eum, qui censum perperam edidit, dici posse, non est dubium. Sed id nullo modo doceri potest. Ac propterea Casaubonus dixit legendum esse, *arguebat et perperam editi census, quibus etc.*, ut quibus referatur ad pronomen eos, intelligendum. Sed mihi lenius et melius videtur: *arguebat, ut perperam editos, census, quibus etc.* Haec est propria et usitata Suetonio forma in talibus calumniis exprimendis: (mox, *testamenta, ut ingrata, rescidit*;) nihil certius. Ut mutarunt in *et*, qui copula opus esse putarent, quia etiam in superiore genere calumniae est *prolataque*: sed etiam sequens genus sine copula adiicitur. Ceterum hac calumnia utebatur Caius, ut eorum, quos eius criminis arguisset, bona publicare posset. Pro-

bat correctionem nostram. Oudendorpius. ERN. Cf. Caes. c. 81. fin. Calig. 34. f. etc. Ceterum cave referas quibus alibi subintellectum iis s. ab iis civibus. Ad census pertinet pronomen illud; legitima constructione, qua incrementi aliquid dicitur accedere censui, ut patrimonio.

Testamenta primipilariū] Non omnium centurionum, ut Dio Cassius tradit, sed primipilariū, qui sunt honestissimi, quippe consilio militari interfunt: unde c. 35. patre primipilari ortus aliquis dicitur, ut honestas generis declaretur: et plurima commoda habent. In ceteris vix operae pretium fuisset. ERN.

Ceterorum] Non centurionum, quod in mentem venire propter praecedentia posset, sed hominum. ERN.

tabatur. Ac ne paullulum quidem morae patiens, super quadraginta reos quondam ex diversis criminibus una sententia condemnavit, gloriatusque est expergesactae somno Caesoniae, *quantum egisset, dum ea meridiaret.* Auctione proposita, reliquias omnium spectaculorum subiecit, et venditavit: exquirens per se pretia, et usque eo extendens, ut quidam immenso coacti quaedam emere, ac bonis exuti, venas sibi inciderent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum a Caio praeconem, ne praetorium virum crebro capitis motu nutantem sibi praeteriret: nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores sestertio nonagies iguoranti ad dicerentur.

39 In Gallia quoque, quum damnatarum sororum ornamenta, et supellectilem, et servos,

Subiecit] Intelligunt *hastae*. Si in talibus quoque auctionibus privatis, ubi quis suas sibi res vendit, hasta posita fuit, non improbem. Interea, dum id melius probetur, quam adhuc factum, v. c. a Matthaeo, intellige: *sub praecone*, sive, voci praeconis, ex Cic. Quint. c. 15. pro Domo c. 20. etc. Conf. ad Tit. c. 8. In Caesare quidem c. 50. *auctiones hastae* de publicis dicuntur simpliciter. ERN. Conf. Dukerum ad Flor. 2, 6. p. 322.

Ne — praeteriret] Rationem in emicibus seu licitatoribus habet. FUR.

Cap. 39. *Damnatarum so-*

rorum] Burmannus et Levi, et nullius speciei, dubitatione aestuat in hoc loco, et tandem eo descendit, ut legi velit, *damaatorum*, deleto *sorum* vocabulo; quum praesertim Dio, provincialium bona vendita, dicat: unde et Oudendorpius e *sorum* fecit *sociorum*, quum idem Dio in illa re *συμμάχους* dicat, nempe de provincialibus. Sed hoc non patitur contextus. Sequentia, quod nempe illa auctione commotus etiam alia aulica ornamenta vendiderit, clare docent, non de rebus provincialium sermonem esse. Auctio haec facta est, quum sorores relegatae

atque etiam liberos, immensis pretiis vendidisset: invitatus lucro, quidquid instrumenti veteris aulae erat, ab Urbe repetiit; comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis et pistrinensibus iumentis: adeo, ut et panis Romae saepe deficeret, et litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad vadimonium non possent, causa caderent. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo avaritiae singulos increpans, et, *quod non puderet eos, locupletiores esse, quam se*: modo poenitentiam simulans, quod principalium rerum privatis copiam faceret. Compererat, provincialem locupletem ducenta sestertia numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat molestie, tam magno aestimari honorem coenae suae.

in insulas essent. Ergo non potuit earum ornamenta et supellectilem vendere? Quid impedit? Relegatis ademptum esse cultum pristinum, vel Iuliae exemplum declarat. Ceterum eodem tempore etiam provincialium damnatorum bona potuit vendere. Sequentia, de vendito veteris aulae instrumento, declarant, Caium vidisse, istas urbanas delicias cupide in provincia emi: hinc illas veteris aulae reliquias iidem vendere instituit. Mox pro *liberos*, quod alienissimum est, edidi cum Beroaldo et Burmanno *liberos*. ERN. Veram cum Ruhnkenio arbitror esse emendationem Ondendor-

pii, quam, ut nihil dicamus de Dionis testimonio, satis flagitant voces *in Gallia*. Ita iam et *liberos* revocare debemus, MSS. omnium lectionem. *Ornamenta* sunt, ut ille recte exponit, pretiosi apparatus militares, instrumenta, arma. Conf. Hirt. B. Alex. c. 50. Suet. Tito c. 9.

[*Quod occurrere absent.* etc.] Absentes hoc loco sunt, qui extra illud forum vel habitant, vel forte versantur, in quo obire vadimonium debent: *occurrere* autem est pro *accurrere, venire*; quo sensu dici, supra notatum est. Addere hic lubet locum e Cic. Verr. 3, 27. *velle quam primum aliam civitatem occurrere, i. e. in*

Huic postero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid frivoli ducentis millibus traderet; diceretque, *coenaturum apud Caesarem, vocatu ipsius.*

40 Vectigalia nova atque inaudita, primum per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque praetorianos exercuit: nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributum aliquid imponeret. Pro eduliis, quae tota Urbe venirent, certum statumque exigebatur: pro litibus ac iudiciis, ubicumque conceptis, quadragesima summae, de qua litigaretur; nec sine poena, si quis composuisse vel donasse negotium convinceretur: ex gerulorum diurnis quaestibus pars octava; ex capturis prostitutarum quantum quaeque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, et quae meretricium, et qui lenocinium fecissent; nec non et matrimonia obnoxia essent.

aliam venire, ubi tamen etiam praepositio omissa est. Sed ad *vadimonium* *occurrere* dicitur ad modum Graecorum ἀπαιτῶν ἐς δίκην. Claud. c. 8. *si paullo serius ad praedictam coenae horam occurrisset.* ERN.

Cap. 40. *Certum statumque*] *Statutumque* habent plures codd. idque commendat Latinitas. Vidit et Oudendorp. et Ruhnkön:

Pro litibus] Haec omnia sunt diversa capita unius legis, communi verbo *exigebatur* iuncta. Itaque interpunctionem vulgatam mutavi et ut rei ac-

commodavi. ERN.

Negotium] Est in dilogia: significat enim litem, qua refertur ad *composuisse*, et pecuniam, qua refertur ad *donasse.* ERN.

Tenerentur publico] Publicum est aerarium, ut saepe aliis locis veterum auctorum. *Publico* igitur *tenentur*, qui quacun- que de causa, aliquid aerario debent. Apud Cic. ad Div. 5, 20. *praedes teneri* dicuntur, ubi intelligendum est, publico. ERN.

Matrimonia obnoxia essent] Hoc sic capio, ut, qui uxores

Eiusmodi vectigalibus indictis neque pro- 41
positis, quum per ignorantiam scripturae mul-
ta commissa fierent, tandem flagitante populo

haberent, aliquod annum ve-
ctigal penderent, veluti pro
usu uxoris et dotis, quam ma-
rito attulissent. Si hoc displicet,
sequendi erunt ii, qui pro
aditu matrimonii hoc vectigal
datum suspiciantur. Mihi illud
melius videtur. Nam ut, si di-
xisset v. c. de lenocinio, Caium
iussisse, ut id publico obno-
xium esset, non caperemus sic,
ut, qui lenocinium exercere
vellet, iuitio daret aliquid, ve-
lut pro iure eius exercendi:
sic nec in matrimoniis ita ca-
piendum videtur, resque ad
Latinitatis rationem, non ad
exemplorum similitudinem iu-
dicanda. ERN.

Cap. 41. *Indictis neque pro-*
positis] *Indicta vectigalia*
hoc loco dicuntur tantum, quo-
ad princeps ea pendere vult, e
consuetudine illius aetatis. Sic
supra c. 26. *populo famem in-*
dixit: non edicto, sed sola vo-
luntate, et facto, praecluden-
dis horreis: ut positum adeo
sit, pro *imponere, inducere*;
de qua significatione egit Bur-
mannus ad Quintil. Decl. c.
13.; alioqui enim in *indicen-*
di verbo latere solet edictum
de re aliqua propositum, et
pro *edicere* ponitur. ut etiam
Lexica docent. ERN.

Ignorantiam scripturae] Ver-

bum *scripturae*, quod Burman-
nus mallet deleri, habet hoc
loco rariorem quidem, sed
non inusitatum, significationem.
Nempe *scriptura* est hoc loco
lex, quam postea vocat. Iure-
consulti et Rhetores antiqui
leges, edicta, testamenta et si-
milia *scripturam* vocant, quum
de verbis, adeoque vera vi et
sententia legis, edicti vel te-
stamenti sermo est, unde *lex*
et *scriptura* coniunguntur ab
Auctore ad Herenn. 1, 4. et
alibi. Sententia igitur est: ho-
mines, quum scirent, esse le-
gem de novis vectigalibus istis,
tamen saepe contra eam pec-
casse, quod *verba legis* (i. e.
scripturam) non nossent, adeo-
que, quid, quando, Caesar da-
ri vellet, non satis possent scire.
Itaque non durum est hoc ver-
bum, sed exquisitum, nullo-
que modo delendum. Referri
huc potest locus nostri in Caes.
c. 41. *edebat per libellos, cir-*
cum tribus missos, scriptura
brevi. ERN. Loco, sive cor-
rupto, seu ob antiquae consue-
tudinis incertiam obscuro, nul-
la certa lux afferri a nobis po-
test; neque, quod sciam, fece-
runt alii.

Multa commissa fierent]
Commisa simpliciter, ut ver-
bum *committere*, dicuntur de

proposuit quidem legem: sed et minuissimis litteris, et angustissimo loco, uti ne cui describere liceret. Ac, ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in Palatio constituit: distinctisque et instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronae ingenuae starent, misit circum fora et basilicas nomenclatores, ad invitandos in libidinem iuvenes senesque; praebita advenientibus pecunia fenebri, appositisque, qui nomina palam subnotarent, quasi adiuvantium Caesaris redditus.

omnibus iis, quae contra leges fiunt. Cicero Verr. 1, 43. *hoc si in posterum edixisses, nemo committeret*, h. e. omnes observarent edictum. ERN. Vide Indicem.

[*Legem*] I. e. formulam vettigaliorum, quantum pro re quaque daretur. Mox de *minuissimis litteris* in scriptura antiqua vide Nouveau Traité Diplom. T. III. p. 255., ubi et hic locus commemoratur: sed tamen haec Suetonii aliorumque antiquis usitata scriptura minuta, diversa est a minuta a barbaris inducta. ERN.

[*Uti ne cui describere liceret*] Burmanni coniectura, *utque ne cui*, locum haberet, si argumentum legis alicuius commemoraretur, eiusque partes quaedam antecellissent. Nunc, quum modus legis proponendae tantum traditur, vulgatum servandum est. ERN.

[*Distinctis et instructis etc.*]

Distinctis refer ad discrimina cellarum et ordinarum; quod alio loco libertinae, alio matronae cellas haberent: quo sensu etiam *distinctio rerum* dicitur apud Ciceronem: *instructis* autem pertinet ad supellectilem cellarum, quae in aliis cellis magnificentior erat, pro discrimine generis. Esse autem legendum mox, *ingenuae*, Burmanno placet: male. Intelligendi pueri ingenui, ut docet e Dione Oudendorpius. ERN.

[*Praebita advenientibus pecunia fenebri, appositisque etc.*] Oudendorpius punctum scripsit post *senesque*, et *pecunia fenebris, appositisque*, ut est in Mss. plerisque, velut nova res esset. Sed id non patitur *advenientibus*, nec ratio subiecta, quae manifeste pertinet ad eos, qui invitati in lupanar venissent. ERN.

[*Nomina palam subnotarent*] Pro *subscribere* positum

Ac ne ex lusu quidem aleae compendium spernens, plus mendacio, atque etiam periurio lucrabatur. Et quondam, proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum praetereuntes duos Equites Romanos locupletes sine mora corripere confiscarique iussisset; exultans rediit, gloriansque, nunquam se prosperiore alea usum.

Filia vero nata, paupertatem, nec iam imperatoria modo, sed et patria conquerens onera, collationes in alimoniam ac dotem puellae recepit. Edixit et strenas ineunte anno se recepturum: stetitque in vestibulo aedium Kalendis Ianuariis, ad captandas stipēs, quas plenis ante eum manibus ac sinu, omnis generis turba fundebat. Novissime contrectandae pecuniae cupidine incensus, saepe super innumeros aureorum acervos, patentissimo diffusos loco, et nudis pedibus spatiat, et toto corpore aliquamdiu volutatus est. 42

Militiam resque bellicas semel attigit, neque ex destinato, sed quum ad visendum nemus flumenque Clitumni Mevaniam processisset: admonitus de supplendo numero Batavorum, quos circa se habebat, expeditionis Germanicae impetum cepit: neque distulit, sed legionibus et auxiliis undique excitis, dilectibus ubique acerbissime actis, contracto et omnis generis com- 43

est, sed eo fere sensu, quo *subscribere* dicuntur apud Cicero-
nem, qui nomina sua deferunt,
profitentur, ut agros decuma-
nos, pascua fruenda accipiant,
aut se habere doceant. Verr. 3,

52. numerus aratorum quot-
annis apud magistratus *sub-*
scribitur. Sic h. J. nomi-
na eorum subscribebantur, qui
pecunias senesbres accepissent,
Eran.

meatu, quanto numquam alias, iter ingressus est: confecitque modo tam festinanter et rapide, ut praetorianae cohortes contra morem signa iumentis imponere, et ita subsequi cogentur: interdum adeo segniter et delicate, ut octophoro veheretur, atque a propin quarum urbium plebe verri sibi vias, et conspergi propter pulverem exigeret.

44 Postquam castra attingit, ut se acrem et severum ducem ostenderet, legatos, qui auxilia ferius ex diversis locis adduxerant, cum ignominia dimisit. At in exercitu recensendo, plerisque centurionum maturis iam, et nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies, primos pilos ademit, caussatus senium cuiusque et imbecillitatem: ceterorum increpita cupiditate, commoda emeritae militiae ad sex millium summam recidit. Nihil autem amplius, quam Adminio Cinobellini, Britannorum regis, filio, qui pulsus a patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto; quasi universa tradita insula, magnificas Romam litteras

Cap. 43. *Quanto numquam alias*] Quanto dedi pro vulgato quantum: nam id et Latinitas postulat, et in libris scriptis reperitur. Ceterum in ultimo valde variant libri, et correctiones Virorum doctorum. Quia haec prima expeditio Caligulae fuit, corrigunt *alius*, vel *ante alius*, ut Graevius, quod non displicet. Sic post c. 48. *quantus numquam alius fuisset*. ERX. Legendum cum Gronov., *quanto numquam antea, iter in-*

gressus est, ex codd. scriptura, *numquam ante alter s. aliter*.

Cap. 44. *Consummaturi essent*] Intellige, *stipendia* vel *militiam*, ut commoda missionum acciperent. Ea ut lucraretur, primos pilos ademit. ERX.

Sex millium] Addidi *summam*; quam vocem libri plures, etiam Lyser., addunt, restituitque etiam Oudendorpius. Ea summa est dimidia eius, quae ab Augusto constituta fue-

misit: monitis speculatoribus, ut vehiculo ad forum usque et curiam pertenderent, nec, nisi in aede Martis, ac frequente Senatu, Consulibus traderent.

Mox, deficiente belli materia, paucos de 45 custodia Germanos traici, occulique trans Rhenum iussit, ac sibi post prandium quam tumultuosissime adesse hostem nuntiari. Quo facto, proripuit se cum amicis et parte Equitum praetorianorum in proximam silvam; truncatisque arboribus, et in modum tropaeorum adornatis, ad lumina reversus, eorum quidem, qui secuti non essent, timiditatem et ignaviam corripuit: comites autem et participes victoriae, novo genere ac nomine coronarum donavit; quas, distinctas solis ac lunae siderumque specie, *exploratorias* appellavit. Rursus obsides quosdam, abductos e litterario ludo, clamque praemissos, deserto repente convivio, cum equitatu infecutus, veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit: in hoc quoque mimo praeter modum intemperans. Repetita coena, renuntiantes coactum agmen, sicut erant, loricatorum ad discumbendum adhortatus est. Monuit etiam notissimo Virgilii versu, *Durarent, secundisque se rebus servarent.* Atque inter

rat. Vide Lipf. ad Tac. Ann. 1. Exc. G. Exc.

Cap. 45. *Elitterario ludo*] Ubi iste ludus fuerit, non pro certo dixerim. Perizonii sententia, existimantis, in castris ludum litterarium obsides habuisse, etsi in se non displicet, tamen hic vix locum habet:

illos enim tum Caius obsides usquam acceperat, quos in castris secum haberet. Itaque hic quidem videntur petiti fuisse obsides ex urbe aliqua, in qua vicinorum populorum obsides servarentur. Magna multitudo obsidum purorum solebat accipi a barbaris.

haec absentem Senatam populumque gravissimo obiurgavit edicto, quod, *Caesare procliante, et tantis discriminibus obiecto, tempestiva convivia, Circum et Theatra et amoenos secessus celebrarent.*

46 Postremo, quasi perpetraturus bellum, directa acie in litore Oceani, ac ballistis machinisque dispositis, nemine gnaro aut opinante quidnam coepturus esset, repente, ut conchas legerent, galeasque et sinus replerent, imperavit; *spolia Oceani* vocans, *Capitolio Palatioque debita.* Et in indicium victoriae altissimam turrem excitavit; ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium cursus, ignes emicarent: pronuntiatoque militi donativo, centenis viritum denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus, *Abite, inquit, lacti, abite locupletes.*

47 Conversus hinc ad curam triumphi, praeter captivos et transfugas barbaros, Galliarum quoque procerissimum quemque, et, ut ipse dicebat, *ἀξιόθριαύβετον*, ac nonnullos ex principibus legit, ac sepeluit ad pompam; coegitque, non tantum rutilare et submittere comam, sed et sermonem Germanicum addiscere, et nomina barbarica ferre. Praecepit etiam, triremes, quibus introierat Oceanum, magna ex parte iuvare terrestri Romam devehii. Scripsit et procuratoribus, *Triumphum appararent, quam minima summa; sed quantus nunquam alius*

ūque in provinciae urbibus haberi et eudiri. Vide v. c. Zoniam. 4. 26. Adde Dukerum in Dörvillii Obs. Misc. 5. p. 89. ERR.

Cap. 47. *Quam minima summa; sed etc.] Minimam summam intelligunt, quam de suo sumerent. Sed mihi lectio haec non placet, nec sic alii*

*fuiſſet: quando in omnium hominum bona
ius haberent.*

Prius quam provincia decederet, conſilium 48
iniit nefandae atrocitatis, legiones, quae poſt
exceſſum Auguſti ſeditionem olim moverant,
contrucidandi; quod et patrem ſuum Germa-
nicum ducem, et ſe, infantem tunc, obſediſſent.
Vixque a tam praecipiti cogitatione revocatus,
inhiberi nullo potuit modo, quin decimare vel-
le perſeueraret. Vocatas itaque ad concionem
inermes, atque etiam gladiis depositis, equi-
tatu armato circumdedit. Sed quum videret,
ſuſpecta re, pleroſque dilabi ad reſumenda, ſi
qua vis fieret, arma, profugit concionem; con-
ſeſtinque Urbem petiit, deſlexa omni acerbitate
in Senatum, cui, ad avertendos tantorum
dedecorum rumores, palam minabatur: que-
rens inter cetera, fraudatum ſe iuſto triumpho,
quum ipſe paullo ante, ne quid de honoribus
ſuis ageretur, etiam ſub mortis poena denun-
tiaſſet.

Aditus ergo in itinere a legatis ampliffimi 49
ordinis, ut maturaret, orantibus, quam maxima
voce: *Veniam, inquit, veniam, et hic mecum:*
capulum gladii crebro verberans, quo cinctus
erat. Edixit et, *reverti ſe, ſed iis tantum, qui
optarent, equeſtri ordini et populo: nam*

in tali re; eſtque ambigua. Nec placet lectio Mſ. Lyſer. et paucorum aliorum, *non quam minima ſumma*, quae eſt gloſſatoris videntis, vulgatum non conſentire loquentibus. An ſcripſit, *quam minimo ſumptu ſuo?* Saltem hoc poſſulat

res, et ſic debebat ſcribere. ERN. Eundem ſentum praebet lectio vulgata.

Cap. 48. *Profugit concionem*] Sic Mſſ. fere omnes, etiam Lyſer., et edd. vet. pleraeque, idque et Burmannus et Ouden-
dorpius praetulere alteri con-

se neque civem neque principem Senatui amplius fore. Vetuit etiam, quemquam Senatorum sibi occurrere: atque omisso, vel dilato triumpho, evans Urbem natali suo ingressus est. Intraque quartum mensem periit, ingentia facinora ausus, et aliquanto maiora moliens. Si quidem proposuerat, Antium, deinde Alexandriam, commigrare, interempto prius utriusque ordinis electissimo quoque. Quod ne cui dubium videatur, in secretis eius reperti sunt duo libelli, diverso titulo: alteri GLADIUS, alteri PUGIO index erat. Ambo notas et nomina continebant morti destinatorum. Inventa et arca ingens, variorum venenorum plena: quibus mox a Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exitio, quos enectos aëstus in proxima litora eiecit.

50. Statura fuit eminenti, colore expallido, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis et crurum, oculis et temporibus concavis, fronte lata et torva, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirsutus cetera. Quare, transeunte eo, prospicere ex superiore parte, aut omnino quacunque de causa *capram* nominare, criminisum et exitiale habebatur. Vultum vero natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferebat, componens ad speculum in omnem ter-

ciōne, quod correctorem sapit. Et illa constructio recta est. Eax.

Cap. 49. *Quartum mensem*] *Quintum* bene correxit Perizon. et alii. Conf. c. 8. et 58.

Notas et nomina] *Notas* intelligo pertinere ad genera

suppliciorum, quibus ii, quorum nominibus additae essent, afficerentur. Oudendorpius crimina intelligit, quales censorum notae. Non concedo. Censorum etiam notae sunt ignominiae. Etiam *adnotare de poenis* dicitur. Vide Cu-

rorem ac formidinem. Valetudo ei neque corporis neque animi consistit. Puer comitali morbo vexatus: in adolescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet, ac sufferre vix posset. Mentis valetudinem et ipse senserat: ac subinde de secessu deque purgando cerebro cogitavit. Creditur potionatus a Caesonia uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit. Incitabatur insomnia maxime: neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat: ac ne his quidem placida quiete, sed pavida miris rerum imaginibus; ut qui inter ceteras, pelagi quondam speciem colloquentem secum videre visus sit. Ideoque magna parte noctis vigiliae cubandique taedio, nunc toro residens, nunc per longissimas porticus vagus, invocare identidem atque exspectare lucem consuevit.

Non immerito mentis valetudini attribuerim diversissima in eodem vitia, summam confidentiam, et contra nimium metum. Nam qui

51

perum Obsf. 1, 15. Itaque et male invertit *nomina et notas*. ERN. Recte invertit, motus auctoritate Orosii 7, 5. et consentientium codd.: recte etiam intellexit *notas*, ut Claud. c. 16. et Vitell. 8. adflupulante Ruhnkenio.

Cap. 50. *Potionatus*] Oudendorpius corrigit *potione tentatus*. Non bene: nam ablativus sequitur. ERN. Nempe vox barbari aevi iam his temporibus videtur frequenta-

ta, sermone nova aut vulgatiore crimina imitante. Ablativus vel in correctione bene haberet.

Pelagi quondam speciem] Talem speciem vide apud Gronovium ad Melam 3, 1. e monumento antiquo. ERN.

Cap. 51. *Non immerito*] Durum mihi hoc et frigidum videtur. An e margine in textum venit nota probantis iudicium Suetonii? *Immerito quidem* in tali causa non

deos tanto opere contemneret, ad minima tonitrua et fulgura connivere, caput obvolvere, ad vero maiora proripere se e strato, sub lectumque condere solebat. Peregrinatione quidem Siciliensi, irrifis multorum locorum miraculis, repente a Messana noctu profugit, Aetnaei verticis fumo ac murmure pavefactus. Adversus Barbaros quoque minacissimus, quum trans Rhenum inter angustias densumque agmen iter effedo faceret, dicente quodam, *Non mediocre fore consternationem, sicunde hostis appareat*, equum illico conscendit; ac propere versus ad pontes, ut eos calonibus et impedimentis stipatos reperit, impatiens morae, per manus ac super capita hominum translatus est. Mox etiam, audita rebellione Germaniae, fugam et subsidia fugae, classes apparabat: uno solatio acquiescens, transmarinas certe sibi superfuturas provincias, si victores Alpium iuga, ut Cimbri, vel etiam Urbem, ut Senones quondam, occuparent: unde, credo, percussoribus eius postea consilium natum, apud tumultuantes milites ementiendi, ipsum sibi manus intulisse, nuntio malae pugnae perterritum.

duci potest. ERN. Vanissima suspicio. Conf. Ner. c. 13. 17.

Ad vero maiora] *At vero ad maiora* corr. Heinsius, non male. Certe verba leviter corrupta videntur.

Aetnaei verticis fumo] Non bene I. F. Gronovium pro *verticis* legi velle *crateris*, bene docet Dorvillius Hin. Sic. T. I.

p. 229. ERN. Ex cod. quodam eam lectionem attulerat Tinebus, quae et Rulinkeno placibat, non immerito.

Propere versus ad pontes] Canegieterus corrigit *reversus*. Bene. ERN.

Transmarinas certe] Certe addidi cum Oudendorpio, quod plures libri habent et res postulat. ERN.

Vestitu calceatque, et cetero habitu, ne- 52
que patrio, neque civili, ac ne virili qui-
dem, ac denique humano, semper usus est.
Saepe depictas gemmatasque indutus paenulas,
manuleatus et armillatus in publicum processit;
aliquando sericatus, et cycladatus: ac modo
in crepidis vel cothurnis, modo in speculato-
ria caliga, nonnumquam socco muliebri; ple-
rumque vero aurea barba, fulmen tenens, aut
fulcinam, aut caduceum, deorum insignia, at-
que etiam Veneris cultu conspectus est. Tri-
umphalem quidem ornatum etiam ante ex-
peditionem assidue gessavit: interdum et Ma-
gni Alexandri thoracem repetitum e conditorio
eius.

Cap. 52. *Ac denique huma-
no*] Recte ex auctoritate codi-
cum omnium omittitur nega-
tio *non*, post *denique*. Sed
tamen locus nondum sanus est,
omninoque legendum, *nec de-
nique humano*. *Nec et ac* fa-
cile permutantur. Quum au-
tem *ac* factum esset e *nec*, ne-
cessarium prope fuit addere
non, ut sensus constaret. ERX.
Alius aut coniciat, quod pro-
prium locum habet in tali con-
structione.

Saepe depictas] Quaero ad-
huc exempla *depictae vestis*,
pro *pietae*. Illae *depictae mi-
nio assulae*, a Burmanno alla-
tae, nihil faciunt huc, quae
sunt totae *pietae* et *inductae*
minio, nec exempla ab Ouden-
dorpio allata satisfaciunt, in

quibus *vestis depicta* est, sed
cum verbo coloris, aut advei-
bio, ut *auro*, *floride* etc.; ego
autem exemplum desideravi,
in quo sic *vestis depicta* di-
catur nude, ut *toga picta*. Ita-
que arbitraver legendam, *pi-
ctas*; syllaba *de* orta e finali
syllaba praecedentis vocis; nisi
et c. 55. *denotare* (slet) pro
notare, et Domit. c. 21. *de-
pelleret* pro *velleret*. ERX. *De-
pictae vestis exempla* attulit
Oudend. ex Valer. Fl. 2, 226.
et plura ex Appuleio sive
etiam ex Cic. Orat. c. 12. Nec
diversus usus esse potest verbi
sine adiectione positi.

Aut, fulcinam] *Aut* dedi
pro vulgato *ac*, e Ms. Lyser. et
aliis, ut et Oudendorpius le-
cit: nam et post est *aut*. ERX.

53 Ex disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus et promptus: utique, si perorandum in aliquam esset. Irato et verba et sententiæ suppetebant: pronuntiatio quoque et vox, ut neque eodem loci prae ardore confisteret, et exaudiretur a procul stantibus. Peroraturus, *stricturum se lucubrationis suae telum*, minabatur: lenius comptiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam, tum maxime placentem, *commissiones meras* componere, et, *arenam esse sine calce*, diceret. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, et magnorum in Senatu reorum accusationes defensionesque meditari; ac, prout filius cesserat,

Cap. 55. *Eruditioni*] Aliibi *litteras Graecas et Latinas* vocat, intelligitque philologiam, quam dicimus intelligentiam poetarum, historicorum etc. eoque pertinentem doctrinam. Mox post *esse* punctum scripsit Oudendorpius. Non male. ERN. I. e. optime et necessario.

Commissiones meras] De hac voce multa Casaubonus egregia ad h. l. habet, ut alios mittam, ab aliis laudatos. Breviter: *commissiones* sunt, quæ Graeci ἀγωνίσματα vocant, ἐπιδήσεις, quæ ingenii ostentandi causa tantum scribantur, ut sit in certaminibus oratoriis et poeticis; in quibus scholastica mollities, sine vi et nervis, inest. Locis Casaubono

laudatis adde egregium locum Luciani de Histor. scrib. c. 42. ERN.

Arenam sine calce] Recte Casaubonus intelligit orationem in minuta membra concisam, sine vinculis et ambitu. Facit enim hoc Seneca, ut semper tere per incisa loquatur, et, quæ Cicero una periodo complecteretur, in multas minutas sententioas concidat: unde homines imperiti, brevitatem punctorum frequentia aestimantes, breviorum multo putant Cicero; quum sit saepe multo loquacior et verbosior Cicero. ERN.

Prosperis oratorum actionibus rescribere] Orationes senatorias, vel forenses, quæ probatae essent, vimque habu-

vel onerare sententia sua quemque, vel sublevare; equestri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta.

Sed et aliorum generum artes studiosissime et diversissimas exercuit. Threx et auriga, idem cantor, atque saltator. Batuebat pugnatoriis armis, aurigabat exstructo plurisariam Circo. Canendi ac saltandi voluptate ita esse rebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus et tragoedo pronuntianti concineret, et gelium histriionis quasi laudans vel corrigens palam effingeret. Nec alia de causa videtur eo die, quo perit, pervigilium indixisse, quam ut initium in scenam prodendū diligentia temporis auspicaretur. Saltabat autem nonnumquam etiam noctu: et quondam tres consulares secunda vigilia in Palatiam accitos, multaue et extrema metuentes, super pulpitum collocavit; deinde, repente magno tibiarum et scabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari profiluit, ac defaltato cantico abiit. Atque hic tam docilis ad cetera, natare nesciit.

Quorum vero studio teneretur, omnibus ad insaniam favit. Mnesierem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur: ac si qui saltante eo vel leviter obstreperet, detrabi iussu manu sua flagellabat. Equiti Romano tumultuanti per centurionem denunciavit, abiret sine mora Osliam, perferretque ad Ptolemaeum regem in Mauritaniam codicillos suos. Quorum exemplum erat: *Ei, quem istuc nisi, neque*

issent, refellere, ut laudem oratorum deprimeret. ERN.

Cap. 55. Quorum exemplum] I. e. qui his verbis scripti erant.

boni quidquam, neque mali, feceris. Threces quosdam Germanis corporis custodibus praeposuit. Mirmillonum armaturas recidit. Columbo victori, leviter tamen saucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo *Columbinum* appellavit. Sic certe inter alia venena scriptum ab eo repertum est. Praesinae factioni ita addictus et deditus, ut coenaret in stibulo asidue, et maneret. Agitatori Eutycho comissatione quadam in apophoretis vicies festertium contulit. Incitato equo, cuius causa pridie Circenses, ne inquietaretur, vicinia silentium per milites indicere solebat, praeter equile marmoreum, et praelepe eburneum, praeterque purpurea tegumenta, ac monilia e gemmis, donum etiam, et familiam, et suppellectilem dedit, quo lautius nomine eius invitati acciperentur: consulatum quoque traditur desinasse.

- 56 Ita bacchantem atque grassantem non defuit plerisque animus adoriri. Sed una alteraque conspiratione detecta, aliis per inopiam occasionis cunctantibus, duo consilium communicaverunt, perfeceruntque: non sine conscientia potentissimorum libertorum praefectorumque praetorii; quod ipsi quoque, etsi falso, in quadam coniuratione, quasi participes nominati, suspectos tamen se et invisos sentiebant. Nam

Hanc verbi huius significationem pluribus illustravit Menkenius Obs. L. L. in h. v. Enx.

Recidit] Mirmillones componebantur Threecibus gladiatoribus. Quia his igitur impense favebat, et iussitatis hos ho-

noribus afficiebat, illos deprimebat omni modo, adeo, ut etiam eorum armaturas minueret. h. e. minus pretiosas et elegantes fieri iuberet. Enx.

Incitato] Nomen proprium equi.

et statim seductis magnam fecit invidiam, de-
 stricto gladio affirmans, *sponte se periturum,*
si et illis morte dignus videretur: nec cessa-
 vit ex eo criminari alterum alteri, atque inter
 se omnes committere. Quum placuisset, Pala-
 tinis ludis spectaculo egressum meridie aggredi,
 primas sibi partes Calpius Chaerea, tribunus
 cohortis praetoriae, deposuit: quem Caius
 seniore iam, ut mollem et effeminatum de-
 notare omni probro conluerat; et modo, signum
 petenti, PRIAPUM aut VENEREM dare; modo, ex
 aliqua causa agenti gratias, osculandam ma-
 num offerre, formatam commotamque in ob-
 scoenum modum.

Futurae caedis multa prodigia exstiterunt. 57
 Olympiae simulacrum Iovis, quod dissolvi trans-
 ferrique Romam placuerat, tantum cachimum
 repente edidit, ut machinis labefactis opifices
 diffugerint. Supervenitque illico quidam Cal-
 pius quoque nomine, iustum se somnio affirmans,
 immolare taurum Iovi. Capitolium Capuae Idi-
 bus Martiis de caelo tactum est: item Romae
 cella Palatini atriensis. Nec defuerunt, qui
 coniectarent, altero ostento periculum a custo-

Cap. 56. *Palatinis ludis]*
 Instituti sunt a Livia. ut au-
 ctor Dio lib. 56. extr. in ho-
 norem Augusti, actique in Pa-
 latio, unde nomen accepere.
 Eos accurate descripsit Iosephus
 Antt. Iudd. 19. 1., qui de iis
 adeundus. ERN.

Cap. 57. *Machinis labefa-*
ctis] *Machinae* sunt vectes et
 similia instrumenta, ad demo-

liendum simulacrum adhibitae:
 ea de manibus opificum flu-
 xerunt. ERN. Rifu solutae
 sunt machinae, puta risu opi-
 ficum. Iocolum prodigium, ni
 potius arte paratum.

Diffugerint] Vera Latinita-
 tis ratio postulat *diffugerent,*
 atque ita legendum. Sic mox,
nec defuerunt, qui coniecta-
rent; et si scio, in hoc non for-

dibus domino portendi; altero, eadem rursus insignem, qualis eodem die facta quondam fuisset. Consulenti quoque de genitura sua, Sulla mathematicus, *certissimam necem appropinquare*, affirmavit. Monuerunt et Fortunae Antiatinae, *ut a Cassio caveret*. Qua causa ille Cassium Longinum, Asiae tum Proconsulem, occidendum delegaverat, inmemor, Chaeram Cassiam nominari. Pridie, quam periret, somniavit, consistere se in caelo iuxta solium Iovis, impullumque ab eo dextri pedis pollice, et in terras praecipitatum. Prodigiorum loco habita sunt etiam, quae forte illo ipso die paulo prius acciderant. Sacrificus resperlus est phoenicopteri sanguine. Et pantomimus Mnesther tragoediam saltavit, quam olim Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et quum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomit, plures secundarum certatim

tasse semper accuratos aetatis posterioris scriptores videri. Vide ad Aug. c. 27. ERS. Etiam notulam nostram.

Fortunae Antiatarum] Duas Fortunas sorores Antii cultas esse, et hanc veram scitionem esse, planissime demonstravit Phil. a Turre in Monumentis Veteris Antii, laudatus iam Burmanno. ERS.

Resperfus] Non pugnare arbitror Suetonium cum Iosepho, qui Asprenatem resperfam dicit: nam Suetonius, ut è phoenicopteri mentione patet, loquitur

de alio sacrificio, quam Iosephus, qui disertè tradit, id sacrificium factum a Caio in honorem Augusti, quum Palatini Iudi agerentur. Sed in eo nulli phoenicopteri, verum in sacrificio, quod Caio fieret. ERS.

Quum olim Neoptolemus] Suetonium potius audiendum, quam Iosephum, qui rem ea die actam tradit, qua Philippus interfectus sit, pluribus docet Ufferius ad. MMDCLXVIII. ERS.

Proripiens se ruina sanguinem vomit] Actor fugiens iuit.

experimentum artis darent, crnore scena abundavit. Parabatur et in noctem spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios et Aethiopas explicarentur.

Nono Kalendas Februarias, hora quasi 58 septima, cunctatus, an ad prandium surgeret, marcante adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis egressus est, Quum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Alia ad edendas in scena operas evocati praepararentur, ut eos inspiceret hortareturque, resistit. Ac, nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac repraesentare spectaculum voluit. Duplex dehinc fama est: alii tradunt, alloquenti pueros a tergo Chaeream cervicem gladio caesim graviter percussisse, praemissa voce: *Hoc age*. Deline Cornelium Sabinum, alterum e coniuratis tribunum, ex adverso traiecisse pectus. Alii, Sabinum, summta per conscios centuriones tur-

atque inde, velut lapsu concitatum sanguinem voravit. Ceterum secutus sum Barmannum. Vulgo est *vomuit, ut;* in qua lectione nullus sensus est. ERN.

Cap. 58. *Surgeret — egressus*] Intellige, e theatro. Sic Quint. 6, 2, 35. ERN.

Hortareturque] Scilicet ut partes suas bene agerent, quo pertinet mox *alloquenti pueros*. Oudendorp. commemorat conjecturam Hoppii, acutam sane, *fortireturque*, et probat: nam sortitio in hoc genere et alibi

memoratur. ERN. Vide Ner. c. 21. *Hortari* et Rubukenio alienum videbatur, nec defendi fortasse potest loco Ner. c. 23. extr.

Princeps gregis] Est, quem Graeci *χορηγὸς ἄσκαλον* vocant, qui praeparat pueros (gregem) et docet. Vide nos ad Xenoph. Mem. Socr. 3, 4. ERN. Graecoproprie accipe de turba omnium histionum, ut apud Plautum et Terentium.

Redire ac repraesentare] Statim inducere in scenam pueros

ba, signum more militiae petisse, et, Caio *Iovem* dante, Chaeream exclamasse: *Accipe iratum*; respicientique maxillam ictu discedisse. Iacentem, contractisque membris clamitantem, se vivere; ceteri vulneribus triginta confecerunt. Nam signum erat omnium, *Repete*. Quidam etiam per obscœna ferrum adegerunt. Ad primum tumultum, lecticarii cum alleribus in auxilium accurrerunt: mox Germani corporis custodes; ac nonnullos ex percussoribus, quosdam etiam Senatores innoxios, interemerunt.

59 Vixit annis undetriginta: imperavit triennio et decem mensibus, diebusque octo. Cadaver eius clam in hortos Lamianos asportatum, et tumultuario rogo semiambulium, levi cespite obrutum est: postea per sorores ab exilio reversas erutum, et crematum, sepultumque. Satis constat, prius quam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos: in ea quoque domo, in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo

illos, ad operam edendam, voluit. ERR.

Accipe ratum] Varie explicatur hoc dictum: sed in omnibus, quas vidi, interpretationibus est aliquid contortum; quod est indicium, aut falsas illas esse, aut corruptum locum. Si sanus locus est, intelligam: *omen*. Utrumque verbum proprie de ominibus dicitur. *Accipe ratum omen*, inquit, quod fecisti, Iove pro tellera dando: ut Iupiter fulmine ferit, ita

ego te gladio. Hæc explicatio, ut mihi facilius ceteris videtur, tamen adhuc reliquum est, nescio quid, quod non satis placet. Itaque non intercedam, quo minus legatur, *Accipe iratum*, quod et Gronovio et Burmanno video placere. Oudendorpiusque in textum recepit. ERR. Palmaria emendatio Lipsii est in Exc. A. ad Tac. Ann. l. 15. Tesseram ille dederat *Iovem*: Chaereas exclamat, *Accipe ira-*

terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit. Perit una et uxor Caesonia, gladio a centurione confossa; et filia parieti illisa.

Conditionem temporum illorum etiam per 60 haec existimare quis possit. Nam neque caede vulgata statim creditum est: fuitque suspicio, ab ipso Caio famam caedis simulatam et emissam; ut eo pacto hominum erga se mentes deprehenderet. Neque coniurati cuiquam imperium destinaverunt. Et Senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut Consules primo non in curiam, quia Iulia vocabatur, sed in Capitolium convocarent: quidam vero, sententiae loco, abolendam Caesarum memoriam, ac diruenda templa, censuerunt. Observatum autem notatumque est in primis, Caesares omnes, quibus Caii praenomen fuerit, ferro perisse, iam

tum Iovem. Hoc est aliquid Latine dicere, ait Gronovius, alterum nihil.

Cap. 60. *Conditionem — aestimare quis possit*] Sic ex edd. vett. et ser. restitui pro *existimare*. Nullo modo recte dicitur *conditionem temporum existimare*. ERN. Est pro *existimare de conditione*.

Vide laudatos a Diak. ad Liv. 34, 2.

Consuerunt] Suetonius haud dubie scripsit, *convocarent: quidam vero — — consenserunt*: pendet enim utrumque necessario a *consensit*. Probavit

Oudendorpius. ERN. Rursus reposui libb. omnium scripturam, adiutam correctam distinctione.

Fuit] *Reposui fuerit*, ex Ms. Lyser. et aliis, et edd. Bonon. et Parif., quod contextus et ratio temporum postulat, quum et mox *sit occisus*. Hoc nisi esset, adhuc ambigerem, quia et alibi sic reperi apud Suetonium. Simile quid ait supra c. 47. *Legiones, quae post excessum Augusti seditionem olim moverant, contrucidandi: quod — obsedissent*. Sed ibi nil sequitur, quod con-

inde ab eo, qui Cinnanis temporibus sit occisus.

tra sit, Receptit et Oudendorpius. ERN.

Ferro perisse] Hoc non verum esse de Caji Caesaris, Di-

ctatoris, patre, neque de Caio, Augusti nepote, alii iam monuere. ERN.





LL
S9449Wo

22449
Suetonius Tranquillus, Caius
Opera... cum Frnestii animadversionibus
... emendat. Casauboni... ed. by Wolf.
vol. 1.

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

